Digitized by Google

Biblioth.
Colleg. Florent. Soc. Jes.

4.8.572

Digitized by Google

XL

FABRIC.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Wahl pinx. Fridrich Sc. Hamburg

Qui Vetera illuſtri novitatis luce reſpergit
Atq vetuſtatis maclat. honore Nova:
FABRICIVS, Veterum gnariſſimus atq Novorum
Nonne inter doctos paginam utramq facit.

Jo. Christoph. Wolfius,
Past: ad S. Cathar: Hamburg.

Digitized by Google

CODEX
PSEUDEPIGRAPHUS
VETERIS
TESTAMENTI,

COLLECTUS, CASTIGATUS,
TESTIMONIISQUE, CENSURIS
ET ANIMADVERSIONIBUS ILLUSTRATUS
A

JOHAN. ALBERTO FABRICIO,
SS. THEOL. D. ET PROFESSORE PUBL.
IN GYMNASIO HAMBURGENSI.

EDITIONI HUIC SECUNDÆ
ACCEDIT
VOLUMEN ALTERUM
SEPARATIM EXCUSUM.

HAMBURGI,
Sumptu THEODORI CHRISTOPH. FELGINER.
A. C. 1722.

Digitized by Google

Digitized by Google

VENERANDO

VIRO

M. PAULO CHRISTIANO HILLISCHERO,

PASTORI PALÆO-DRESDENSIS ECCLESIÆ MERITISSIMO

S. D.

JO. ALBERTUS FABRICIUS.

MItto ad Te munuſculi loco præſens volumen, idque Tibi conſecro, cupio enim ut ſis perſuaſus, ex amore, quo nos pridem amplecti mutuo cœpimus Lipſiæ, cum menſa & hoſpitio communi laudatiſſimi Theologi, Optimi noſtri D. Valentini Alberti τῦ μακαρίτυ uteremur, necquicquam me adhuc

Digitized by Google

remiſiſſe. Equidem viginti jam annos ambo longis ſpatiis disjuncti vivimus, at hæc res corpora ſane divellere & literarum forte inter nos commercium aliquando infrequentius reddere potuit, amicitiam vero atque animorum conjunctionem adeo non valuit distrahere ac dilacerare, ut majoribus ſubinde virtutis & benevolentiæ in me tuæ documentis in majorem etiam amorem tractus ſim tui. Quî enim Te non conſtanter charum habeam colamque, cujus candor fidesque Germana ac pietas conjuncta cum ſingulari doctrina jampridem Te ita animo meo hærere fecit, ut jucundiſſima mihi ſemper ſit, fueritque Tui recordatio, & deſideratiſſima memoria ejus temporis, quo unà in ſapientiæ ſtudia incumbebamus. Hic vero qui jam Tibi a me d catur liber, ultro etiam ad Te proper:at vel eam ob rationem, quod non modo ab iſto ſtudiorum genere

&

Digitized by Google

& argumento neutiquam abhorres, ſed etiam pars ejus, quæ in reliquiis Adami exponendis verſatur, ſub ipſum ſtatim exordium voluminis Tibi proprie debetur, atque a Te eſt mutuo accepta. Habe igitur hoc viciſſim a me & amica manu recipe, patereque ſimul falſiſſima quæ in iſthoc referri vides monumenta, veriſſimo amico a me inſcribi. DEUS ter Opt. Max. rebus Eccleſiæ, Patriæque proſperis vera & perenni felicitate beet Te, Tuosque. Scrib. Hamburgi III. Cal. April. Anni Chriſtiani cIↃ IↃcc XIII.

AD LECTOREM.

IN Codice Apocrypho Novi Testamenti, quem ante hos decem annos in lucem edidi, pollicitus sum me consimili studio Pseudepigrapha etiam Testamenti Veteris, sive scripta sanctis Patriarcharum ac Prophetarum nominibus temere supposita, per alterum volumen collecturum. Eo promisso jam me exsolvo, Lector Benevole, non quod fabulis ejusmodi ducor, aut fraudes illas probo, sed quoniam ad illas rejiciendas atque explodendas nihil fieri posse existimo accommodatius, quam ut junctim ita inspiciendæ exhibeantur & contemtui omnium exponan-

nantur. Quia etiam partem non heri vel nudius tertius natæ, ſed perantiquæ ſunt, poſſunt pleraque ex his propter mille annos *ut ait Poëta, ſive propter ætatem, quam habent, uſui non uni eſſe Antiquitatis & Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſtudioſis, atque ſi non directo ad veritatem ſtabiliendam, ſaltim ad errorum agnoſcenda ſemina facere. Sunt etiam nonnulla in his, ſub falſis licet jactata nominibus, veri tamen ſtricturas quasdam ex veteri Judæorum traditione ſervantia, ſicut vetus dictum eſt* non omnia fingere Cretes, *illa vero dignoſcere ut labor, ita non minor voluptas aut utilitas. Atque uſum habet in aliis ipſa etiam inutilitatis vanitatisque demonſtratio, quemadmodum Clemens Alexandrinus* * *de falſa Sophiſtarum Philoſophia vere ſcripſit,*

* Clemens Alex 1. Strom. p. 278. εἰ καὶ ἄχρηστος ἡ Φιλοσοφία, ἡ τῆς ἀχρηστίας βεβαίωσις ἔυχρηστος.

pſit, licet fructum ipſamet non affe-rat, tamen utile eſſe hoc ipſum confir-mare, quod utilitate deſtituatur. Ver-ſati ſunt in hoc argumento ab eo tem-pore quo pſeudepigrapha Chriſti, Ma-riæ & Apoſtolorum uno faſce compre-henſa a me ſunt, alii etiam viri eru-diti, Scipio *præcipue* Sgambatus, *Nea-politanus S. I. libris III. Archivorum Vet. Teſt. atque in pſeudo-Veteri Teſta-mento, pauciorum foliorum ſchedias-mate Academico, inclytus Helmſta-dienſis Theologus* D. Jo. Andreas Schmi-dius. *Promitto tamen mihi a tua æqui-tate, ſi illos hoc cum meo opuſculo con-tuleris, libenter te judicaturum, actum me haud egiſſe. Vale.*

INDEX

INDEX CAPITUM.

1. ADAMUS literarum inventor. pag. 1.
2. Adami commentarius de Nominibus animantium. p. 2.
3. Adamus edoctus ab Angelis. p. 4.
4. Adamus Apoſtolus Lunæ. Ejus de cultura terræ libri. p. 5.
5. Adamus Propheta. p. 6.
6. Adamus Prometheus, repertor omnium diſciplinarum & artium, Aſtrologiæ & aliarum ſcientiarum peritus. p. 7.
7. Adami mira poteſtas in omnes res creatas, ac facultas miracula patrandi. p. 10.
8. Liber generationum Adam. ibid.
9. Apocalypſis Adami. p. 11.
10. Adami Vita, liber Apocryphus. p. 12.
11. Pœnitentia Adami, Adamus Epimetheus. p. 16.
12. Pſalmus XC. Adamo tributus. p. 19.
13. Pſalmi duo ſub Adami & Evæ nominibus conficti, latine ex B. Amadei revelationibus. p. 21.
14. Sepher Raziel, ſcriptum Cabbaliſtico Magnum. p. 26.
15. Liber Adamo adſcriptus a Zabiis ſive potius Sabæis. p. 27.

16. Ada-

16. Adamo tributæ columnæ. p. 29.
17. Liber Jezirah Adamo adſcriptus. ibid.
18. Adami veſtigia in Inſula Zeylon. Mons Pico de Adam. p. 30.
19. Libri decem, quos Adamo a Deo inſpiratos Muhamedani memorant. p. 31.
20. Adami de Alchymia ſive Chryſopœia liber. Alius de Divinitate. p. 32.
21. Traditio Adami de duratione Mundi. p. 22.
22. Zabiorum aliorumque variæ de Adamo traditiones & commenta. p. 34.
23. Teſtamentum Adami. p. 35.
24. Apocrypha præmiſſa libro Geneſeos, in Codice MS. Bibliorum Germanice ſcripto. A. C. 1458. p. 36.
25. De Adamo & rebus ejus varii ſcriptores. p. 48.
26. Adami Nomen. p. 49.
27. Hæretici ab Adamo appellationem ſortiti. p. 50.
28. D. Georg. Henrici Gœzii de reliquiis Adami obſervationes. p. 53.
29. M. Pauli Chriſtiani Hilſcheri de reliquiis Adami Epiſtola. p. 63.
30. Evangelium EVÆ. p. 95.
31. Archontricorum, Manichæorum, Judæorum & Muhamedanorum de Adamo & Eva commenta. p. 97.

32. Pec-

32. Peccatum Evæ & Adami. Brachmanum traditio. p. 101.
33. Liber Prophetiarum Evæ ſcriptus a Raziele Angelo. p. 102 *forte Durètus in animo habuit librum Raziel, de quo p. 26. licet elogium, quod Prophetiis illis tribuit, huic libro neutiquam convenit.*
34. Evæ memoria in Orgiis Bacchi. Evæ nomen. p. 102.
35. Caini & ABELIS colloqvium. p. 104.
36. *Liber Abelis de virtutibus planetarum & omnibus rerum mundanarum virtutibus.* p. 112.
37. Locus & telum quo Abel interfectus. ibid.
38. Abelis cædes à Dæmone, & ſepultura à corvo monſtrata. p. 113.
39. De ſigno CAINI. 114.
40. Caini pœnitentia. p. 117.
41. Cainus repertor menſurarum, ponderum &c. p. 117.
42. De Caini morte. p. 119.
43. Septem Caini peccata. Cain ſeptupliciter puniendus. p. 123.
44. Adami filiæ Aſuam, Awin, ſive Owain, Azura ſive Azrun, Calmana ſ. Climia, Debbora ſ. Lembora, Edocla, Horea ſive Norea, Lebuda, Rifa, Save &c. p. 125.
45. Filius Adami Rocail, ejusque ultima verba. Filius alter Abdal Hareth. p. 130.
46. Cainus Græcorum Caunus. p. 131.
47. De Abeloniis, Ophitis, Cajanis & Sethitis. p. 134.

48. SE-

48. SETHUS edoctus ab Angelis, & per quadraginta dies raptus in cœlum. p. 141.
49. Sethus Deus. p. 143.
50. Sethus Chriſtus, Pater Prophetarum. p. 145.
51. Literæ a Setho repertæ. Sethus primus ſcriptor. 146.
52. Filiorum ac Nepotum Sethi binæ columnæ. Βίβλος Σὴθεως. Σὴθως Aſſyriorum Rex. p. 148.
53. Aſtris nomina a Setho impoſita. Menſes & hebdomades, anniq; partes obſervatæ. p. 151.
54. Aſtronomia Setho tradita ab Angelo. p. 152.
55. Liber Sethi de ſtella in ortu Meſſiæ apparitura. p. 153.
56. Libri Setho a Gnoſticis & Sethianis ſuppoſiti. p. 155.
57. Libri ſub Sethi nomine jactati apud Arabes, Æthiopes, Samaritanos. p. 155.
58. Liber Sethi apud Syros prohibitus. p. 156.
59. Liber Sethi inventus apud Toletanos in Hiſpania, regnante Ferdinando Caſtellæ Rege. p. 157.
60. ENOSUS, Sethi F. p. 157.
61. CAINAN, Enoſi F. 159.
62. ENOCHI Prophetiæ. p. 160.
63. Recentium virorum doctorum ſelecta de libro Henochi & teſtimonio S. Judæ Apoſtoli judicia. p. 199.
64. Liber Henochi laudatus in libro Zohar, & a Manahemo Recanatenſi. p. 208.
Henochi preces. *in addendis.*
65. Liber Henoch quem jactant Æthiopes. p. 209.
66. Libri triginta, Enocho tributi a ſcriptoribus Ara-

Arabibus. Enochus Edris, Annachus, Atlas Aſtronomiæ repertor. Scriptor librorum de Aſtronomia. Sartorum princeps. p. 215.
67. Literæ ab Henocho inventæ. p. 219.
68. Enoch Sacerdos. Auctor formulæ excommunicationis. p. 220.
69. Judicium auctoris Conſtitutionum Apoſtolicarum de libris Enocho, Adamo, Davidi &c. ſuppoſitis. p. 221. Varii ſcriptores de Enocho ſcriptisque ei tributis. p. 222.
70. MATHUSALÆ Schola. p. 224.
71. Mathuſalæ proverbia, traditiones &c. Mathuſalem Tithonus. p. 224.
72. Filiorum ac nepotum Sethi jusjurandum per ſanguinem Abelis. Cainus a Lamecho interfectus. p. 227.
73. Deſcriptio hominum antediluvianorum, & NOACHI ad eos prædicatio ex Sibyllinis Oraculis. p. 229.
74. Noachus Deucalio. Ejus dictum, δεῦτε, καλεῖ ὑμᾶς ὁ Θεὸς εἰς μετάνοιαν. 240.
75. Noachi campana. Induſtria in lectitandis Adami & Enochi libris. p. 241.
76. Oratio Noachi, quam in Arca quotidie recitaſſe fertur ad corpus Adami. p. 243.
77. Quæ Noachus poſt diluvium ſuos docuit. Schola Noachi. p. 244.
78. Noachus Vadimon. Ejus Oratio ad filios nepotesque ſuos, quos ſecum in Italiam adduxit. p. 247.
79. Noachus Uranus ſive Cœlus, Sol, Ogyges, Janus, Oenotrius, Gallũs, Proteus, Vertumnus, Xiſuthrus. p. 249. 80. Noa-

80. Noachus Puoncuus, & Oannes. Oannis περὶ γενεᾶς καὶ πολιτείας, de originibus & vitæ regimine primorum hominum. p. 254.
81. Noachus Leotzitzamus, Azonaces, Oſiris, Bacchus, Prometheus, Saturnus. p. 260.
82. Noachi diræ. p. 261.
83. Noachus miſſus ad Zhohacum Perſarum Regem. Alia nonnulla. p. 262.
84. Alphabetum, columnæ, Methodus Geomantica, & alia ſcripta Noacho tributa. Anni ratio ab eodem prodita. p. 263.
85. Noachi teſtamentum & orbis terrarum in filios diſpertitio. p. 265.
86. Septem præcepta filiorum Noachi. p. 268.
87. Alia Noachidarum præcepta à Judæis memorata. p. 270.
88. Noachi conjux Noria, Barthenos, Naama, Thea &c. Filii Jonithus, Moneton. Liber Noria à Gnoſticis jactatus. p. 271.
89. Noachi conjux Haical. Conjuges Semi, Chami, Japheti. p. 277.
90. Sambethe Sibylla, Noachi nurus, Poëtria Sibyllinorum carminum. p. 278.
91. Scripta SEMO tributa. Semus an Melchiſedech ?. p. 283.
92. CHAMI Prophetia ab Iſidoro Hæretico jactata. p. 291.
93. Profanæ ac ſuperſtitioſæ artes æneis laminis & ſaxeis columnis à Chamo inſculptæ. p. 294.
94. Cham à malis creatus Angelis & malas artes edoctus. Magiæ & Aſtrologiæ auctor. Magici ejus libri. Cham Zoroaſter. p. 297.

95. Cham

95. Cham Chemiæ repertor, Cham Jupiter, qvi Saturnum patrem exſecuit. Jupiter Ammon, Belus, Menes &c. Ægyptus dicta Chemia, terra Cham. p. 301.
96. JAPHETUS Japetus, Jopas, Neptunus. p. 308.
97. CAINAN Arphaxadi F. Ejus Aſtronomia ex columnis Sethigenárum deſcripta. p. 309.
98. Scriptum Gigantum à Cainane repertum. p. 311.
99. Narratio Apocrypha de MELCHISEDECHO ex pſeudo Athanaſio. p. 311.
100. Alia narratio. Pater Sidec, vel Melchi. p. 322.
101. Nomen Melchiſedeci proprium Jehoram, Pater Heraclas, mater Aſtaroth vel Salathiel, p. 326.
102. Melchiſedech Pſalmorum ſcriptor. Duodecim de Melchiſedeco, quis fuerit, ſententiæ, Melchiſedeciani, Athingani. p. 329.
103. De Melchiſedecho ſcriptores. p. 333.
104. Duo Tharæ, unus pater Abrahami, cognomine Azar, alter avus. p. 335.
105. THARA Aſtrologus. Idola ejus à filio Abrahamo everſa & combuſta. p. 336.
106. ABRAHAM à Nembrodo in ignem conjectus, & Divina ope ex illo liberatus. Abrahami pater Azar, mater Adna, vel Emtelai p. 344.
107. Abraham Zoroaſter. Libri à Perſis & Arabibus ei tributi. 349.
108. Abrahamus Doctor Aſtrologiæ & Arithmeticæ.

ticæ. Abrahami maternus avus Abrahamus. p. 350.
109. Anni ſolaris ratio & nomina duodecim menſium ab Abrahamo tradita. p. 379.
110. Abrahami ſcriptum de Aſtrologia Apoteleſmatica. p. 380.
111. Abrahamus inventor litterarum Chaldaicarum. Ab Angelis edoctus linguam Hebraicam. p. 341.
112. Scriptum de ſomniorum interpretatione. p. 380.
113. Liber Caþbaliſticus *Jetzirah*, Abrahamo tributus. p. 381.
114. Liber de Magiæ modis & effectibus. p. 390.
115. Abrahamus de reſurrectione mortuorum edoctus à DEO. Colloquium DEI, Satanæ & Abrahami. p. 392.
116. Decem Abrahami tentationes. p. 398.
117. Abrahami liber de Idololatria, capitum CCCC. p. 400.
118. Abrahami Angelus Zedekiel. Apocalypſis à Sethianis ſuppoſita. Idem an aliud ſcriptum Origeni, Athanaſio & Nicephoro CPol. memoratum. p. 401.
119. Precatio *Schema* ſive preces matutinæ ab Abrahamo traditæ. p. 403.
120. Pſalmi Abrahamo tributi. *Heman* vel *Ethan* num idem cum Abrahamo ? p. 404.
121. De Abrahamicæ doctrinæ veſtigiis apud Ægyptios & Brachmanas obviis Gvilelmi Poſtelli divinatio. Brachmanes, Abrahmanes. p. 405.

dita. Sepultura ejus & Obeliſcus ab Ægyptiis poſitus. Alia quædam. 787.
143. Verba uxoris JOBI, ex Græca verſione libri Jobi II, 9. Num illa DINA Jacobi filia? p. 791.
144. De Regina Sabæorum Lilit, quæ Jobi armenta depopulata fuit. p. 792.
145. Additamentum Libri Jobi Apocryphum ex verſione Græca c. XLII. poſt verſum 17. una cum ſcholiis quibusdam ex Catena Græca in Jobum. p. 793.
146. Job ejusque filius Baſarus ad Syros a Deo miſſus. p. 798.
147. Jobi Teſtamentum. Alia quædam. Liber OGI Gigantis. p. 799.
148. Liber HELDAM & MODAL. p. 801.
149. JETHRO, Moſis Socer, ſacris Scriptoribus annumeratus. Varia ejus Nomina. p. 805.
150. Διδαχὴ Βαλαάμ. BILEAMI Prophetia. p. 807. Septem Prophetæ Gentium. ibid.
151. JANNES & MAMBRES Moſis Præceptores & deinde Adverſarii. Liber eis tributus. p. 813.
152. MOYSIS nomina, Sapientia, literæ Hebraicæ ab eo inventæ. Alia quædam ex Apocryphis Judæorum libris. p. 825.
153. Moyſes Muſæus, Bacchus, Hermes &c. p. 833.
154. De vita & morte Moyſis, libri a Gilb. Gaulmino * editi. p. 833.
155. Libri Apocryphi qui a Samaritanis, Judæis, Armeniis ad Moyſem referuntur. p. 835.

* Laudatur etiam a Gaulmino in notis p. 189 315. 323. 324. & 335. liber Moſaicarum quæſtionum Arabice ſcriptus, necdum editus, in quo Moyſes quærens & Deus reſpondens inducitur.

156. Moysis argumentum ad Regem Atheum ab errore suo revocandum. p. 836.
157. Psalmi Moysi tributi. Alius Moyses junior Davidis æqualis, p. 837.
158. Apocalypsis Moysis. p. 838.
159. Moysis Ἀνάβασις sive ἀνάληψις. p. 839.
160. Libri a Sethanis suppositi Moysi. Liber λόγων Moysis μυστικῶν. Moysis Testamentum. p. 847.
161. Dicta Moysis in Epistola ad Hebræos & Clementis ad Corinthios laudata. p. 848.
162. Parva Geneseos. p. 849.
163. Χημευτικὴ σύνταξις Moysis. Aureæ Judæorum barbæ ex arte Moysis chemica. p. 864.
164. Moyses cornutus. Numi cum Moysis effigie. p. 866.
165. MARIA sive MIRJAM Moysis Soror. Liber Chymicus illi tributus. p. 869.
166. JOSUÆ Benedictio. Precatio עלינו. p. 871.
167. Decem Decreta Iosuæ ejusque Synedrii. p. 874.
168. Liber Iosuæ, quem jactant Samaritani. Iosua Samaritanis quibusdam Messias. p. 876.
169. Columnæ a Cananæis in Iosuæ memoriam positæ. p. 889.
170. PHINEÆ Explanatio nominum sacrorum. p. 893.
171. SAMUELIS Prophetæ liber de jure Majestatis p. 895.
172. Prophetides septem & Prophetæ XLVIII. Veteris Test. 896.
173. Prophetæ, qui gesta Regum Israelis & Iudæ in commentarios retulerunt. p. 901.
174. HEMAN & ETHAN Auctor. Psalmor. LXXXVIII. & LXXXIX. p. 904.
175. Psalmus DAVIDI tributus centesimus quinquagesimus primus. p. 905. 176. Psal-

122. Haruſpicinæ & auſpiciorum auctor Abrahamus. Preces contra picas ſemina terræ Chaldæorum abſumentes. p. 421.
123. Teſtamentum Abrahami. Quercus Mambre. Epicedium in Abrahami funere. p. 417.
124. Abrahami numi & reliquiæ. p. 413.
125. Abraham de multis à Deo peculiariter edoctus. Conſtitutus judex ad portas inferorum. p. 423.
126. Myſterium nominis Abrahami. Abraham Saturnus, Gigas &c. Rex Damaſci. Abraham cultus ab Alex. Severo Imp. Alia nonnulla. 418.
127. Colloqvium Abrahæ cum divite epulone. Sinus Abrahami, Iſaaci & Jacobi. Cum Abrahamo, Iſaaco & Jacobi aſſidentes menſæ in regno cœlorum. p. 424.
128. Scriptum TRIUM PATRIARCHARUM nomini ſuppoſitum. p. 427.
129. Apocrypha de LOTHO narratio ſive fabula. p. 428.
130. Lothi uxor Edith. Filia altera Pludith. Alia nonnulla. p. 431.
131. ISAACUS à Semo inſtitutus. Auctor precum pomeridianarum. p. 433.
132. JACOBI ſtudia. Angelus ejus præceptor nomine Peliel. Scripta Jacobo tributa, Scala, & Teſtamentum. Inſcriptio lapidis ab eo poſiti, p. 435.
133. Jacobus auctor precum veſpertinarum. Pſalmi ei tributi. p. 438.

134. Joannis Lemovicenſis Morale ſomnium Pharaonis. p. 441.
135. Teſtamenta XII. PATRIARCHARUM, Græce cum latina verſione Roberti Groſſeteſt, & notis V. C. J.G. Grabii. Ejusdem præfatio p. 496. Verſiones Latinæ, Germanicæ, Belgicæ, Danicæ &c. Editiones. p. 758. ſq.
Teſtamentum Ruben. p. 519.
Simeon. 533.
Levi. p. 544.
Juda. p. 588.
Iſaſchar. p. 620.
Zabulon. p. 630.
Dan. p. 646.
Nephtalin. p. 659.
Gad. p. 674.
Aſer. p. 687.
Joſeph. p. 697.
Benjamin. p. 726.
De tabulis Cœli obſervatio H. Dodwelli. p. 551. & Rich. Simonis. p. 559.
136 JOSEPHUS Phœnix, Serapis, Adonis, Thamuz item & Oſiris atque Hermes, literarum & Matheſeos inventor. p. 760.
137. Joſephi precatio. p. 761.
138. Colloquium Joſephi cum uxore Potipharis. p. 771.
139. Hiſtoria Aſſenath, uxoris Joſephi. p. 774.
140. Liber Magicus, ſpeculum Joſephi. p. 785.
141. Joſephi interpretatio ſomniorum. Nomen Pſontomphanech. p. 785.
142. Joſephus menſurarum repertor. Templa ab eo condita.

213. Elias junior, libri tres ei tributi. p. 1085.
214. ESAIÆ ἀναβασις ſive ὅρασις. p. 1086.
215. Eſaiæ cum Rege Hiskia colloquium. p. 1094.
216. MANASSÆ Regis pœna, pœnitentia & precatio. p. 1100.
217. Apocrypha IEREMIÆ Prophetæ. Num ex iis petita loca Matth. II. ult. & XXVII,9. Epheſ. V, 14. & 1. Petri III,19. Prophetia Ieremiæ nun truncata a Iudæis. p. 1102.
218. Apocryphæ de Ieremia & aliis Prophetis narrationes. p. 1110.
219. BARUCH & HABACUC. p. 1116.
220. ANANIÆ, AZARIÆ & MISAEL libellus de jejunio. p. 1117.
221. EZECHIELIS Prophetia Apocrypha. p. 1117.
222. Ezechiel an Nazaratus Aſſyrius, quem audivit Pythagoras. Bibliotheca ad Ezechielis ſepulchrum. p. 1120.
223. Vita DANIELIS & Prophetia Apocrypha. p. 1124.
224. Conjectorius Danielis, ſive Somniorum interpretatio ſub illius nomine jactata. p. 1130.
225. Prognoſticon Danielis lingua Syriaca. p. 1136.
226. Viſiones Danielis. Admonitiones quas ipſi Angelus monſtravit. p. 1136.
227. SOPHONIÆ Prophetia Apocrypha. Ahasveri Regis mirabilia Urbium. Ezechiæ Pontificis maximi hymni & Hoſanna. p. 1140.
228. Scriptura Apocrypha in ZACHARIÆ ſepulchro reperta. Liber Zachariæ alterius, qui Pater Iohannis Baptiſtæ fuit. p. 1142.

229. ESDRÆ conſtitutiones & Benedictiones precesque. p. 1145.
230. Avtographa Esdræ jactata Bononiæ, & in Burgundia apud Cabilonenſes. 1147.
231. Ex Esdræ libro truncata a Judæis. p. 1151.
232. Liber Esdræ III. & IV. p. 1183.
233. Libri Esdræ LXX. ex CCIV. p. 1154.
234. Esdras * Pentateuchi & reliquorum librorum Propheticorum reſtitutor. p. 1156.
235. Esdras auctor literarum Hebraicarum, punctorumque vocalium & Maſoræ, Diviſionis item librorum ſacrorum in capita & verſus, p. 1160.
236. Eſdræ Apocalypſis, καλαυδολόγιον. Somnium, Viſio &c. p. 1162.
237. Bibliotheca ſacra à NEEMIA inſtaurata. Ἀναγραφὴ & ὑπομνηματισμοί. p. 1163.
238. Πτολεμαϊκὰ, Athanaſii in Synopſi S. Scripturæ memorata. p. 1164.
239. Ben SIRA ſententiæ. p. 1165.
240. מגלת אנטיוכוס Volumen ſive Hiſtoria Antiochi Epiphanis ex verſione Julii Bartoloccii, p. 1165.

* Eadem de Esdra, quem *Ozair* vocant, tradunt Muhamedani. Vide Herbeloti Bibl. Orientalem p.698.

ADAMUS

176. Pſalmi Davidis CL. è trecentis vel termillenis, ab amicis Ezechiæ Regis, vel ab Esdra ſelecti. p. 912.
177. Pſalterium SALOMONIS cum Io. Ludovici de la Cerda notis & brevibus caſtigationibus editoris. p. 914.
178. Colloquium Davidis cum DEO de ſui probatione. p. 1000.
179. Aliud de bonitate amentiæ. p. 1002.
180. Aliud ſuper ædificatione templi. p. 1004.
181. Tekanoth ſive Conſtitutiones non ſcriptæ quas ad Moyſem & Davidem Iudæi referunt. p. 1006.
182. Davidis ſcutum contra incendia. p. 1007.
183. Duo Davidis libri, Florentiæ ante paucos annos jactati. p. 1010.
184. Centum Benedictiones. Liber fundamentum Mundi. p. 1010.
185. NATHAN Propheta. p. 1011.
186. ACHITOPHEL & MEPHIBOSETH, Davidis Doctores. p. 1012.
187. Numi Davidis & Salomonis nomine inſcripti. p. 1013.
188. Salomonis Alphabetum. Idem inventor literarum Syriacarum & Arabicarum. Libri ſacri Hiramo rogante, Salomonis juſſu Syriace verſi. Liber ei tributus de juſtitia. p. 1014. (p. 1018.
189. Liber Sapientiæ Salomonis, lingva Hieroſolymitana.
190. Salomonis plagiarius Ariſtoteles. p. 1019.
191. Salomonis Epiſtolæ ad Vaphrem Ægypti & Hiramum Tyri Regem. p. 1020.
192. Quæſtiones & Ænigmata a Salomone & Hiramo invicem, & a Salomone Philoſophis Tyri propoſita. p. 1026.

193. Quæſtiones Salomoni propoſitæ a Regina Sabæ. p. 1031.
194. Adjurationes Dæmonum Salomoneæ. p. 1032.
195. Salomonis colloquium cum Regulo formicarum. Perſarum de Salomone fabulæ. p. 1041.
196. Liber Salomonis de lapidibus. p. 1042.
197. Salomonis βίβλος ἰαμάτων ab Ezechia Rege ſuppreſſus. p. 1043.
198. Precationis formula, quam ad Salomonem auctorem referunt Judæi. p. 1045.
199. Διδαχὴ Salomonis & Hygromantia ad filium Roboam. Σαλομωνιακά. p. 1046.
200. Salomonis Teſtamentum. p. 1047.
201. Libellus de throno Salomonis. p. 1049.
202. Libri Magici, Salomoni tributi. ibid.
203. Clavis ſ. Clavicula, annulus, ſera, ſigilla, Somnia Salomonis. Alii libri nonnulli ei tributi. p. 1052.
204. Salomon an Philoſophus ſcepticus. p. 1057.
205. De Salomonis peccatis, pœna, pœnitentia & ſalute. p. 1060.
206. Davidis & Salomoni ſepulchrum. p. 1061.
207. Oraculum parentibus ELIÆ redditum. p. 1070.
208. Eliæ Prophetia & Apocalypſis. p. 1072.
209. Elias ſingularum ætatum acta conſcribens. Ejus Epiſtola poſt raptum in cœlos miſſa ad Ioramum Regem. p. 1075.
210. Elias auctor Eremitarum, Carmelitarumque & Sophorum Perſicorum. p. 1076.
211. Elias Artiſta: ſive Chymicus. p. 1077.
212. Traditio domus Eliæ de Mundo duraturo per ſex annorum millia. p. 1097.

213.

Digitized by Google

Figur.

1

בחורובתולה

זקן וזקינה

2

ישחק

ישב

4

ירושלם
עיר הקודש

דוד המלך
ובנו
שלמה המלך

3

לאיהיהלד
אלהיכא
חריסע
לפני

ad pag. 414.

ADAMUS.

I. *Adamus Litterarum Inventor.*

LItteras Hebraicas una cum punctis vocalibus ab Adamo repertas & Setho traditas non dubitant Henricus Alstedius in Chronologia p. 253. & Petrus Lambecius quem videsis in prodromo Hist. Literariæ p. 5. Alii diversa longe & mirifica plane Alphabeta tribuunt Adamo, quæ vel ab ipso excogitata, vel ab Angelo Raziele illi tradita nugantur, qvæqve hic describi ære curassem, nisi in ridiculis commentis ac per tot alios jam explosis voluissem operæ & sumtui parcere. Ea perlustret qui volet depicta & rejecta in Thomæ Bangii τ῀ μακαρίτου cœlo Orientis sive exercitationibus de ortu & progressu literarum, p. 100. 101. Julii Bartoloccii Bibl. Rabbinica T. 1. p. 80. Scipionis Sgambati Archivis V. T. p. 28 seq. & Rev. Amici nostri Pauli Christiani Hilscheri Bibliotheca Adami (Dresd. 1703. & 1711. 4.) Vide etiam si placet Godfridum Vockerotum de societatibus literariis antediluvianis p. 14. Cæterum Angelus Roccha in commentario (prope dixerim futili quanquam rarenter obvio) de Bibliotheca Vaticana p. 79. 82. 88. 295. Theseus Ambrosius in appendice introductionis ad Varias linguas, Joannes Au-

guſtinus Pantheus, Jacobus Bonaventura Hepburnus, Claudius Duretus, aliiqve qvi hæc velut dignas fide merces lectoribus ſuis venditant, utrum eos deridere an ridendos ſe ipſos illis propinare voluerint, ambiguum videri posſit. Idem dixeris de commento Salicæi Epiſcopi Toletani, qvi litteras Runicas Adamo traditas ſomniavit, exſibilatus à F. Ludovico S. Franciſci Luſitano in Globo Canonum & arcanorum linguæ ſanctæ, libro & capite primo. Romæ 1586. At tamen literarum inventum deberi Adamo, jam ante S. Auguſtini ætatem creditum, qvanqvam idem lib. 2. qvæſt. 69. in Exodum confeſſus eſt ſe hoc, unde probari posſit, ignorare. Itaqve in dubium vocat Jo. Owenus in Theologumenis p. 282. ſeq. Placuit illud tamen poſtea multis, è qvibus Svidas de Adamo agens, τοῦτο, inqvit, τέχνας καὶ γράμματα. Gobelinus in Coſmodromio: *apparet à primo homine literarum exordium manaſſe.* Freculphus lib. 1. Chronici c. 12. *Liqvido claret ab ipſo exordium literarum primo homine cœpiſſe, qui adhuc ſupereret qvando liberi ac nepotes ſui in ſtudio ſapientiæ fervebant.* Vide Tho. Bangii Cœlum Orientis p. 6. ſeq. Joachimum Johannem Maderum de Bibliothecis antediluvianis, & Hermannum Hugonem de prima ſcribendi origine cap. 3. ſed & Jo. Henrici Urſini Exercitationem 3. de Moſaicæ ſcripturæ antiqvitate.

II. *Adami Commentarius de Nominibus Animantium.*

ADamum nomina animantibus impoſuiſſe communiter fere docent interpretes Judæi & Chri-

Christiani ad Gen. II 19. seq. & cum his Petavius T. 3. dogm. Theol. p. 136. seq. edit. Paris. Heideggerus Hist. Patriarch. p. 148. & Bochartus T. 1. Hierozoici lib. 1. cap. 9. aliiqve infiniti. Etiam plantis datas ab Adamo appellationes, qvibus nominarentur, scripsit Morerius in Lexico Historico. Qvid qvod קריאת שמות לכל הדברים *denominationem omnium entium* atque ipsius *Jehovah* ad Adamum refert R. Abraham Seba, Hispanus in Zeror Hammor, cujus verba si placet vide apud Tilemannum Andream Rivinum τὸν μακαρίτην in erudita diss. de serpente seductore p. 56. seq. Nuper tamen Vir acutissimus Hermannus ab Hardt universum hoc vocavit in dubium, Epistola ad Paulum Martinum Noltenium Helmstadii 1705. 8. edita, & cum Abarbanele sentit Moysen nihil eo loco dicere de animantibus ab Adamo nomine donatis, sed tantum voluisse docere quod Adamus considerata quorumcunque animantium natura, nullum offenderit aptum ad vitæ & conjugii consuetudinem, ut adeo Adami exemplo Judæi monerentur cavere sibi ab Ethnicorum turpitudine, qui brutis bestiis quandoque fœde sunt abusi. Fateor non defuisse ingenio quæ à Viro præstantissimo disputantur & communi sententiæ objiciuntur, sed ab tota antiqvitate cui ratio & verba Moysis aperte videntur favere ideo neutiquam recesserim. At Is. Peyrerium explodendum esse censeo, qui Commentarium de nominibus omnium animalium ab Adamo etiam litteris consignatum esse suspicatur lib. 3. de præadamitis c. 3. p. 158. *Conjicio*, inquit, *Adamum quo tempore naturam animantium & vo-*

latilium omnium concipiebat, eodem momento ſcriptis illam mandaviſſe, nec non in commentaria redegiſſe nomenclaturas omnium. Quomodo enim fieri potuiſſet, ut omne quod vocaſſet Adamus, ipſum fuiſſet nomen ejus tempore Moyſis, niſi Adamus eodem momento quo ſuis nominibus vocabat animantia & volatilia omnia, dictionaria illorum nominum compoſuiſſet ad uſum poſteritatis, & ne exciderent memoria Adami ipſius multorum animantium & volatilium nomina, quæ nunquam forte deinceps viſurus erat. Non enim omnis ferè omnia tellus. Ex hujusmodi Adami Commentariis non modo Mercurius Trismegiſtus ſcientiæ naturalis arcana hauſit, ſed mire etiam profecit Thomas Aquinas ſcripturus librum de ente & eſſentia, ſi credimus Thomæ de Torquemada apud Kircherum, id omne exſibilantem p. 5. Obeliſci Pamphilii. Vide interim ſi lubet quæ Doctiſſimo Hardtio oppoſuit Rev. D. Jo. Fechtius in præfatione ad Commentarium Auguſti Varenii & μανιαρίτης ad Eſaiam, & Cl. Michael Lilienthal in diſſ. de vocatis ab Adamo animantibus, Roſtoch. 1710.

III. *Adamus edoctus ab Angelis.*

PRæceptorem Adami Cabbaliſtæ nominant Angelum *Razielem*, ut Semi Jophielem, Abrahami Zedekielem, Iſaaci Raphaëlem, Jacobi Pelielem, Joſephi Gabrielem, Moyſis Metatron, Eliæ Malushielem. Hic Raziel Adamum lapſum ſolatus fuiſſe dicitur his verbis: *Ne ſupra modum conficiaris gemitu & moleſtia, quod te duce genus humanum in ſummam corruit perditionem, quoniam originale peccatum hoc expiabitur. Nam ex tua propagatione naſcen-*

naſcetur homo juſtus & pacificus, vir Heros cujus nomen continebit in miſerationibus etiam has quatuor literas יהוה *Et ille per rectam fidem & placidam oblationem mittet manum ſuam & ſumet de ligno vitæ, & ejus ligni fructus erit omnium ſperantium ſalus.* Joh. Reuchlinus 2. de Cabbala p. 627. Lambecius prodromo p. 49. Etiam Judæis & Arabibus memoratur quidam Adami præceptor *Somboſcer* nomine ſive *Jambuſchar*, qui ater an albus fuerit ipſi dixerint, non ego. Nam & ſerpenti γνῶσιν in acceptis retuliſſe Adamum, præ ſe ferebant Gnoſtici teſte Epiphanio hæreſi 37. & ſerpentem illum à Sammaële agitatum edoctumque legas in Pirke ſive capitibus R. Elieſeris. Omitto inſanas nugas de Adami concubitu cum Dæmone fœmina, *Lilit*, & Evæ cum Dæmone maſculo, *Haretho*, de quibus Steph. le Moyne notis ad Varia ſacra p. 457. Jo. Morinus Exerc. Bibl. p. 339. Bochartus Hierozoici part. 2. lib. 6. c. 9. Abraham Ecchellenſis in Hiſtoria Arabum f. 268. ſq.

IV. Adamus Apoſtolus Lunæ. Ejus de cultura terræ Libri.

MAimonides in more Nevochim III. 29. p. 442. *Zabii exiſtimarunt* Adamum primum *fuiſſe virum ex viro & fœmina ſicut reliqui homines progenitum. Sed tamen magnis laudibus ipſum evexerunt: dixerunt illum fuiſſe* Apoſtolum lunæ, *vocaſſe homines ad cultum lunæ, & libros compoſuiſſe de cultura terræ.* Athanaſius Kircherus in Oedipo Ægyptiaco T. 1. p. 166. hoc ita accipit, ac ſi e mente Zabiorum in luna genitus eſſet Adamus, atque è luna de-

delatus esset in terram. Sed Apostolus lunæ nihil aliud denotat quam qui lunæ cultum docet. Confer Matthæi Hale librum de origine universi p. 879. editionis Germanicæ quæ in octavo ordine folium complicat.

V. Adamus, Propheta.

CLemens Alex. I. Strom. p. 335.

Παρὰ ἑβραίοις ἦσὰν οἱ προφῆται δυνάμει Θεοῦ καὶ ἐπιπνοίᾳ. Πρὸ μὲν δὴ νόμου, Ἀδὰμ, εἶτε τὴν γυναικὸς εἴτε τὴν ζώων ὀνομασίας προθεσπίσας.

Apud Hebræos autem Dei virtute & inspiratione Prophetæ extitere, ante Legem quidem Adamus, de muliere & in animantium denominatione futura significans.

Adamum haud obscure Prophetam appellat Justinus Martyr Apologia I. p. 73. quicquid contra Joh. Marcianæum disputet Paulus Pezronius vir ingeniosissimus. Vide Joh. Ernestii Grabii notas ad Justinum, in quibus notat inter alia quod pseudo Clemens quoque I. recognit. §. 47. Petrum inducit affirmantem *quod certum sit Adamum Prophetam fuisse.* His adde Origenem homil. 2. in Canticum, & Svidam in Ἀδάμ qui præter omnium disciplinarum inventionem Prophetias etiam illi tribuit. Epiphanius de Adamo T. I. p. 6. προφήτης γὰρ ἦν. Mohammedanis quoque Propheta Adamus: vide Hadrianum Relandum V.C. p. 34. de relig. Mohammedica, & p. 141. Hottingerum Hist. Or. p. 15. Herbelotum Bibl. Oriental. in Ada-

Adamo. Atque Regem, Sacerdotem & Prophetam Adamum fuisse, disputat Simon Patrick Episcopus nuper Elienſis in Geneſin p. 39. Post lapsum tamen tributæ Adamo fatidicæ facultatis specimina in sacris litteris vix ulla comparent, historiâ ipsius à Moyse in brevissimam summam redactâ, ut probe observat Nic. Gurtlerus in Theologica Prophetica p. 55.

VI. Adamus Prometheus, Repertor omnium Disciplinarum & Artium, Astrologiæ & aliarum Scientiarum peritus.

SUidas in Ἀδάμ.

ὅτῳ δικαίως ἂν πρῶτῳ καλοῖτο σοφὸς, ὡς πρωτόκλιστον ἄγαλμα καὶ εἰκὼν ὅσα θεόγραφος, ὡς τῶν χαρίτων ὅλων ὑπάρχων ἀναπλεως, καὶ πάσῃ καθαρὰ καὶ ἀχίβδηλα φερίφερων, τὰ τ' ψυχῆς τε καὶ σώματος αἰσθητήρια. Μαρμαρυγὰς δ' τινες ὡς εἰπεῖν ἐκ τ' ἐκείνου ψυχῆς ἀναστραπτουσας, καὶ θείων ἐννοιῶντε καὶ ἐνεργειῶν πλήθουσας κατὰ πᾶσαν εἰσέτρεχον φύσιν εὐστόχως καὶ ἀναμαρτήτως τὸ οἰκεῖον ἑκάστης

Hic jure primus sapiens appellari potest, ut primo conditum simulacrum & imago divinitus picta: ut omnium gratiarum plenus & omnes animi corporisque sensus puros & incorruptos circumferens. Radii enim quidam (ut ita loquar) ex illius animo effulgentes, & divinarum cogitationum & actionum pleni per omnem naturam penetrabant, sagaciter & sine errore propriam cujusque præstantiam assequentes. —— Hic est, qui probavit omnia, &

καίτης πλεονέκτημα Φθάνησαι. —— ὅτι τοίνυν ἐστὶν ὁ δοκιμάσας ἕκαστα, καὶ πᾶσιν κανόνας καὶ σταθμὰς ἀκριβεῖς καὶ ὅρους ἀναντιῤῥήτους ἐναρμοσάμενος. Τούτου τέχναι καὶ γράμματα. Τούτου ἐπιστῆμαι λογικαίτε καὶ ἄλογοι. Τούτου προφητεῖαι, ἱερουργίαι καὶ καθαρμοὶ καὶ νόμοι γραπτοίτε καὶ ἄγραφοι. Τούτου πάντα εὑρήματα, καὶ διδάγματα, καὶ ὅσα καλὰ τὸν βίον ἀναγκαῖα χρεῖαί τε καὶ διαιτα.

omnibus regulas & amuſſes exquiſitas & limites minime dubios aſſignavit. Hujus inventa ſunt artes & litera. Hujus ſunt ſcientiæ tam liberales quàm illiberales. Hujus ſunt Probetiæ, ſacrificia, luſtrationes, & leges tam ſcriptæ quàm nullis ſcriptis mandatæ. Hujus ſunt omnia inventa & diſciplinæ, & quicquid ad vitam degendam eſt utile & neceſſarium.

Hugo Victorinus lib. 1. de Sacramentis Par. VI. 33. *Rerum omnium viſibilium quæ cum homine & propter hominem facta ſunt perfectam cognitionem primum hominem accepiſſe, nulli dubium eſſe debet.* Hinc Joach. Johanni Madero in diatriba de Bibliothecis Antediluvianis Adamus eſt ille gentium decantatus ſcriptis Prometheus de quo Æſchylus:

Πᾶσαι τέχναι βροτοῖσιν ἐκ προμηθέως.
Quantum eſt hominibus artis, à Prometheo eſt.

Speciatim Aſtrologiam edoctum ab Adamo Sethum ſcripſit Gelaldinus in verbis infra adducendis. R. Gedalias Aben Jechia in Catena traditionis, apud Sgambatum p. 109. *Nulli dubium eſt, quin Adamus cum fuerit Dei O. M. opus, eſſe debuerit*

vit omni ex parte perfectus, & scientia omnium naturali tum divina instructus, quæ scientia continetur in lege Moysis Magistri nostri, quam creatam ante mundum dixere Sapientes. Quare possumus dicere eum fuisse in eodem gradu Prophetiæ cum Moyse Magistro nostro. Alii & Moysen & Salomonem & quicquid unquam sapientissimorum hominum fuit & Angelos ipsos sapientiæ magnitudine vel æquatos vel superatos ab Adamo non dubitarunt, ut Judæorum testimoniis allatis docet B. Tilemannus Andreas Rivinus in serpente seductore p. 49. seq. ad 60. usque.

Confer quæ de multifaria scientia Adami Pererius p. 166. in Genesin, Mersennus p. 1202. sq. 1214. seq. Kircherus T. 2. Oedipi p. 48. Hackspanius ad Nizachon p. 492. seq. Boulduc de Ecclesia DEI ante legem p. 26. Salianus T. 1. Annal. p. 107. & Theophilus Galeus in Philosophia universali p. 8. seq. Jo. Oweni Theologumena p. 15. seq. Frassenius disquisit. Bibl. p. 138. Rivetus Exerc. 22. in Genesin aliique. E veteribus Joannes Cassianus lib. VIII. Collat. 21.

Contra Josephus Gorionides, indignante Abarbanele, & Moses Maimonides Adamum antequam de fructu arboris vetitæ comedisset, stupidum hebetemque fuisse affirmant. Atque ἁπλούστατον sive *simplicissimum* rude & infantile ei ingenium tribuit Theophilus Antiochenus lib. 2. & Cæsarius quæst. 61. ne dicam de Pelagianis atque Socini schola & Arminii, idem propugnante.

VIII. Adami mira Poteſtas in omnes res creatas, ac facultas miracula patrandi.

GUil. Poſtellus cap. 4. de Originibus p. 15. *Eſt vero cogitandum, quod primus homo in majori perfectione ſanctitatis fuerit quam univerſi ſancti ſimul, ita ut ad voluntatem ejus tota Elementorum Natura concuteretur, digitorum vero attactu omnia etiam in adamante inſculpi poſſent. Nam quæ vis miraculorum viſa poſtea eſt tam in CHRISTO quàm in ejus membris in utriusque Teſtamenti tempore, illam ipſi Adam, ab initio DEUS conceſſerat.* Etiam corpus Adami ſplendidum & lucidum fuiſſe conjiciunt Hallenſes Tom. VIII. Obſ. ſelect. 6. quam in ſententiam Moſes bar Cepha Adamum in colliculo quodam nomina animantibus imponentem ſcripſit auguſta fuiſſe amictum majeſtate & ſplendore, quem habitu præ ſe ferebat, Solis radios ſuperantem.

IX. Liber Generationum Adam.

GEneſ. V. 1. αὕτη ἡ βίβλος γενέσεως Ἀδάμ. Hoc quidam ſic acceperunt, ac ſi Moyſes libellum Adami ſuo operi inſeruiſſet, vel partem ſaltim libri hoc titulo ab Adamo ſcripti laudaſſet. Vide Kircherum in limine Obeliſci Pamphilii & in Arca Noæ p. 204. Julium Bartoloccium T. 1. Bibl. Rabbinicæ p. 80. Rich. Simonis Bibl. Criticam T. 1. p. 173. ſeq. Sic à Manichæis olim conficta *Genealogia Adami* ſive *liber de filiis & filiabus Adæ*, ut ex Auguſtino contra Fauſtum notavit Sixtus

tus Senenſis, licet locus ille Auguſtini me fugit. In Gelaſii decreto inter Apocrypha rejicitur *liber qui appellatur de filiabus Adæ vel Geneſeos.*

Rabbinis vero tam ridiculi in mentem venit commenti, ut fingerent Deum in hoc libro generationum Adamo oſtendiſſe *omnes ſapientes cuiuſvis ætatis, & omnes ſcribas & explanatores, & viciſſim omnes cujuſvis ætatis impios, numerum annorum eorum, & veſtigia paſſuum eorum.* Loca è libro Jalkut & aliis produxit Scipio Sgambatus in Archivis V. T. p. 105. Huc ſpectat quoque illud R. Eliezeris laudatum eidem Sgambato p. 112. *Anni & menſes, dies & noctes, horæ & minuta, converſiones, revolutiones & intercalationes erant apud Deum O. M. ipſeque anni temporumque rationes diſponebat. Poſtea placuit hæc Adamo tradere in Paradiſo. Hinc dictum eſt:* Hic liber generationum Adam. *Id eſt liber generationis omnium liberorum Adami. Adam tradidit Henocho.* In Zohar notatur vocabulum Sepher hoc Geneſeos loco poni pro juſto opere ſive libro, Deum enim ad Adamum in Edene conſtitutum miniſterio Angeli Razielis ſublimium & ſanctorum arcanorum præſidis miſiſſe librum plenum rebus ſanctiſſimis pulcherrimisque, & ſeptuaginta duo genera ſapientiæ perſequentem diſſertationibus ſexcentis & ſeptuaginta, maxima myſteria complectentibus.

X. *Apocalypſes Adami.*

EPiphanius in hæreſi Gnoſticorum XXXI. §. ἀποκαλύψεις ἃς ἔφασαν Ἀδὰμ ἄλλας λέγουσιν. Ex his repetitum videtur fragmentum quod aſſert

fert idem Epiphanius eadem hæresi c. 5. διὸ καὶ ἐν ἀποκρύφοις ἀναγινώσκοντες, ὅτι εἶδον δένδρον φέρον δώδεκα καρπὸς τ' ἐνιαυτ', καὶ εἶπέ μοι, τ' τό ἐστι τὸ ξύλον τ' ζωῆς, ὃ αὐτοὶ ἀλληγορῶσιν εἰς τὴν κατὰ μῆνα γινομένην γυναικείαν ῥύσιν. *Propterea in Apocryphis legunt*: Vidi arborem duodecim fructus quotannis ferentem, & dixit mihi: hoc est lignum vitæ. *Idipsum de menstruis mulierum profluviis interpretantur.* Tertullianus c. IX. de anima: *Cecidit Ecstasis super illum* (Adamum Gen. IV.) *Spiritûs sancti vis operatrix Prophetiæ.* Augustinus IX. 19. de Genesi ad literam: *Illa Ecstasis quam Deus immisit in Adamum ut soporatus obdormiret, recte intelligitur ad hoc immissa ut ipsius mentis particeps fieret tanquam Angelicæ curiæ, & introiens in sanctuarium Dei intelligeret novissima.* Conser quæ mox num. XII. de Adami pœnitentia, atque infra de Evangelio Evæ, & inter Moysis scripta de λεπτῇ Genesi.

XI. ὁ λεγόμενος βίος Ἀδάμ.

Adami Vita.

EX hoc Georgius Syncellus p. 5. Chronici refert dierum numerum quibus nomen animalia sortita sunt, vel quo Eva formata vel Adamus in paradisum inductus, vel de vitando ligni esu præceptum ei impositum à DEO, vel quo Eva in paradisum ingressa renovatum est, cunctaque transgressionis series, nec non quæ transgressionem sunt secuta.

Τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τῆς ἑβδομάδος, ἥτις ἦν τρί-	*Die hebdomadis primo, qui à conditu Adami tertius*

τῃ

τῇ μὲν ἡμέρα τῆς πλάσεως ϛ̄ Ἀδὰμ, ὀγδόῃ ϗ ϛ̄ πρώτου μηνὸς Νισὰν, πρώτῃ ϗ ϛ̄ Ἀπριλλίου μηνὸς, καὶ ἕκτῃ ϛ̄ παρ' Αἰγυπτίοις Φαρμοῦθι, ὠνόμασεν Ἀδὰμ τὰ ἄγρια θηρία θεῖόν τινι χαρίσματι. τῇ δευτέρα ἡμέρα τ̄ δευτέρας ἑβδομάδος ὠνόμασεν τὰ κτήνη. τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ τ̄ δευτέρας ἑβδομάδος ὠνόμασεν τὰ πετεινα. τῇ τετάρτῃ ἡμέρᾳ τ̄ δευτέρας ἑβδομάδος ὠνόμασεν τὰ ἑρπετά. τῇ πέμπτῃ ἡμέρᾳ τ̄ δευτέρας ἑβδομάδος ὠνόμασεν τὰ νηκτά. τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ τ̄ δευτέρας ἑβδομάδος, ἥτις ἦν κατὰ μὲν Ῥωμαίους Ἀπριλλίου ἕκτῃ, κατὰ ϗ Αἰγυπτίους Φαρμοῦθι ἑνδεκάτῃ, λαβὼν ὁ θεὸς μέρος τι τ̄ πλευρᾶς ϛ̄ Ἀδὰμ ἔπλασεν τὴν γυναῖκα. τῇ τεσσαρακοστῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ τῆς κοσμοποιΐας, τετάρτῃ ἡμέρᾳ τῆς ἑβδόμης ἑβδομάδος, Παχὼν τεσσαρεσκαιδεκάτῃ, Μαΐου ἑπτάτῃ, φίλιπ ὕπ

existit, Nisan, inquam, mensis primi octavo, Aprilis primo, ac Pharmuthi Ægyptiorum sexto, cunctis animantibus divino numine nomina imposuit Adamus. Secunda hebdomados luce alterna jumentis; tertia hebdomados ejusdem volucribus appellationem indidit, quarta qui reptilia, quinta qui natatilia, vocarentur, protulit. Sexto ejusdem hebdomados secunda die, qui Romanis Aprilis sexto, Ægyptiis Pharmuthi undecimus, assumpta costæ Adami particula, mulierem ex ea formavit Deus. Quadragesimo sexto mundi creati die, septimæ hebdomados quarto, Pachon quarto decimo, Maji nono,

Tάν-

Ταύρῳ, καὶ σελήνης σκορπίῳ κατὰ διάμετρον, ἐν τῇ τῶν Πλειάδων ἐπιτολῇ, εἰσήγαγεν ὁ Θεὸς τὸν Ἀδὰμ ἐν τῷ παραδείσῳ, κατὰ τὴν τεσσαρακοστὴν ἡμέραν τ̃ πλάσεως αὐτ̃. τῇ πεντηκοστῇ ἡμέρᾳ τ̃ κοσμοποιΐας, τεσσαρακοστῇ τ̃ πλάσεως τ̃ Ἀδὰμ, ἡμέρᾳ κυριακῇ, Παχὼν ὀκτωκαιδεκάτῃ, Μαΐ᷑ τρισκαιδεκάτῃ, μετὰ τρεῖς ἡμέρας τ̃ ἐν τῷ παραδείσῳ αὐτ̃ εἰσόδ᷑, ἡλί᷑ ὄντ᷑ Ταύρῳ, καὶ σελήνης αἰγοκέρωτι, ἐνετείλατο ὁ Θεὸς τῷ Ἀδὰμ ἀπέχεσθαι τ̃ βρώσεως τ̃ ξύλ᷑ τ̃ γνώσεως. Τῇ ἐννενηκοστῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ τ̃ κτίσεως, τῇ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ τ̃ τεσσαρεσκαιδεκάτης ἑβδομάδ᷑, κατὰ τὴν θερινὴν τροπὴν, ἡλί᷑ ὄντ᷑ καὶ σελήνης καρκίνῳ, τῇ εἰκοστῇ πέμπτῃ τ̃ Ἰουνί᷑ μηνὸς, ἐπιφὶ πρώτῃ, εἰσήχθη ὑπὸ τ̃ Θε᷑ ἐν τῷ παραδείσῳ ἡ τ̃ Ἀδὰμ βοηθὸς Εὔα, ἐν τῇ ὀγδοηκοστῇ ἡμέρᾳ τ̃ πλάσεως αὐτῆς.

sole Taurum, luna Scorpionem ex opposito subeunte, in ipso Pleiadum exortu, quadragesima creationis eius luce Deus Adamum in paradisum induxit. Ab orbe creato die quinquagesimo, ab Adami conditu quadragesimo quarto, die Dominico, Pachon octavo decimo, Maji tertio decimo, tertia ingressus ejus in Paradisum luce, sole Taurum, luna Capricornum subintrante, præcepit Adamo Deus, ut à scientiæ ligno sibi temperaret. Nonagesimo tertio creationis die, secundâ quartæ decimæ hebdomados luce, circa solstitium æstivum, sole cum luna sub Cancro positis, Junii mensis vicesimo quinto, Epiphi primo, adjutrix Adami Eva octogesimo suæ creationis die in paradisum à DEO introducta fuit. Ille acce-

ἦν

ἦν ὁ Ἀδὰμ λαβὼν ὠνόμασεν Εὔαν, ὃ ἑρμηνεύεται, ζωή. Διὰ ὅτο προσέταξεν ὁ Θεὸς διὰ Μωϋσέως ἐν τῷ Λευιτικῷ, ἤτοι Διὰ τὰς μέλας τὴν πλάσιν ὃ χωρισμὸν αὐτῶν ἡμέρας ἐκτὸς ὃ ὑποδείσω, ἐπὶ μὲν ἀῤῥενογονίας ἀκάθαρτον αὐτὴν εἶναι ἐπὶ τεσσαράκοντα ἡμέρας. ἐπὶ ὃ θηλυτοκίας ἕως ἡμερῶν π'. ἐπειδὴ καὶ Ἀδὰμ τῇ μ'. ἡμέρᾳ τ᾽ πλάσεως αὐτῷ εἰσήχθη ἐν τῷ ὑποδείσῳ, ὃ χάριν καὶ τὰ γενόμενα τῇ τεσσαρακοστῇ ἡμέρᾳ εἰσφέρουσιν ἐν τῷ ἱερῷ κατὰ τὸν νόμον, ἐπὶ δὲ θήλεως ἀκάθαρτον εἶναι αὐτὴν ἐπὶ ἡμέρας ὀγδοήκοντα, Διὰ γε τὴν ἐν τῷ ὑποδείσῳ αὐτῆς εἴσοδον τῇ ὀγδοηκοστῇ ἡμέρᾳ, καὶ Διὰ τὸ ἀκάθαρτον ὃ θήλεως πρὸς τὸ ἄρσεν. ἀφαιδρῶς * ὃ πάλιν ὅσα μὴ εἰσέρχεται ἕως ἑπτὰ ἡμέρας ἐν τῷ ἱερῷ, κατὰ τὸν θεῖον νόμον. Ταῦτα ἐκ ὃ βίβ λεγομένῳ Ἀ-

* ἄφαιδρον.

ptam vocavit Evam, cujus nominis expositio est Vita: Ac propterea per Moysen in Levitico † mandavit Deus, hoc est propter dierum spatium, quo recens creati à se invicem à paradiso sejuncti fuerunt; mulierem, in masculi partu quadraginta dies, in fœmina octogintà usque immundam censeri: eam certe ob causam quod Adamus quadragesimo suæ creationis die fuerit illatus in paradisum, cujus gratia natos quoque pueros quadragesimo die juxta legis sancita in templum inducunt: in fœmellæ vero partu ad octogesimum usque mulier immunda perseverat, cum ut in paradisum octogesimo die ingressa, tum ut ejus adventum comparatione longe impurior reperta: unde & menstruo fluxu fœdatam in templum, nonnisi diebus septem exactis, pedem inferre ** lex divina permittit. Pauca hæc ex li-

δὰρ

† Levit. XII. ** Levit. XV. 19.

δαμ φιλομαθίας χάριν ἐν συντόμῳ ἐσοιχειώσαμεν.

bro, cui Adami vita numeri eſt, notitiæ alicujus percipiendæ gratia exaravimus.

XII. Pœnitentia Adami.

GElaſius in Decreto: *Liber qui appellatur pœnitentia Adæ, Apocryphus.*

Syncellus p. 10.

Τῷ χ΄ ἔτει μετανοήσας ὁ Ἀδὰμ ἔγνω δι᾽ ἀποκαλύψεως τὰ περὶ τῶν ἐγρηγόρων καὶ τῆ καταχλυσμῶ καὶ τὰ περὶ μετάνοιας καὶ τῆς θείας σαρκώσεως καὶ τῶν περὶ καθ᾽ ἑκάστην ὥραν ἡμερινὴν καὶ νυκτερινὴν ἀναπεμπομένων εὐχῶν τῷ Θεῷ ἐξ ὅλων τῶν χρισμάτων Δι᾽ Οὐριὴλ τοῦ ἐπὶ τῆς μετανοίας ἀρχαγγέλου.

Anno ſexcenteſimo Adamus peccati ſui pœnitens futura circa Egregoros, diluvium, pœnitentiam, divinam Incarnationem ac preces ab omnibus creaturis, Archangeli Uriel pœnitentibus præpoſiti miniſterio, per ſingulas diei noctiſque horas Deo præſentatas ex revelatione ſibi facta percepit. Confer Salianum ad A. M. 930.

Cedrenus pag. 7. Ὅτι Ἀδὰμ τῷ ἑξακοσιοστῷ ἔτει μετανοήσας ἔγνω δι᾽ Ἀποκαλύψεως τὰ περὶ τῶν Ἐγρηγόρων καὶ τοῦ καταχλυσμοῦ, καὶ τὰ περὶ μετανοίας καὶ τῆ θείας σαρκώσεως. Καὶ περὶ τῶν καθ᾽ ἑκάστην ὥραν ἡμερι-

Adamus ſexcenteſimo anno cum pœnitentiam egiſſet, patefactione divina de Egregoris & diluvio edoctus eſt, ac de pœnitentia: & de incarnatione DEI, atque de precibus quæ ad DEUM ab univerſis crea-

νὴν

νὴν ἀναπεμπομένων εὐχῶν τῷ Θεῷ ἀπὸ πάντων κτισμάτων δι' Οὐριὴλ τ̃ ἐπὶ τῆς μετανοίας Ἀρχαγγέλε.

Ὥρα πρώτη ἡμερινῇ πρώτη εὐχὴ ἐπιτελεῖται ἐν τῷ οὐρανῷ, δευτέρα εὐχὴ ἀγγέλων, τρίτη εὐχὴ πτηνῶν, τετάρτη εὐχὴ κτηνῶν, πέμπτη εὐχὴ θηρίων, ἕκτη ἀγγέλων παράστασις καὶ διάκρισις πάσης κτίσεως. ἑβδόμη ἀγγέλων εἴσοδος πρὸς Θεὸν καὶ ἔξοδος ἀγγέλων, ὀγδόη αἴνεσις καὶ θυσία ἀγγέλων, ἐνάτη δέησις καὶ λατρεία ἀνθρώπων, δεκάτη, ἐπισκοπὴ ὑδάτων καὶ δεήσεις χερσαίων καὶ ἐπιγείων, ἑνδεκάτη ἀνθομολόγησις καὶ ἀγαλλίασις πάντων, δωδεκάτη ἔνδειξις ἀνθρώπων εἰς εὐδοκίας.

Τῷ δὲ ἐνακοσιοστῷ τριακοστῷ ἔτει Ἀδὰμ ἐκοιμήθη καθ' αὐτὴν τῆς παραβάσεως ἡμέραν, καὶ εἰς τὴν γῆν ἐξ ἧς ἐλήφθη ἀπῆλθε, καταλείψας υἱοὺς λγ', καὶ θυ-

turis diei ac noctis singulis horis perferuntur ab Urielo qui Angelorum Princeps sive Archangelus pœnitentiæ præpositus est.

Prima diei hora preces peraguntur primæ in cœlo. Secundâ preces Angelorum tertia volucrium, quarta jumentorum, quinta bestiarum, sexta angeli assistunt omnesq; discernuntur creaturæ. Septima ad DEum angeli intrant & exeunt. Octavâ laudatio & sacrificia Angelorum. Nonâ precatio & cultus ab hominibus. Decimâ aquarum inspectio, precesque cœlestium & terrestrium, Undecimâ mutua confessio & exultatio omnium, Duodecimâ interpellatio hominum DEO accepta.

Adamus nongentesimo trigesimo anno vitæ functus est, eadem quâ olim deliquerat die, & in terram unde fuerat desumtus reversus est, relictis filiis. XXXIII. filiabus XXVII.

γαλέρας κγ΄. Οὗτος ἡγεμόνευσε τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων διὰ ὅλης αὐτοῦ τῆς ζωῆς. Ἡ δὲ ταφὴ αὐτοῦ καλεῖται τὴν τῶν Ἱεροσολύμων γέγονε γῆν, ὡς Ἰώσηπος ἱστορεῖ. —— Σὴθ μετὰ Ἀδὰμ ἡγεμόνευσε τῶν ἀνθρώπων.

Præfuit hic generi humano per totam ſuam vitam. Sepultus eſt in terra Hieroſolymitana, ut Joſephus narrat. —— Poſt Adamum Sethus humanigeneris principatum tenuit.

Arabs auctor MS. apud Kircherum libro & capite primo Obeliſci Pamphilii, narrat Adamum *cogitantem in ripa fluminis ex Paradiſo exeuntis quibus bonis excidiſſet & quas incurriſſet miſerias, voce, oculis manuque ad DEUM elevatis malorum aliquod remedium petiiſſe, & tertia die poſt Orationem veniſſe Angelum Razielem, ipſique porrexiſſe librum igni albo ſimilem, trahentem ad ſe nigredinem*, per quem librum potuerit intelligere, ſcire & cognoſcere omnia mirabilia quæ facta ſunt, fuerunt aut erunt facienda, item intelligere omnia in cœlis, terris, aquis, abyſſis & ſubabyſſis, cœlos omnes angelosque eorum miniſtros, virtutes & opera eorum, motum Solis, Lunæ, ſtellarum earumque naturas & omnium rerum quibus Mundus regitur: Habere poteſtatem ſuper quatuor partes Mundi & angelos cœlorum, ut mittat eos quo voluerit ut ſervum Dominus, imperare ventis nocentibus, & Dæmonibus: Iuvare, nocere, percutere, ſanare, ſolvere, ligare, interpretari ſomnia, ſonos, tonitrua, fulgura, viſiones, prædicere futura in mundo, quolibet puncto, qualibet hora, die, ſeptimana, menſe, anno, luce, tenebris: de bono & malo, de vita & morte, ut omnia ſciat & intelligat.* Similiter Judæi Cabbaliſtæ narrant Adamo cum peccaſſet ablatum eſſe librum

* i. e. nigris literis exaratum.

brum qui antea ipſi in horto Eden plenus myſteriis & expreſsis ſignis ſummæ ſapientiæ per Razielem præfectum arcanis ſuperiorum ſanctorum traditus erat e cœlo: Abiiſſe igitur & fleviſſe & conſediſſe in flumine Gihon, donec caput ejus & corpus ſitum contraheret & ſcabiem. Atque tunc à DEO miſſum Razielem qui ſanaret eum & redderet ipſi librum ſuum, ne ſapientia & doctrina privarentur homines. Adamum deinde tradidiſſe Setho, à quo pervenerit ad Enochum, ab Enocho ad Abrahamum, & ſic deinceps ad ſapientiſſimos cujusque generationis. Ad hæc Hermannus Witſius Theologus Reformatæ Eccleſiæ celeberrimus ſic eſt commentatus lib. 1. de Prophetia ante legem c. 16. §. 3. *Ridicula quidem hæc prima fronte videntur, at continent catecheſin veterum, ac parabolico ſermone ſequentes veritates docent:* 1.) *Notitiam divinarum rerum in ſtatu integritatis Adamo fuiſſe communicatam partim per Φανέρωσιν quoad τὸ γνωςὸν ἓ Θεῷ, partim per ἀποκάλυψιν τῶν μυςηρίων.* 2.) *Notitiam eam magna ex parte amiſſam fuiſſe juſto Dei judicio, quo vindicabat ſanctiſſimæ legis ſuæ transgreſſionem. Hoc notatur libri iſtius ſubductione, quum expelleretur Paradiſo.* 3.) *Eandem clementer reſtituram eſſe, poſtquam admiſſus eſſet ad gratiam, additâ doctrina Evangelii.* 4.) *Ad officium Adami pertinuiſſe, ut poſteros erudiret de DEI cognitione & cultu.*

XIII. *Pſalmus XCII. Adamo tributus à Talmudicis in Bava Bathra, ab auctore commentarii Midras Thillim, aliisque Hebræis.*

BEreſchit Rabba: *Exivit Cain lætus à Deo. Occurrit*

VIII. Adami mira Poteſtas in omnes res creatas, ac facultas miracula patrandi.

GUil. Poſtellus cap. 4. de Originibus p. 15. *Eſt vero cogitandum, quod primus homo in majori perfectione ſanctitatis fuerit quam unrverſi ſancti ſimul, ita ut ad voluntatem ejus tota Elementorum Natura concuteretur, digitorum vero attactu omnia etiam in adamante inſculpi poſſent. Nam quæ vis miraculorum viſa poſtea eſt tam in CHRISTO quàm in ejus membris in utriuque Teſtamenti tempore, illam ipſi Adam, ab initio DEUS conceſſerat.* Etiam corpus Adami ſplendidum & lucidum fuiſſe conjiciunt Hallenſes Tom. VIII. Obſ. ſelect. 6. quam in ſententiam Moſes bar Cepha Adamum in colliculo quodam nomina animantibus imponentem ſcripſit auguſta fuiſſe amictum majeſtate & ſplendore, quem habitu præ ſe ferebat, Solis radios ſuperantem.

IX. Liber Generationum Adam.

GEneſ. V. 1. αὕτη ἡ βίβλος γενέσεως Ἀδάμ. Hoc quidam ſic acceperunt, ac ſi Moyſes libellum Adami ſuo operi inſeruiſſet, vel partem ſaltim libri hoc titulo ab Adamo ſcripti laudaſſet. Vide Kircherum in limine Obeliſci Pamphilii & in Arca Noæ p. 204. Julium Bartoloccium T. 1. Bibl. Rabbinicæ p. 80. Rich. Simonis Bibl. Criticam T. 1. p. 173. ſeq. Sic à Manichæis olim conficta *Genealogia Adami* ſive *liber de filiis & filiabus Adæ*, ut ex Auguſtino contra Fauſtum notavit Six-

tus

tus Senenſis, licet locus ille Auguſtini me fugit. In Gelaſii decreto inter Apocrypha rejicitur *liber qui appellatur de filiabus Adæ vel Geneſeos.*

Rabbinis vero tam ridiculi in mentem venit commenti, ut fingerent Deum in hoc libro generationum Adamo oſtendiſſe *omnes ſapientes cuiuſvis ætatis, & omnes ſcribas & explanatores, & viciſſim omnes cujuſvis ætatis impios, numerum annorum eorum, & veſtigia paſſuum eorum.* Loca è libro Jalkut & aliis produxit Scipio Sgambatus in Archivis V. T. p. 105, Huc ſpectat quoque illud R. Eliezeris laudatum eidem Sgambato p. 112. *Anni & menſes, dies & noctes, horæ & minuta, converſiones, revolutiones & intercalationes erant apud Deum O. M. ipſeque anni temporumque rationes diſponebat. Poſtea placuit hæc Adamo tradere in Paradiſo. Hinc dictum eſt:* Hic liber generationum Adam. *Id eſt liber generationis omnium liberorum Adami. Adam tradidit Henocho.* In Zohar notatur vocabulum Sepher hoc Geneſeos loco poni pro juſto opere ſive libro, Deum enim ad Adamum in Edene conſtitutum miniſterio Angeli Razielis ſublimium & ſanctorum arcanorum præſidis miſiſſe librum plenum rebus ſanctiſſimis pulcherrimisque, & ſeptuaginta duo genera ſapientiæ perſequentem diſſertationibus ſexcentis & ſeptuaginta, maxima myſteria complectentibus.

X. *Apocalypſes Adami.*

EPiphanius in hæreſi Gnoſticorum XXXI. §. ἀποκαλύψεις ἃς ἔγραψαν Ἀδὰμ ἄλλας λέγουσιν. Ex his repetitum videtur fragmentum quod affert

fert idem Epiphanius eadem hæresi c. 5. διὸ καὶ ἐν ἀποκρύφοις ἀναγινώσκοντες, ὅτι εἶδον δένδρον. Φέρον δώδεκα καρπὸς τ' ἐνιαυτ', καὶ εἶπέ μοι, τ' τό ἐστι τὸ ξύλον τ' ζωῆς, ὃ αὐτοὶ ἀλληγορῶσιν εἰς τὴν κατὰ μῆνα γινομένην γυναικείαν ῥύσιν. *Propterea in Apocryphis legunt*: Vidi arborem duodecim fructus quotannis ferentem, & dixit mihi: hoc est lignum vitæ. *Idipsum de menstruis mulierum profluviis interpretantur.* Tertullianus c. IX. de anima: *Cecidit Ecstasis super illum* (Adamum Gen. IV.) *Spiritûs sancti vis operatrix Prophetiæ.* Augustinus IX. 19. de Genesi ad literam: *Illa Ecstasis quam Deus immisit in Adamum ut soporatus obdormiret, recte intelligitur ad hoc immissa ut ipsius mentis particeps fieret tanquam Angelicæ curiæ, & intrans in sanctuarium Dei intelligeret novissima.* Confer quæ mox num. XII. de Adami pœnitentia, atque infra de Evangelio Evæ, & inter Moysis scripta de λεπτῇ Genesi.

XI. ὁ λεγόμενος βίος Ἀδάμ.

Adami Vita.

EX hoc Georgius Syncellus p. 5. Chronici refert dierum numerum quibus nomen animalia sortita sunt, vel quo Eva formata vel Adamus in paradisum inductus, vel de vitando ligni esu præceptum ei impositum à DEO, vel quo Eva in paradisum ingressa renovatum est, cunctaque transgressionis series, nec non quæ transgressionem sunt secuta.

τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τῆς ἑβδομάδος, ἥτις ἦν τρί-	*Die hebdomados primo, quâ à conditu Adami tertius*

τῃ

τῇ μὲν ἡμέρᾳ τῆς πλάσεως ϛ̄ Ἀδὰμ, ὀγδόῃ δὲ ϛ̄ πρώτου μηνὸς Νισὰν, πρώτῃ δὲ ϛ̄ Ἀπριλλίου μηνὸς, καὶ ἕκτῃ ϛ̄ παρ' Αἰγυπτίοις Φαρμοῦθι, ὠνόμασεν Ἀδὰμ τὰ ἄγρια θηρία θείῳ τινὶ χαρίσματι. τῇ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ τ̄ δευτέρας ἑβδομάδ@ ὠνόμασεν τὰ κτήνη. τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ τ̄ δευτέρας ἑβδομάδ@ ὠνόμασεν τὰ πετεινά. τῇ τετάρτῃ ἡμέρᾳ τ̄ δευτέρας ἑβδομάδ@ ὠνόμασεν τὰ ἑρπετά. τῇ πέμπτῃ ἡμέρᾳ τ̄ δευτέρας ἑβδομάδ@ ὠνόμασεν τὰ νηκτά. τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ τ̄ δευτέρας ἑβδομάδ@, ἥτις ἦν κατὰ μὲν Ῥωμαίους Ἀπριλλίου ἕκτῃ, κατὰ δ' Αἰγυπτίους Φαρμοῦθι ἑνδεκάτῃ, λαβὼν ὁ Θεὸς μέρ@ τι τ̄ πλευρᾶς ϛ̄ Ἀδὰμ ἔπλασεν τὴν γυναῖκα. τῇ τεσσαρακοστῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ τῆς κοσμοποιΐας, τετάρτῃ ἡμέρᾳ τῆς ἑβδόμης ἑβδομάδ@, Παχὼν τεσσαρεσκαιδεκάτῃ, Μαΐου ἐνάτῃ, φίλιμ δ' ἦν@

extitit, Nisan, inquam, mensis primi octavo, Aprilis primo, ac Pharmuthi Ægyptiorum sexto, cunctis animantibus divino nutu nomina imposuit Adamus. Secunde hebdomados luce alteram jumentis; tertia hebdomados ejusdem volucribus appellationem indidit, quarta qui reptilia, quinta qui natatilia, vocarentur, protulit. Sexto ejusdem hebdomados secunda die, qui Romanis Aprilis sexto, Ægyptiis Pharmuthi undecimus, assumpta costæ Adami particula, mulierem ex ea formavit Deus. Quadragesimo sexto mundi ereati die, septimæ hebdomados quarto, Pachon quarto decimo, Maji nono,

Tan-

Ταύρῳ, καὶ σελήνης σκορπίῳ κατὰ διάμετρον, ἐν τῇ τῶν Πλειάδων ἐπιτολῇ, εἰσήγαγεν ὁ Θεὸς τὸν Ἀδὰμ ἐν τῷ παραδείσῳ, κατὰ τὴν τεσσαρακοστὴν ἡμέραν τ̃ πλάσεως αὐτ̃. τῇ πεντηκοστῇ ἡμέρᾳ τ̃ κοσμοποιΐας, τεσσαρακοστῇ τ̃ πλάσεως τ̃ Ἀδὰμ, ἡμέρᾳ κυριακῇ, Παχὼν ὀκτωκαιδεκάτῃ, Μαΐ᷑ τρισκαιδεκάτῃ, μετὰ τρεῖς ἡμέρας τ̃ ἐν τῷ παραδείσῳ αὐτ̃ εἰσόδ᷑, ἡλί᷑ ὄντ᷑ Ταύρῳ, καὶ σελήνης αἰγοκέρωτι, ἐνετείλατο ὁ Θεὸς τῷ Ἀδὰμ ἀπέχεσθαι τ̃ βρώσεως τ̃ ξύλ᷑ τ̃ γνώσεως. Τῇ ἐννενηκοστῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ τ̃ κτίσεως, τῇ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ τ̃ τεσσαρεσκαιδεκάτης ἑβδομάδ᷑, κατὰ τὴν θερινὴν τροπὴν, ἡλί᷑ ὄντ᷑ καὶ σελήνης καρκίνῳ, τῇ εἰκοστῇ πέμπτῃ τ̃ Ἰουνί᷑ μηνός, ἐπιφεὶ πρώτῃ, εἰσήχθη ὑπὸ τ̃ Θε᷑ ἐν τῷ παραδείσῳ ἡ τ̃ Ἀδὰμ βοηθὸς Εὔα, ἐν τῇ ὀγδοηκοστῇ ἡμέρᾳ τ̃ πλάσεως αὐτῆς.

sole Taurum, luna Scorpionem ex opposito subeunte, in ipso Pleiadum exortu, quadragesima creationis eius luce Deus Adamum in paradisum induxit. Ab orbe creato die quinquagesimo, ab Adami conditu quadragesimo quarto, die Dominico, Pachon octavo decimo, Maji tertio decimo, tertia ingressus ejus in Paradisum luce, sole Taurum, luna Capricornum subintrante, præcepit Adamo Deus, ut à scientiæ ligno sibi temperaret. Nonagesimo tertio creationis die, secundâ quartæ decimæ hebdomados luce, circa solstitium æstivum, sole cum luna sub Cancro positis, Junii mensis vicesimo quinto, Epiphi primo, adjutrix Adami Eva octogesimo suæ creationis die in paradisum à DEO introducta fuit. Ille acce-

ἣν

ἦν ὁ Ἀδὰμ λαβὼν ὠνόμασεν Εὔαν, ὃ ἑρμηνεύεται, ζωή. Διὰ ὅτο προσέταξεν ὁ Θεὸς διὰ Μωϋσέως ἐν τῷ Λευιτικῷ, ἤτοι διὰ τὰς μετὰ τὴν πλάσιν ὃ χωρισμῶ αὐτῶν ἡμέρας ἐκτὸς ὃ εἰσιδείσω, ἐπὶ μὲν ἀῤῥενογονίας ἀκαθαρσίαν αὐτὴν εἶναι ἐπὶ τεσσαράκοντα ἡμέρας. ἐπὶ ὃ θηλυτοκίας ἕως ἡμερῶν π'. ἐπειδὴ καὶ Ἀδὰμ τῇ μ'. ἡμέρᾳ τ̃ πλάσεως αὐτῦ εἰσήχθη ἐν τῷ εἰσιδείσῳ, ὃ χάριν καὶ τὰ γενόμενα τῇ τεσσαρακοστῇ ἡμέρᾳ εἰσφέρουσιν ἐν τῷ ἱερῷ κατὰ τὸν νόμον, ἐπὶ δὲ θήλεως ἀκαθάρτον εἶναι αὐτὴν ἐπὶ ἡμέρας ὀγδοήκοντα, διό γε τὴν ἐν τῷ εἰσιδείσῳ αὐτῆς εἴσοδον τῇ ὀγδοηκοστῇ ἡμέρᾳ, καὶ διὰ τὸ ἀκαθάρσιον ὃ θήλεως πρὸς τὸ ἄῤῥεν. ἀφανδρῶς * ὃ πάλιν ὅσα οὐκ εἰσέρχεται ἕως ἑπτὰ ἡμέρας ἐν τῷ ἱερῷ, κατὰ τὸν θεῖον νόμον. ταῦτα ἐκ ὃ βίβ λεγομένῳ Ἀ-

ptam vocavit Evam, cujus nominis expositio est Vita: Ac propterea per Moysen in Levitico † mandavit Deus, hoc est propter dierum spatium, quo recens creati à se invicem à paradiso sejuncti fuerunt; mulierem, in masculi partu quadraginta dies, in fœmina octoginta usque immundam censeri: eam certe ob causam quod Adamus quadragesimo suæ creationis die fuerit illatus in paradisum, cujus gratia natos quoque pueros quadragesimo die juxta legis sancitæ in templum inducunt: in fœmellæ vero partu ad octogesimum usque mulier immunda perseverat, cum ut in paradisum octogesimo die ingressa, tum ut ejus adventum comparatione longe impurior reperta: unde & menstruo fluxu fœdatam in templum, nonnisi diebus septem exactis, pedem inferre ** lex divina permittit. Pauca hæc ex li-

δαρ

* ἄφεδρῶ.

† Levit. XII. ** Levit. XV. 19.

δὰμ Φιλομαθίας χάριν ἐν συντόμῳ ἐστοιχειώσαμεν.

bro, cui Adami vita numen eſt, notitiæ alicujus percipiendæ gratia exaravimus.

XII. Pœnitentia Adami.

GElaſius in Decreto: *Liber qui appellatur pœnitentia Adæ, Apocryphus.*

Syncellus p. 10.

Τῷ χ΄ ἔτει μετανοήσας ὁ Ἀδὰμ ἔγνω δι ἀποκαλύψεως τὰ περὶ τῶν ἐγρηγόρων καὶ τ καθαχλυσμῦ καὶ τὰ περὶ μετάνοιας καὶ τῆς θείας σαρκώσεως καὶ τῶν περὶ καθ ἑκάστην ὥραν ἡμερινὴν καὶ νυκτερινὴν ἀναπεμπομένων εὐχῶν τῷ Θεῷ ἐξ ὅλων τῶν χτισμάτων διὰ Οὐριὴλ τ ἐπὶ τῆς μετανοίας ἀρχαγγέλου.

Anno ſexcenteſimo Adamus peccati ſui pœnitens futura circa Egregoros, diluvium, pœnitentiam, divinam Incarnationem ac preces ab omnibus creaturis, Archangeli Uriel pœnitentibus præpoſiti miniſterio, per ſingulas diei noctisque horas Deo præſentatas ex revelatione ſibi facta percepit. Confer Salianum ad A. M. 930.

Cedrenus pag. 7. Ὅτι Ἀδὰμ τῷ ἑξακοσιοστῷ ἔτει μετανοήσας ἔγνω δι Ἀποκαλύψεως τὰ περὶ τῶν Ἐγρηγόρων καὶ τ καθαχλυσμῦ, καὶ τὰ περὶ μετανοίας καὶ τ θείας σαρκώσεως. Καὶ περὶ τῶν καθ ἑκάστην ὥραν ἡμερι-

Adamus ſexcenteſimo anno cum pœnitentiam egiſſet, patefactione divina de Egregoris & diluvio edoctus eſt, ac de pœnitentia: & de incarnatione DEI, atque de precibus quæ ad DEUM ab univerſis crea-

νὴν

νὴν ἀναπεμπομένων εὐχῶν τῷ Θεῷ ἀπὸ πάντων κτισμάτων δι' Οὐριὴλ τ̃ ἐπὶ τῆς μετανοίας Ἀρχαγγέλε.

Ὥρα πρώτη ἡμερινῇ πρώτη εὐχὴ ἐπιτελεῖται ἐν τῷ οὐρανῷ, δευτέρα εὐχὴ ἀγγέλων, τρίτη εὐχὴ πτηνῶν, τετάρτη εὐχὴ κτηνῶν, πέμπτη εὐχὴ θηρίων, ἕκτη ἀγγέλων παράστασις καὶ διάκρισις πάσης κτίσεως. ἑβδόμη ἀγγέλων εἴσοδος πρὸς Θεὸν καὶ ἔξοδος ἀγγέλων, ὀγδόη αἴνεσις καὶ θυσία ἀγγέλων, ἐνάτη δέησις καὶ λατρεία ἀνθρώπων, δεκάτη, ἐπισκοπαὶ ὑδάτων καὶ δεήσεις χερουβικὰς καὶ ἐπιγείων, ἑνδεκάτη ἀνθομολόγησις καὶ ἀγαλλίασις πάντων, δωδεκάτη ἔνωσις ἀνθρώπων εἰς εὐδοκίας.

Τῷ δὲ ἐνακοσιοστῷ τριακοστῷ ἔτει Ἀδὰμ ἐκοιμήθη καθ' αὐτὴν τῆς καταβάσεως ἡμέραν, καὶ εἰς τὴν γῆν ἐξ ἧς ἐλήφθη ἀπῆλθε, καταλείψας υἱοὺς λγ', καὶ θυ-

turis diei ac noctis ſingulis horis perferuntur ab Urielo qui Angelorum Princeps ſive Archangelus pœnitentiæ præpoſitus eſt.

Prima diei hora preces peraguntur primæ in cœlo. Secundâ preces Angelorum tertia volucrium, quarta jumentorum, quinta beſtiarum, ſexta angeli aſſiſtunt omnesq; diſcernuntur creaturæ. Septima ad DEum angeli intrant & exeunt. Octavâ laudatio & ſacrificia Angelorum. Nonâ precatio & cultus ab hominibus. Decimâ aquarum inſpectio, precesque cœleſtium & terreſtrium, Undecimâ mutua confeſſio & exultatio omnium, Duodecimâ interpellatio hominum DEO accepta.

Adamus nongenteſimo trigeſimo anno vitæ functus eſt, eadem quâ olim deliquerat die, & in terram unde fuerat deſumtus reverſus eſt, relictis filiis. XXXIII. filiabus XXVII.

γαλέρας κγ΄. Οὕτως ἡγεμόνευσε τ̃ γένος τῶν ἀνθρώπων δι ὅλης αὐτ̃ τ̃ ζωής. Ἡ δὲ ταφὴ αὐτ̃ κατὰ τὴν τῶν Ἱεροσολύμων γέγονε γῆν, ὡς Ἰώσηπος ἱστορεῖ. —— Σὴθ μετὰ Ἀδὰμ ἡγεμόνευσε τῶν ἀνθρώπων.

Præfuit hic generi humano per totam ſuam vitam. Sepultus eſt in terra Hieroſolymitana, ut Joſephus narrat. —— Poſt Adamum Sethus humanigeneris principatum tenuit.

Arabs auctor MS. apud Kircherum libro & capite primo Obeliſci Pamphilii, narrat Adamum *cogitantem in ripa fluminis ex Paradiſo exeuntis quibus bonis excidiſſet & quas incurriſſet miſerias, voce, oculis manuque ad DEUM elevatis malorum aliquod remedium petiiſſe, & tertia die poſt Orationem veniſſe Angelum Razielem, ipſique porrexiſſe librum igni albo ſimilem, trahentem ad ſe nigredinem *, per quem librum potuerit intelligere, ſcire & cognoſcere omnia mirabilia quæ facta ſunt, fuerunt aut erunt facienda, item intelligere omnia in cœlis, terris, aquis, abyſſis & ſubabyſſis, cœlos omnes angelosque eorum miniſtros, virtutes & opera eorum, motum Solis, Lunæ, ſtellarum earumque naturas & omnium rerum quibus Mundus regitur: Habere poteſtatem ſuper quatuor partes Mundi & angelos cœlorum, ut mittat eos quo voluerit ut ſervum Dominus, imperare ventis nocentibus, & Dæmonibus: Iuvare, nocere, percutere, ſanare, ſolvere, ligare, interpretari ſomnia, ſonos, tonitrua, fulgura, viſiones, prædicere futura in mundo, quolibet puncto, qualibet hora, die, ſeptimana, menſe, anno, luce, tenebris: de bono & malo, de vita & morte, ut omnia ſciat & intelligat.* Similiter Judæi Cabbaliſtæ narrant Adamo cum peccaſſet ablatum eſſe librum

* i. e. nigris literis exaratum.

brum qui antea ipſi in horto Eden plenus myſteriis & expreſsis ſignis ſummæ ſapientiæ per Razielem præfectum arcanis ſuperiorum ſanctorum traditus erat e cœlo: Abiiſſe igitur & fleviſſe & conſediſſe in flumine Gihon, donec caput ejus & corpus ſitum contraheret & ſcabiem. Atque tunc à DEO miſſum Razielem qui ſanaret eum & redderet ipſi librum ſuum, ne ſapientia & doctrina privarentur homines. Adamum deinde tradidiſſe Setho, à quo pervenerit ad Enochum, ab Enocho ad Abrahamum, & ſic deinceps ad ſapientisſimos cujusque generationis. Ad hæc Hermannus Witſius Theologus Reformatæ Eccleſiæ celeberrimus ſic eſt commentatus lib. 1. de Prophetia ante legem c. 16. §. 3. *Ridicula quidem hæc prima fronte videntur, at continent catecheſin veterum, ac parabolico ſermone ſequentes veritates docent:* 1.) *Notitiam divinarum rerum in ſtatu integritatis Adamo fuiſſe communicatam partim per Φανέρωσιν quoad τὸ γνωςὸν τοῦ Θεοῦ, partim per ἀποκάλυψιν τῶν μυςηρίων.* 2.) *Notitiam eam magna ex parte amiſſam fuiſſe juſto Dei judicio, quo vindicabat ſanctiſſimæ legis ſuæ transgreſſionem. Hoc notatur libri iſtius ſubductione, quum expelleretur Paradiſo.* 3.) *Eandem clementer reſtitutam eſſe, poſtquam admiſſus eſſet ad gratiam, additâ doctrina Evangelii.* 4.) *Ad officium Adami pertinuiſſe, ut poſteros erudiret de DEI cognitione & cultu.*

XIII. *Pſalmus XCII. Adamo tributus à Talmudicis in Bava Bathra, ab auctore commentarii Midras Thillim, aliisque Hebræis.*

BEreſchit Rabba: *Exivit Cain lætus à Deo. Occurrit*

rit ei Adam & dixit: quo pacto cesſit tibi res in judicio tuo? Dixit illi: pœnitentiam egi & Deum placavi. Cœpit Adam ſibi percutere faciem ac dicere: Ergo tantæ vis eſt pœnitentiæ, & ego neſciebam? Statim ſurrexit Adam & dixit Pſalmum diei Sabbathi (Pſ. XCII.) Bonum eſt Confiteri Domino. *Dixit R. Levi: Pſalmum hunc Adamus compoſuit, & poſteri illum obliti ſunt. Venit Moyſes & renovavit illum nomine Adami.* Confer Targum ſive Chaldaicam Paraphraſin in Cantic. 1. & ad hunc Pſal. & Dav. Kimchi præf. in Pſalmos, qui tamen Adamum auctorem Pſalmi negat. Ajunt vero Judæi Adamum creatum eſſe feria ſexta hora tertia, peccaſſe hora undecima, damnatum duodecima, & pulſum de Paradiſo fleviſſe usque ad auroram diei ſequentis. Sub initium vero diei Sabbati cœpiſſe: *Bonum eſt confiteri Domino.* Vide ſis etiam Jo. Picum p. 115. Opp. Lambecium prodromo Hiſt. literariæ p. 162. Sgambati Archiva V. T. p. 105. ſeq. Cartwrightum lib. 1. mellificii Hebr. c. 4. T. IX. Criticor. ſacr. Angl. p. 2959. ſeq. Heideggeri Hiſtoriam Patriarchar. T. 1. p. 215. & Rev. D. Chriſtophori Sontagii diatribas de titulis Pſalmorum. Liber Ialkut: *Docuerunt Rabbini noſtri, illa die quâ conditus eſt Adamus dixit: væ mihi quia deliqui, ideo mundus deficit & abit ac redit rurſus ad Chaos. Et hæc eſt illa mors quæ mihi pœna loco prædicta fuerat. Id cogitans ſedebat ac flebat nocte integra, ſed quando prima auroræ columna* (radius) *aſcendit, dixit: hæc ſcilicet conſuetudo Naturæ eſt. Tunc ſtetit & obtulit vitulum cujus cornua prodiere antequam pedes, ſicut ſcriptum eſt: Complacuit Deo vitulus novellus cornua proferens & ungulas.* Pſal. LXIX. 32.

In

In Erubin c. 2. traditur Adamus cum vidit mortem ſibi incubuiſſe, converſus eſſe in jejunio & egiſſe pœnitentiam per annos CXXX.

XIV. Pſalmi Adami & Evæ nominibus conficti.

Ex B. Amadei * Revelationibus.

JO. Euſebius Nierembergius S. I. libro II. de Origine S. Scripturæ c. 13. Lugd. 1641. fol. p. 46. *B. Amadeus raptu quinto duos Pſalmos ſive Cantica ſcripſit ab Adamo compoſita, unum poſtquam vidit creatam Evam, aliud pœnitentiale poſt peccatum ab Adamo & Eva dictum, quos oportune hic tranſcribam ex Regia Bibliotheca manuſcriptorum S. Laurentii in Scuriali, ubi B. Amadei Apocalypſis ſervatur.*

I. Pſalmus, ſive Canticum Adam in productione Evæ.

OMnia quæ in mundo erant, reſpiciebam, nullum mihi ſimile inveniebam: non eſt certè unquam conſolatio perfectè ſolitario. Hæc nunc eſt os de oſſibus meis, & caro de carne mea, propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & erunt duo in carne una. Mas adhærebit uni fœminæ, & fœmina uni viro. Pater filiæ non

* De hoc Amadeo Luſitano Franciſcano A. C. 1474. denato, jactatisque ab eo revelationibus vide Latini Latinii Bibliothecam ſacro profanam T. 1. p. 82. b. & Nic. Antonii Bibl. veterem Hiſpanam T. 2. p. 207-208.

copuletur, multo minus filius matri. Me Deus fecit ſtipitem naturæ humanæ, & ſociam dedit mihi: ex nobis duobus omnes generabuntur: ſine patre & matre nemo naſcetur: ſed ut omnis combinatio inveniatur, filius ex matre ſine patre orietur. Ego ex nullo homine prodii, hæc â me originem traxit. Ex duobus omnes alii generabuntur. Unus ex fœmina ſine viro. Magnum eſt hoc ſacramentum, quo Dei cum populo copulationem oſtendit. Tu vocaberis virago, quia de viro tuo te Deus excerpſit: vocaberis & Eva, quia cunctorum viventium mater. Da huic dexteræ tuam dexteram, & oſculum ſanctum labiis meis. Creſcamus, & multiplicemus, populum Dei cultorem producamus. Ipſe ſuos cultores poterat omnes ſimul producere; communicat nobis proprias actiones, quæ per alios facere poteſt rarò vel nunquam per ſe ipſum facit, & ipſe non beat individua propter ſpeciem, ſed beat & creat ſpeciem propter individua. Sed antequam jungamur, uxor mea, vacemus contemplationi, & rebus divinis, deinde cum timore Dei noſtri implebimus mandata ejus. Gloria & honor ſit Deo uni, & trino, & omnipotenti & ſempiterno.

II. Pſalmus Protoparentum, culparum remiſſionem implorantium & obtinentium.

ADAM. Adonai Domine Deus meus, ſecundùm magnam miſericordiam tuam miſere-

re

re mei: & quia plurima ſunt miſerationes tuæ, dele hanc iniquitatem meam. Oppreſſus ſum tribulatione, maxima tempeſtas pelago demerſit me. Libera me Deus, & erue me de diluvio aquarum multarum. Audite omnes cœli & cœligenæ verba oris mei. Referant Angeli omnia quæ cogito, & loquor, dicant virtutes cœleſtes. Porrigat Deus aures pientisſimas huic humili deprecationi meæ. Exaudiat orationem meam, & clamor cordis mei ad ipſum perveniat. Tu Deus es lux vera, & præclarisſima, omnia alia ſunt tenebris permixta. Tu es ſol, qui neſcis occaſum, & habitans lucem inacceſsibilem. Tu es terminus & finis omnium. Tu ſatietas unica omnium Beatorum.

EVA. Adonai Domine Deus, ſecundum magnam miſericordiam tuam miſerere meri. Magna enim eſt miſericordia tua, & miſerationes tuæ multæ nimis. Tu ante omnia cœlum immobile creaſti habitaculum ſanctum & excelſum, illudque Angelicis ſpiritibus decoraſti, & ipſe omnia quæ facturus eras, benignè revelaſti. Illi fuerunt aſtra matutina, qui te per multa ſecula laudaverunt. Tu cœlum mobile formaſti, & illud aquas quæ ſuper cœlos ſunt, nominaſti. Eſt namque in ſe omnino uniforme, & motu ſuo alii cœli cientur. Aquæ illæ ſunt ſub cœlo immobili & ſuper omnia quæ moventur. Tu creaſti lucem, pulcherrimum Solem, Lunam cum quinque Planetis & Firmamentum in medio poſuiſti, in quo ſigna & ſtellas, & ſidera potenter collocaſti. Quatuor elementa produxiſti, & cuncta ex illis tuâ ſapientia conflaviſti.

ADAM. Adonai Domine Deus, ſecundùm magnam miſericordiam tuam miſerere mei. Draconem enim ſuperbum. & rebellem, brachio tuæ potentiæ diſperſiſti: De ſedibus potentes depoſuiſti, & qui erant humiles ſublimaſti. Eſurientes adimpleſti bonis, & qvi ſibi videbantur pleni abjeciſti. Me tandem hominem de limo terræ fabricaſti, tuâque imagine inſigniſti, etſi natum mortalem, & perturbabilem, ne mori, aut perturbari poſſem concesſiſti: nam & illa à te accipere non repugnabat. Me in locum vitæ, & voluptatis induxiſti, & omnibus bonis decoraſti, ſub pedibus meis omnia ſubjeciſti, & magnum ADONAI nomen oſtendiſti. Evam adjutorium mihi ſimile dediſti, quam de latere meo extraxiſti.

ADAM. Adonai Domine Deus meus, ſecundùm magnam miſericordiam tuam miſerere mei, quia me caput omnium hominum feciſti, tuâque ſapientiâ ſimul cum ſocia imbuiſti, liberum arbitrium concesſiſti, & in manibus noſtris nos demiſiſti. Præcepta & mandata nobis dediſti. Vitam & mortem ante nos poſuiſti; ut ſi mandata ſervaremus, conſervaremur; non ſervando moreremur. Lucifer invidus vidit, & invidit, pugnavit contra nos, & vicit. Victus ab Angelis hominem ſuperavit, & ſemen ejus in æternum proſtravit. Ego ſum qui peccavi. Ego ille qui coram te iniquitatem feci. Si ego noluiſſem, neque Eva, neque hoſtis me avertere potuiſſet. Cùm in honore eſſem non intellexi, & dignitatem meam amiſi. Comparatus ſum jumentis: equo, & mulo factus ſum ſimilis.

ADAM

ADAM. Adonai Domine Deus meus, ſecundùm magnam miſericordiam tuam miſerere mei. Tribulationem & dolorem inveni, circumdederunt me gemitus mortis. Morte, & omni miſeriâ ſum oppreſſus; omnibus muneribus expoliatus. Deſcendi ab Hieruſalem in Hiericho; incidi in latrones peſſimos. Ipſi me ſpoliaverunt, & nudum omnino dimiſerunt, atrociter vulneraverunt, & ſemivivum reliquerunt. Jam nuditatem meam ipſe agnoſco. Malum meum contra me erit ſemper. Scio bonum nunc, Deus, quod amiſi, quod teneo malum benè didici. Verum tamen minus meas defleo miſerias, quàm poſteritatis calamitates. Utinam ſuper me ſolum, & Evam, peccatorum pœna irruiſſet! Tranſibit de progenie in progenies in univerſos liberos noſtros.

EVA. Adonai Domine Deus meus, ſecundùm magnam miſericordiam tuam miſerere mei. Magnus Dominus Deus noſter, & magna clementia ejus, & miſericordiæ ejus non eſt numerus. Qui peccato noſtro adhibuit remedium, ut ſi vellemus ſurgere, poſſemus: Filium ſuum omnium glorificatorem, mox ſtatuit noſtrum Redemtorem; ejusque ſanctam Genitricem ſtatuit noſtram mediatricem, ad cujus effigiem ædificavit me Evam cunctorum viventium matrem. Matrem inſtar filiæ fecit: Adam inſtar filii ſui & mei plasmavit, ejus meritis quoque maximis culpas noſtras abolere voluit, ſi & ipſi vellemus, aut ſacramenta ejus ſuſciperemus. Voluntarium ſacrificium acceptabit, cor humile nunquam abhorrebit. Venientibus ad ſe, obviam occurret, eis peccata dimittens, gloriam infundet.

EVA. Adonai Domine Deus meus, ſecundùm magnam miſericordiam tuam miſerere mei. Grandis eſt multitudo dulcedinis tuæ Deus. Beati omnes qui ſperant in te. Poſt tenebras reducis lucem; poſt dolorem gaudium & lætitiam. Retribuis pro centum mille; pro mille autem centum millia: commutas minima in maxima; temporalia in æterna. Beati qui cuſtodiunt mandata tua; ſubjiciunt colla jugo tuo. Habitabunt in excelſo tabernaculo tuo; requieſcent in monte ſancto tuo. In atriis ſuis morabuntur in fulgidis tectis, ſuper aurum, & omnes lapides pretioſos. Beati qui in te Deum trinum, & unum credunt, & vias tuas ſcire volunt. Omnes gloriam Patri, & Filio, & Spiritui ſancto cantemus, & Deum noſtrum magnificemus. Sicut & in principio Angeli canebant, ſic nos cum illis nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

XIV. Sepher Raziel, ſcriptum Cabaliſtico Magicum.

HUnc librum Adamo ab Angelo Raphaële (vel Raziele potius) traditum fabulantur Judæi, explodunt Cornelius Agrippa c. 45. libri de vanitate ſcientiarum, Georgius Venetus aliique apud Thomam Bangium in Cœlo Orientis p. 120. Verùm Agrippæ verba adſcribenda ſunt: *Sed & libros à Raziele & Raphaële Adami & Tobiæ angelis traditos oſtentant, qui libri tamen acutius inſpicienti ſuorum præceptorum canonem, ritnum conſuetudinem, verborum & characterum genus, exſtructionis or-*

ordinem, inſulſam phraſin, aperte ſeſe produnt non niſi meras nugas ac impoſturas continere, ac poſterioribus temporibus ab omnis antiquæ Magiæ ignaris perditiſſimis perditionum artificibus eſſe conflctos ex profanis quibusdam obſervationibus noſtræ religionis permixtis, inſitisque ignotis multis nominibus & ſignaculis, ut perterreant rudes & ſimplices, & ſtupori ſint inſenſatis, & his qui neſciunt bonas literas. Prodiit liber ille Amſtelodami 1701. in 4. abſolvitur paginis 96. notusque eſt ſub titulo Sepher. Raziel. Titulus integer eſt: ספות דארם קרמאה שבתז לו רזיאל המלך: Ex hoc repetiit nonnulla Gaffarellus in inauditis ſuis quas vocat curioſitatibus. Jactantur & MSti hujus libri Codices ampliores & conceptioribus atque amplioribus nugis referti.

XV. Sedro le Adam, Liber Adami apud Sabios, ut ajunt, ſive Sabæos potius Chaldæos Mandaitas & Chriſtianos S. Johannis Baptiſtæ, celebratus.

LIngua ſcriptus ad Chaldaicam accedente, litteris licet & multis verbis à vulgari uſu abhorrentibus, & characterе literarum tali fere qui ad eſtrangelam Syrorum ſcripturam ex parte videatur accedere. Specimen characterum illius operis quod ex Oriente allatum à Crucejo (Mr. de la Croix) exſtat Pariſiis in Bibl. Colbertina, & cujus alium Codicem Romæ evolvit Abraham Ecchellenſis, videre licet in collectione variorum itinerum Clariſſimi Thevenoti Pariſ. 1666. fol. Tomo I. *Commencement d'un livre des Chaldeens*

deens de Baſſora, autrement appellez les Chreſtiens de S. Iean, ecrit en caractères tres anciens non encore veus en Europe, avec l' Alphabet de ces meſmes caractères. Illos Chriſtianos S. Johannis aliqui putant commune aliquid habere cum antiquis Sabiis: ſed Sabii illi veteres fuere idololatræ & cultores *ſabæ*; ſive excercitus cœleſtis, igitur in ſacris ſuis & religione certe ab illis longe in diverſa abeunt, ut recte animadverſum Richardo Simoni in Bibl. Critica T. I. cap. 12. p. 171. Sed Sabæos pro Sabiis recte hic intellexeris. Confer de hoc libro Herbeloti Bibl. Orientalem p. 726. Abr. Ecchellenſem in præfat. Concilii Nicæni Arab. & ad Catalogum librorum Orientalium Hebed Jeſu, & de origine nominis Papæ in Eutychio vindicato p. 328. Agathangelus à S. Tereſia Epiſtola ad Robertum Huntingtonum data Baſſoræ 28. Nov. 1681. p. 84. *Sabæi tres principales habent libros, qui apud ipſos æquali ſunt in veneratione. Primum nominant* Sahaf Adam, *quem dicunt Propatorem noſtrum Adamum à DEO immediate recepiſſe. Secundum* Sahaf Hieahie ben Zacharia, *quem quidem dixerunt eſſe venerabilem præcurſorem Domini* S. Joannem Baptiſtam, *& iſtum etiam dicunt Hieahie à DEO recepiſſe: & tertium* Divan, *qui alios multum excedit in magnitudine, ſed pari æſtimatione habetur. Iſti Sabæi neſcio qua Zelotypia excitati nullo modo permittunt iſtos libros in aliorum manus exire, & quamvis iſta natio multa avaritia laboret, in hoc tamen difficile corrumpitur. Duos primos nominatos libros reperi, & à quodam paupere neceſſitate oppreſſo eos emi, pretium fuit circa primum 25. ſcuta, & circa ſecundum 9. ſcuta.* Thomas Smithus in ejusdem Huntingtoni Vita p.

XXI.

XXI. *D. Huntingtoni votis importunisque precibus obsecundavit bonus iste Carmelita* (Agathangelus) *& postea desinente A.* 1683. *tres libros in Angliam benevole admodum & provide transmisit, quorum duos* (imo unum tantum) *Mendæi olim* Adamo *Protoplastæ à DEO traditos, tertium vero Angelis trecentis triginta annorum millibus ante Adamum conditum cœlitus delatos, communi Gentis errore fabulantur. Hi vero libri inspicientibus magis stupori quàm usui sunt, eruntque, nondum reperto Interprete, qui adhuc desidentur, & desiderabitur, donec studia hæc jejuna & inutilia, quæ est iniquissima multorum censura, Principum, Magnatum, & Episcoporum munificentia pristinum, à quo ignavorum indoctorumque hominum culpa excidere, decus recuperabunt.*

XVI. Adami Columnæ.

GOtfridus Viterbiensis in pantheo sive Chronico:

Fertur Adam longas laterum formasse figuras
In quibus & rerum statuit describere summas
A quibus accipimus si qua vetusta damus.

Sed de his rectius infra in Setho.

XVII. Liber Jetzira.

HUnc Cabbalisticum librum ad Adamum referri à Judæis quibusdam, multi è Christianis tradunt ut Masius, Waltonus, Heideggerus, Bangius aliique. Sed plerique omnes Hebræi,

bræi, non minus licet falso, eundem tribuerunt Abrahamo Patriarchæ, ut infra dicam. Confer Rich. Simonem lib. 3. Hist. Criticæ V. T. c. 21. p. 105. & librum secundum Epistolarum selectarum Gallice ab eo editarum p. 166.

XVIII. Adami Vestigia in Insula Zeylan. Mons Pico de Adam.

CHristophorus Arnoldus in paralipomenis ad Clariss. Wagenseilii Sotam p. 1164. *In Insula India Orientalis Zeylan sive Seylon Mons* est qui à Muhammedanis Sarandib, à Lusitanis vero ob rupis similitudinem* Pico de Adam *vocatur. In hoc monte vagrandia Adami vestigia ostenduntur, manu ejusdem lapidi incisa, postquam scilicet (Muhammedicum istud commentum est) è Paradiso cum costa sua expulsus in montem illum altissimum confugit. Quare & incolæ religiosam quotannis peregrinationem illuc instituunt, Rexq; ad fidem Christianam conversus, Don Joan, mensuram vestigiorum Adami in urbem Candy transtulit. Joris van Spilbergen in primo itinere suo p. 41. Idem affirmat recentior testis Albertus Herport in Itinere Orient. p. 173. montem hunc Hacman appellans, in cujus fastigio, haud procul à templo, multis ardentibus luceruis fulgentissimo, præter illa vestigia terream Adami imaginem, insanæ magnitudinis, conspici jacentem perhibent.*

XIX. Libri

* Eutychius T. 1. Annal. p. 15. *Cum Adam & Eva in Dominum suum rebellassent, expulit ipsos è Paradiso, hora nona die Veneris in quendam è montibus Indiæ, collocatosque in terra jussit sobolem protreare quo multiplicarentur & implerent terram.*

XIX. Libri Decem quos Adamo à DEO inſpiratos memorant Muhamedani.

AUctor Compendii Theologiæ Muhamedicæ quod Arabice cum verſione & notis edidit V.C. Hadrianus Relandus p. 73. *Libri cœlitus ad Prophetas demiſſi ſunt numero centum & quatuor: è quibus decem Deus excelſus demiſit ad Adamum, quinquaginta ad Sethum, triginta ad Idriſum, decem ad Abrahamum, unum ad Moſem qui eſt* תורה *Pentateuchus, unum ad Iſam (JESUM) qui eſt Evangelium, unum ad Davidem & hic eſt Pſalmorum Liber, & unum ad Mohammedem qui eſt Alfurcan (Alcoranus.) Qui hæc volumina abnegat, vel de iis aut parte eorum vel capite vel verſiculo vel verbo ex iis dubitat, certe infidelis eſt. Serva nos o DEUS ab infidelitate!* Libros XXII. Adami colligit Hottingerus p. 22. Hiſt. Orientalis ex Keſſæo Arabe, cujus hæc ſunt verba à Kirchero etiam & aliis deſcripta latine: *Deinde tradit Adamo DEUS XXI. paginas ſuis exaratas & inciſæ literis. Fuit hic primus liber* (en librum unum è paginis pluribus conſtantem) *& prima lingua conſcriptus. Continebat autem præcepta, traditiones, promiſſiones & minas in generationes ſecuturas, & interpretationem literarum, pacta ſtatuta & promiſſiones & hiſtorias*

ſtorias mundi totius exhibebat. Et repræſentavit Deus excelſus in hiſce generationes hominum ſingulas, & figuras eorum & directiones eorum cum Regibus eorum, cum omnibus & ſingulis quæ in terra gererentur, usque ad cibos & potiones. Deinde cum Adam vidiſſet in hiſce ea quæ filiis ſuis debebant accidere, flevit fletu magno. Tunc præcepit ei Deus ut ſcriberet illa calamo, & accepit pelles ex pecoribus & præparavit illas usque dum fierent albæ, & ſcripſit in eis XXIX. literis.

XX. De Alchymia ſive Chryſopœia liber, alius item de Divinitate.

ETiam ſub Adami nomine jactatur Liber de Chymia, atque auro conficiendo à vanis hujus artis venditatoribus. Martinus Delrio diſquiſitt. Magic. lib. I. c. 5. quæſt. I. pag. 70. *Chryſopœiæ originem quidam nobis valde faciunt antiquam, qui præclaro Adami titulo libellum quendam inſignem obtrudunt, ut & alii Moyſis & Mariæ ſororis ejus & Salomonis, & Hermetis Trismegiſti & Ariſtotelis, & Pythagoræ eorum quorundam libros venditant, hæc enim omnia pro impoſturis habenda duxerim & otioſorum hominum ſomniis. Quid? an quia ab Adamo prima ſcientiarum principia, idcirco & de hac ille arte ſcripſit, quem de nulla conſtat ſcripſiſſe? An quia Moyſes in omni Ægyptiorum ſapientia excellens, idcirco & ipſe & ſoror ejus (miror Aaronem non additum & Beſeleel) animum ad alchymiam excolendam adjecere? An quia Cabbaliſtæ nugantur Chamum in Arca Noacho Patri ſuo libros de magia naturali furatum, quos Miſraimo filio ſuo donaverit, idcirco inter illos etiam*

etiam Chymici libri fuere? ſed Chamum ſcimus non Philoſophiæ naturalis, verùm Magiæ Dæmoniacæ fuiſſe propagatorem. Antonius Vandalen diſſ. de Hiſtoria Ariſteæ p. 56. ubi de libris Apocryphis quos per Esdram reſtitutos legas 4. Esdræ XIV. 44. *Nec dubitandum eſt*, ſcilicet, *quin inter illos fuerint libri Adami, quem quidam ciniſiones primum Chymicum ponunt, ac Chymiæ Magiſtrum: ſicut Georgius Hornius* * *primum philoſophiæ, atque alius Germanus* † *in tractatu de Academiis Antediluvianis primum Theologiæ profeſſorem, Academias namque ille erexit. Credimus an qui ita amant ipſi ſibi ſomnia fingunt?* Nihil minus tamen eſt quam ſomnium, ſed res veriſima teſtatiſſimaque, quod Adamus DEI cognitionem & cultum ad poſteros ſuos propagavit, licet haud æque conſtat quod Rabbini tradunt librum ab Adamo ſcriptum eſſe *de Divinitate*, atque omnia ab eodem relata in librum, quæcunque DEUS in horto Eden cum ipſo locutus eſſet, ac quæ præcepta ipſi dediſſet. Sed liberis ſuis notitiam & venerationem Numinis non inſtillaſſe, prorſus incredibile eſt.

XXI. Traditio Adami de duratione Mundi.

MEnaſſeh ben Iſrael in Conciliatore p. 39. *Divini Theologi Cabbaliſtæ quos Plato in Timæo ſecutus eſt, putant Mundum inferiorem quibusque ſeptem millenariis, Cœlum quinquagintæ annorum millibus locum novo factum eſſe Mundo & Cœlo. Hoc ajunt Adamum*

C *tra-*

* Hiſt. Philoſoph. lib. 1. c. 11.

† Gotfridus Vockerodt de ſocietatibus litterariis antediluvianis.

tradidiſſe Sethо, hunc Hanochо, Hanochum Noachо, illum Semo, hunc Heberо, & Hebræorum-Patriarchis, poſtea id confirmatum à Moyſe, & ſignificari per Divinos illos ſex creationis dies qui repræſentant ſex millia annorum, quia & ait Pſalmographus (XC. 4.) Dies Domini eſt mille anni, mille anni in oculis tuis ſicut dies unus. Confer quæ infra in Elia.

XXII. Zabiorum aliorumque Variæ de Adamo traditiones & commenta.

MOſes Maimonides in More Nebuchim III. 29. p. 422. *De Adamo dicunt, quod cum ex climate h. e. ex terra* תשאם *quæ Indiæ vicina eſt egreſſus & terram Babel ingreſſus fuit, multa mirabilia ſecum aſportaverit, & inter illa arborem flores folia & ramos auri habentem, arborem item talem lapideam, folia item cujusdam arboris ita vireſcentis, ut folia ejus ab igne non conſumantur, & quæ ſub ſe comprehendere vel tegere poſſit decem millia virorum ſtaturæ Adami, quod duo ſecum folia geſtaverit è quorum unoquoque duo homines contegere vel veſtire ſe potuerint. Atque ſic multa alia narrant hujus generis admiranda.* Omitto alia aliorum de Adamo commenta vel ænigmata, ut de gigantea & immani ejus ſtatura, de natura Hermaphrodito, & quod fabulantur virgam qua Moyſes uſus, Adami primum fuiſſe, & Eſavum habuiſſe veſtem * quæ pridem Adami fuerit, quam indutus cum venaretur à præda non potuit aberrare. Et quod Annius ab Adamo conditam affirmat Hebron civitatem, in

* De veſtibus Adami, expreſſisque in illis omnis generis figuris animantium, volucrum & beſtiarum vide Wagenſeilii Sotam p. 339. ſeq.

in qua nimirum ſepultus à multis jam pridem creditur ex male accepto loco Joſ. XIV. 15. Quod Philippus Cluverus ſub Græcorum Lino, Perſarum Zoroaſtre & Ægyptiorum Thamo putat latere Adamum, ut alii ſub Hermete ſive Mercurio, alii denique ſub Saturno qui filios devoraſſe, vel ſub Prometheo qui ex luto homines efformaſſe legitur.

XXIII. Teſtamentum Adami.

ELmacinus memorat, quod vicinus morti Teſtamentum fecit, in eoq; præcepit *ut Sethus cum fratribus liberis & uxoribus ſuis in monte ſancto* (Horeb) *habitarent, neque inde deſcenderent, aut cum ſemine Kaini homicidæ commiſcerentur: præterea que ſi migrarent e monte, transferrent ſecum corpus ſuum, illudque ſepelirent in meditullio* * *terræ.* Liber de generatione Mahometi, apud Sgambatum p. III. *Adam videns imminere ſibi finem, acceptum manu filium Seth ducit ad locum Orationis, &, Dei, inquit, præceptum habeo, ut faciam tibi teſtamentum lucis. Adeſt Angelus Gabriel cum LXX. millibus Angelorum, ſingulicum paginis albis & calamo de calamis Paradiſi. Scriptum itaque reliquit Adam ſub teſtimonio Angelorum, ſignatum ſigillo Gabrielis.* Eutychius T. I. p. 19. *Cum morti vicinus eſſet Adam, vocavit ad ſe Sethum, & Enochum Sethi filium, Kainanem Enochi filium, Sethi nepotem, Mahalaëlem filium Kenani, teſtamentoque illis ſuo præcepit: Hoc eſto teſtamentum omnibus filiis veſtris obſervandum, ſi fuero mortuus, condite corpus meum myrrha, thure & caſia, neque ponite in ſpelunca abdita. Quicquis autem ex filiis veſtris tunc ſuperſtes fuerit,*

* Hieroſolyma credita eſſe umbilicus Orbis terrarum. Vide Eutychium T. 2. p. 287. & V. C. Chriſtophori Cellari Notitiam Orbis Antiqui lib. I. cap. 4.

rit, cum egressi fueritis vicinia Pamdisi, accipiat secum corpus meum, illudque collocet in meditullio terræ. Inde enim erit salus mea, salusque omnium meorum posterorum. Confer quæ apud eundem Eutychium p. 32.

XXIV. Apocrypha præmissa libro Geneseos, in Codice MS. Bibliorum Germanice scripto A. C. 1458.

APud Theologum celeberrimum D. Jo. Fridericum Mayerum τὸν μακαρίτην, cum ejus hospitio uterer, evolvere me memini Codicem Bibliorum Germanicorum ante B. Lutheri tempora scriptum in charta, cujus uberior notitia traditur ad calcem Historiæ versionis Bibliorum Lutheri à laudato Mayero Hamburg. 1701. editæ p. 164. 174. seq. In illo antequam ad narrationem Mosaicam fit accessio, non pauca veluti omissa ab illo sacro scriptore atque ex traditionibus & libris Apocryphis supplenda hunc in modum præmittuntur:

Von erst wie Gott in seiner Allmächtigkeit was/ ee das er Hymel und Erde und alle Ding weschaffen hat. Quo in capite pluribus disseritur de mundo archetypo sive ideali, qui fuerit in Deo antequam mundum visibilem conderet. Sequitur deinde **von der Dreyfaltigkeit.** Porro **wie GOtt alle Ding weschaffen wolt/ und wie er durch uns darnach wolte Mensch werden.** In hoc capite feruntur coram Trinitate congregatæ fuisse universæ virtutes, justitia, consilium, sapientia, misericordia, po-

potentia &c. quas DEus consuluerit de futuro lapsu Luciferi & hominum. Cumque justitia pœnas exegisset ab homine, misericordia & gratia veniam petiisset, respondisse DEum: Ee daß der Mensch durch meinem Zorm verderb/ will ich meinen Sun mit der Menschhait úmbgeben/ das in ain Magt gepar/ damit der Mensch geadle wart/ wenn sein Menschhait sich mit ihm geprüdert/ der scholl denn sein rein lauters Leben in unverschulten Tod für des Menschen Tod geben / sein Pluet ist so tewer das sein Troph wol abwäscht aller Menschen Sünd. Er wird genannt der Hayler/ Ich send in hinab auf dy Erd/ daß er mir den Menschen also wieder kauf/ und wollen seinem gesinde jet gemüet mit unserm Geist wegiessen/ daß sie darnach von unser Dreyvaltigkeit sagen werden.

Longa deinde sequitur narratio de angelorum lapsu, quam in compendium missam lectori enarrabimus. Dicitur itaque DEUS, cum cœlum & terram condidisset, primum in cœlo creasse Angelum Sataëlem, deinde Luciferum, Michaëlem reliquosque Angelos, a Lucifero autem (GOttes Lichttreger) qui maximâ præ reliquis coronâ conspicuus erat, creatorem ter sanctum hymno celebratum, cui etiam cæteri responderint angeli. At eundem Luciferum à DEO laudatum deinde cœpisse arrogantius se gerere, Deo se æquiparare, deque illo dejiciendo consilium capere. Angelorum alios Deo adhæsisse, alios eventum rei expectantes & potentiorem partem secuturos neutram in præsenti probasse. Dyselben waren Zweiflet/ darum wurden sy von Himmel verstossen. Hinc à

DEO condita tartara, & in illa Luciferum cum aſſeclis ſuis detruſum. Auch wurden mit jhm verſtoſſen die Zweiflet / do regnät es drey Tag und drey Nacht nichts wen lótig tewffl herab/Zetel in der Helle grunt / darin ward ach und wee erkent. Omitto quæ deinceps plura de peccato & ſuppliciis Diaboli, & quare non illi ſicut hominibus redemtor datus fuerit, diſſeruntur. Ad quæſtionem autem, cur DEus Luciferum creaverit, quem non ignoraverit brevi in tam atrox genus peccati prolapturum, reſpondet, hoc factum eſſe, ut boni angeli præ malis agnoſcerentur, wan vär nyemand tumb/ wer würd durch Weißtumb gelobt?

Tätt all dis Werlt recht/
So wät der Herr als der Knecht:
Trügen wir ain gemüet
Wer wer den pós oder guet/
Sünſt kräftiget ſich des gueten Muet
So der pós unrecht tuet.

Hinc alia ſequuntur de angelorum potentia & ordinibus, ubi etiam Archangeli ſive principes Angelorum dicuntur eſſe tres: Gabriel, Raphael, & Michaël.

Jam de anima hominis ad imaginem DEI condita autor agere incipit: Unſer HErre GOtt weſchuef dy Seel nach der Geſtalt / Form und Zeichen der edlheit ſeines Antlitz recht als ain Wachs das Zaichen trait von dem Inſigl darin es gedrückcht wiert/ alſo ſind ſy geſtalt nach des Schópher Geſchefft der ſy pſchueff. Cumque monuiſſet creatorem de tam nobilibus creaturis, angelis

gelis nempe & animabus, ſempiterna laude celebrandum eſſe, iterum redit ad angelos bonos, quos ait Dei faciem videndo ejus quoque voluntatem ſimul percipere, idque ſumma cum voluptate ab iis fieri, & hoc ipſum eſſe locutionem Dei cum Angelis. E contrario malos angelos Dei voluntatem intelligere æterna ſupplicia ſentiendo. Quare anima ab oculis corporis videri non poſſit, docet ex *Gregorii dialog. lib. IV. cap. 5.* doch hawit dikch (crebro, ni fallor) mit gläublicher Warheit vernommen / das heylige Lewt haben geſehen dy Sell von den Leib ſcheydn in menſchlichen Pild/ ſchón und frey vor meyl als dy Kind und den dy Engl pey waren und füertns zu den Himmelreich/dahin uns GOtt durch ſeinen Namen auch helffe/ Amen.

Hiſce præmiſſis denique accedit ad Moſaicam creationis hiſtoriam, docens, Deum in maſſa incondita per omnipotentiam ſuam prius univerſa veluti incluſa ſervaſſe, deinde chao illo diſrupto materiam in quatuor elementa diſtinxiſſe, ex quibus omnia formaverit atque temperaverit ſex dierum ſpatio, cui ſeptimus quietis ſi addatur, pulchre exprimi numerum ſeptenarium columnarum, quas Sapientia domum ſibi ædificatura excidiſſe legitur Proverb. IX. prima autem verba Geneſeos ita interpretatur: Jn dem erſten Anfankch beſchuef GOtt Hymlreich und Erdreich. Dy Erd lag lár plos und unfruchtpar/ mit trüeber vinſter was ſy pedakcht von Grund auf. Spiritum incubantem aquis docet eſſe Spiritum Sanctum, der alle Ding wolt machen/recht als ein Vogel der da

prüetet ſein Ay/und das vol prüetet --- alſo prüetet GOtt allew Geſchepht mit der Krafft des Heyligen Geiſtes / do er was komen über die Waſſer. Lucem primigeniam autor noſter ait fuiſſe eine ſchleynige Wolken das mit ſeinen Schein erleucht das Obertail unſer Wonung mit einen tunckeln Licht / als man nu des Morgens ſiecht / und das Licht füert ſich als ſich nu dy Sunn füert. Quæ ſententia non tantum ſcriptori *Hiſtoriæ Scholaſticæ*, ſed & pluribus aliis viris doctis ſe probauit. vide *Dionyſ. Petavium* de opificio ſex dierum lib. I. cap. 7. & 8. Quærenti autem quorſum nubes illa condito ſole pervenerit, ita reſpondet: etlich ſprechen daß es verging in dy vodere Materi davon es gemacht ward / als der Stern der die drey Künig füert / und als dy Taub dy in der Geſtalt des heiligen Geiſts erſchein. Etlich ſprechen daß das Gwolke der Sunne nach volg / oder daß die Sunn daraus gemacht ſey. Creationem hominis deſcribit his verbis: GOtt ſprach: machn mir ainen Menſchen nach unſer Pildung und Geleichniß / der ſchol herſchen über dy Viſch des Meers / über dy Vogl in den Lüfften / über die Tyer des Erdreichs / und über alle Creatur der Erden. So peſchuef GOtt den Menſchen nach ſeiner Pildung und Gleichnis / und macht in vom Leim / und plies in lebenden Geiſt / Seel und Weißheit mit Vernunfft. GOtt geſegnet in und ſprach: Erkenne mich und leiſt mein Gepot. Hie vind man das der Menſch nach dem Leichnam gemacht iſt von Erdreich / nach der Sell iſt er geſchopht von nichte &c. Ubi obſervamus corpus quodlibet carnoſum & hominis

etiam

etiam vivi Germanis dici, einen Leichnam / ne quis putet corpus Christi à nobis cadaver appellari cum canimus:

HErr dein heiliger Leichnam
Der von deiner Mutter Maria kam/
Und dein heiliges Blut
Laß uns kommen doch zu gut/ Kyrie Eleison.

Bruta animantia affirmat ad Adamum, quem non semel Herrn Adam vocat, adducta esse ope angelorum. Cum vero inter illa nullum reperiisset, cum quo posset societate jungi, da ordnet GOtt / daß Adam entnukte und nicht vollen entschlief. Hie nimmt man es also/ daß Adam in dem entnucken entzückt ward/ und im wurden Himlische Ding geoffenwart / und da er entwacht / da sagt er und weissagte künfftige Ding von der Ainygung Christi und der Christenheit, und von der künfftigen Sündfluth und von den letzten Gericht. Addit porro, non Deum ipsum sed interprete creatura esum arboris scientiæ Adamo interdixisse, Evam quoq; formatam esse ab Angelis, cujus alioqui prærogativam præ Adamo triplici argumento conatur adstruere. Hie mag man der Frauen Würdigkeit gemerken an dreyen Dingen: Aine/ das sy von einer edlern materie gemacht sind den der Mann/ das ist von Pein und von Fleisch/ aber der Mann von Leim. Dy ander / wenn sy an ainer edlern stat gemacht ist dann der Mann/ wan sy ist gemacht in den Paradis/ aber der Mann nicht/ der ward gemacht auf dem Acker der da heisset Damascenus. Das dritte den in ierer Art (per Christum

natum ex muliere) ist unser Erlösung geschehen. Refellit etiam Judæos duplicem Adæ uxorem fingentes, quarum una ex luto extra paradisum, altera in paradiso ex costa condita fuerit. Fabellam illam Judaicam lector reperiet apud *Jo. Buxtorfium* Synagogæ Judaicæ capite IV. Quavis autem fabulâ magis ridiculum est, quod de nominibus protoplastorum scriptor subjicit: Er hieß auch nach Ebreischer Zungen Jodar, und sie Yssa, das ist als viel gesprochen als ein Leben/ wen sie was ein Muetter aller Menschen/ oder darumb hieß er sy Eva, durch der künfftigen Klag / wen all Menschen dy geporn werden dy klagen iet Not / dy Knäbl ruffen a a/ die Meydele e/ Ach und Wee/ recht als man sprächt/ alle dy geparn werden rueffen a oder e / ach oder wee. Omitto alia minus forte improbanda, v. g. quod diem primum creationis ait respondere diei annunciationis Mariæ Virginis, diem secundum nativitati Domini, tertium diei passionis, quartum diei resurrectionis Christi, quintum adscensioni in cœlos, sextum missioni Spiritus Sancti, & septimum quâ Deus à creatione quievit, hoc est condere desiit, futuro adventui Christi ad judicium.

Varia deinde sed protrita philosophatur de homine microcosmo, de triplici facultate hominis imaginativa, intellectiva & electiva, quædam itidem de Adami paradiso subjicit, fabulis simillima. Ex iis autem quæ de lapsu protoplastorum sequuntur, nonnulla huc apponere juvat. Notat itaque serpentem Spiritu Luciferi actum felicitatem paradisiacam & quod ad imaginem Dei conditos adorare deberet (ut infra ex *Pseudo-Methodio* additur) homi-

nibus

nibus invidentis adortum esse pro calliditate sua non Adamum sed Evam. Er vorchte das Herr Adam pisichtiger und klueger wár dan Eva / und daß er sein Hochfart verstund / und greiff das Weib an / dy er bald dorch ir unpisichtikeit willen übertkam. Formam serpentis si quis requirat, respondet fuisse erectam instar humanæ: in imagine vero adpicta cernitur serpens arbori circumvolutus caput habens muliebre, cui corona imposita est; qualem figuram occurrere etiam in editis quibusdam Bibliis vetustioribus Germanicis observavit *B. Tilem. Andreas Rivinus* in calce dissertationis de serpente antiquo seductore. Cæterum in *historia Scholastica*, uti pleraqꝫ, quæ hactenus recensuimus ita & hæc legas: *Elegit etiam Lucifer quoddam genus serpentis, ut ait Beda, virgineum vultum habens, quia similia similibus applaudunt, & movit ad loquendum linguam ejus, tamen nescientis, sicut & per fanaticos & energumenos loquitur nescientes.* Quæ omnia interpres noster fideliter expressit. Ex eodem fonte hausturn est quod addit: Ettlich sprechent / das Er (Adam) Frawe Ewa darumb alspald volgte / wen Adam wart nach GOttes Wort das Eva mit der vort stürbn wen sy nur den Aphlázz / und do sy nicht starb / do gedacht er im / und in hiet es GOtt nuer zu einer Vorcht verpoten / und nicht in einer waren Meinung / und ázz. Prætereo reliqua, quia video singula apud eundem *Petrum Comestorem* similiter extare, v. g. quod arbor prohibita videatur fuisse ficus, quod Deus verbis: *ubi es?* Adamum monere voluerit, in quam inciderit miseriam, schaw in was Jammers pistu gevallen: itidem quæ disserit

rit de cognitione nuditatis, de triplici maledicto, quod impactum est serpenti, qui tripliciter peccaverat, invidendo, mentiendo, decipiendo. De pœna Evæ & Adamo inflicta, & quod terra, non vero aqua maledicta fuerit, unde Christus quoque pisces comedisse legatur, minus vero carnem (excepto propter præceptum legis, agno paschali) Das Erdreich ward verflucht/ und nicht das Wasser/ und darum list man/ daß GOtt Visch geessen hat und nicht Fleisch/ dan das Osterlamp dorch des Gepots willen/ daß er die Ee behielt. Hic nempe egregium inveniunt Pontificii jejuniis suis & abstinentiæ à κρεωφαγία argumentum. Observat etiam interpres noster per peccatum protoplastis ereptum esse dominium in animalia. Hier merckt man/ daß der Mensch sein Herrschafft verlorn hat an den grossen Thieren/ als an den Leon und an andern sämtlichen Thieren/ und darumb daß er merck und erkenn was er gehabt hat und darnach verlorn/ an den klein Tierlein/ daß er sein Kranckheit erkenn/ wenn er sich vor samlichen nicht erretten kan. An den mittern Thieren ist im die Herrschafft geplieben zu einen Trost. Es ist viel gebürme das do wirt aus verdarbne Lufft/ und mit erfaulten Dingen als Flöh/ Fliegen/ Mücken/ Premen/ Schaben/ Kefern/ Maden/ die weschueff GOtt nicht do er das groß Gewürm peschueff/ es ward seind den Menschen zu müe aufgelegt.

Protoplastos affirmat in paradiso mansisse per horas septem, cum Petro Comestori placuisset sex horas duntaxat assignare. Inde post longas & puti-

tidas fabulas de Adami pœnitentia, de Eva à Diabolo ſecundum decepta, de nativitate Caini ejusq; ſororis Calmanæ, Abelis & Delboræ ejus ſororis, quæ ex Pſeudo Methodii revelationibus Græce & latine in tomo primo Orthodoxographorum obviis depromtæ ſunt, narrat ad Adamum morientem congregatos omnes ejus liberos & nepotes, quid mors eſſet hactenus ignaros. Nachdem über ettliche Jar und do Adamen gezalt wurden newnhundert Jahr und dreyßig Jar/ do ward er kranckch. Er weſt wol daß er ſterben ſolt und ſprach zu Ewa/ Hais herfür mich komen alle unſere Kind/ die von uns ſind geporen/ ich will ſew geſegen/ das geſchah/ dy Kind kamen all dar geeilt in drey Schare/ der warn an Weib und an Kind funffzehen Tauſend. Adam der emphie ſy all in GOttes Namen. Sy ſprachn/ was wildu wier geſambt uns nyn ſo gar/ warum ligſtu an dem Pett hie. Er ſprach: Kinder da iſt mir wee. Sie ſprachn Vater ſag uns was wee ſey/ des entwiſt wir nicht/ und ſein Sun Seth ſprach vor in allen/ Vater du piſt vielleicht unfro/ dich verlangt nach der Spets dy du het in Paradis/ Sag mir/ ich gen unzt ans Paradis/ da leg ich mich mit yamer und mit klag für an dy weil das GOtt vielleicht mein Klag hört und ſent mir ſein Engel der pringt ſölich obſt nach deines Hertzn Begier/ yedoch pitt ich dich du ſagſt mir was wee ſey. Adam ſprach/ mein Kind/ die Red ſcholew geöffnet ſeyn. Do GOtt euch und ewer Mueter ſo mynnichlich beſchueff/ daß wir nicht weſten übel noch gut/ gen dem Holtz das do ſtett im Paradys/ all pawmet

uns

uns ausʒaigt an ainen den verpat er uns. Er tailte das Paradis entzwey / Orient gab er miet / Er gab uns auch zwey Engl dy uns hetten in iever huet. Nw kam der Tewffl Lucifer und Sathanas / dy aller untrewn vol ſind und petrogen dy weil ewer Mueter das ſy den Aphl aß und gab mir auch / alſo zeprechen wir GOts Gepot / des ward ſein Zorn groß. Er ſprach: werumb haſtu mein Pot zebrochen? Siech darumb mueſtu leiden / ich hab dir darumb zepuezz gedacht / Süben-ʒig ſiechtumb Wee und Schmertzn von dem Haupt zu den Füeſſen dy dir gent zu dem Hertzen / und allen deinen Geſchlächt nach dir. Siech Sun / das iſt das Wee das mir nw iſt pekennt / des wert es auch inn in kurtze ſtund / und habt in an ewer Hant. Adam begunt laut ſchrein von des ſiechtumbs Schmertzen: Was tet ich armer daß ich den Aphl genam und Gotes Pot zebrach. Da dy Red von Adam geſcheh / Seth ſein Sun hueb ſich auf und kert zu dem Paradis / do er dafür kem do ſtet er Aſchn auf ſein Hawbt und viel auf ſeine Knie / und pat mit klag und andacht alſo: O Herre GOtt ich pitt dich in Adams pet du ſendeſt mir des obss des mein Vater pegert ab dem pawm der parmung / So wirt mein Vater wider jung. Do nw vil weil ergieng / ſand Michel im do erſchein. Er ſprach GOtt hat mich her geſant / wen du haſt in ſer ermont / darum ſag ich dir Seth du ſolt nicht weinen und klagen ümb das öl der Parmung damit dein Vater volt peſtrichen werden / des entmachtn nicht geheben untz an dy Zeit das vergangen ſind von dem Tag da GOtt dy Werlt von erſt

weſchueff

weſchueff fünff tauſend und zwey hundert Jar/ So kumpt erſt auf dy Erd GOttes Sun / der erkchükcht den viel menig ſchar/ So der dy Tauff emphangen hat/ ſo ſtet auf das ól der Parmung über die in Gott geglaubet und dy Teuf emphahnt durch das ewig leben. Darnach vert GOtt zu den Abgrund (Chriſtus deſcendens in inferna) und nymbt deinen Vater und bringt den zu dem Himlreich und vor mag es nicht geſchehen. ꝛc.

Hinc Evæ obitus, quæ ſeptem tantum diebus Virum ſupervixiſſe narratur, ea morti vicina dicitur inter alia ſuos monuiſſe de futuro duplici exitio mundi per aquam & ignem, conficiendisque, ut præcepta tradita ad poſteros propagarentur, duplicibus tabulis, fictili altera, & altera lapidea. Nach Adams Todt über ſechs Tag GOtt über Evam auch gepot daß ſie ward ſiech. Ewa weſt in ierm Gedanckch das ſy ſterben ſolt/ davon gepot ſy ierm Chinder daß ſy für ſy chämen und vernämen ier Red/ das geſchah. Do ſy chamen do er ſew Eva und ſprach: Ich verchünd ew daß ewer Vater und ich haben übervarn vor manigen iare GOttes Gebot. Darumb ſprach Sannd Michael zu uns paide alſo: Durch ewer Ungehorſam daß ir zebracht GOttes Gepot / will GOtt zway Gericht füegen. Das erſt mit Waſſer/ das ander mit Fewr. Alſo wil er ſein Urtail geben über alles das/ das auf Erd mag leben. Davon hört meine Chind / ſeind uns von GOtt beſcheidn ſind zway Gericht/ So ſchült ie laiſten mein Gebot/ ier ſchült machen von zweierlay Sache zwo Taweln. ꝛc.

XXV. De Adamo & rebus ejus Varii scriptores.

PRæter interpretes capitum primorum Geneſeos antiquos ac recentes, Philonem item atq; Joſephum, ſcriptoresque Hiſtoriæ Patriarcharum & Annalium ab orbe condito, è recentibus præcipue Salianum, Torniellum &c. de Adamo plura non æque certæ omnia fidei tradunt Simonius (diverſus à Richardo Simone) in dictionario Biblico, & dictionariorum Hiſtoricorum ſcriptores Morerius ac Bælius, Suicerus item in theſauro Eccleſiaſtico, Jo. Franciſcus Loredanus in vita Adami, Italice atque inde Anglice, Gallicequeedita, Jo. Giſenius in Adami vita, Jo. Schiferdekerus diſſ. Philologico Theologica de Adamo, Leucopetræ 1678. & auctor Calendarii Hiſtorici de Adamo Germanice ante hos decem annos vulgati in 8.

De Adamo non Androgyno Sixtus Senenſis lib. V. annotat. 45. Theodorus Hackſpanius Diſpp. Theol. & Philolog. p. 283. ſeq. & Paulus Slevogtus diſpp. Academic. p. 488. ſeq. Henrici Chriſtoph. Schneringii diſſ. Gryphiswald. 1711.

De Adami Pœnitentia diſſ. duæ D. Jo. Frid. Mayeri & *μαχαρίτης* Witeb. 1685. Jo. Gregorius cap. 25. Obſervationum ſacrar. ubi traditiones Orientalium de doloribus & mœſtitia Adami ob jacturam paradiſi.

De ſcriptis Adamo tributis præter ſupra paſſim à me laudatos Jo. Braunius in ſelectis ſacris p. 570. ſeq. Caſpar Schottus in Technica curioſa p. 556. Chriſtopho-

ſtophorus Hendreich in Pandectis Brandenburgicis D. Jo. Andreas Schmidius in pſeudo veteri Teſtamento & Jac. Frid. Reimmannus in ſpecimine Iſagoges ad Hiſtoriam litterariam antediluvianam.

Ænigma de Adamo apud Lambecium T. 3. de Bibl. Vindob. p. 39. Ὁ παλής μȣ ἐγέννησεν ἐμὲ, καὶγὼ ἐγέννησα τὴν μητέρα τῶν παιδίων μȣ, καὶ τὰ παιδία μȣ ἐγέννησαν τὴν μητέρα καὶ παλρός μȣ.

De ſapientia Adami liber meritiſſimi Theologi D. Dannhaueri, quem memorat Theoph. Spicelius in templo honoris p. 415. non vidit lucem.

De Adami ſepultura videnda Sam. Andreæ diſſ. Marpurg 1679. Sviceri theſaurus Eccleſ. in Κράνιον, Jo. Nicolai de ſepulchris Hebræorum p. 119. Mich. Hoynovii diſſ. Regiomonte 1706.

De Salute primi hominis quam Tatianus olim negavit, Rupertus Abbas Tuitienſis vocavit in dubium teſtatus a multis libere negari & à nullo ſatis firmiter defendi, peculiaris liber exſtat Philippi Abbatis Bonæ ſpei, cui addi poſſunt Gerh. Voſſius Theſibus Theolog. p. 50. ſeq. Natalis Alexander Hiſtor. Eccleſ. V. T. p. 73. & Sec. 2. T. 3. p. 558. edit. in fol. Samuelis Andreæ diſſ. Marpurg. 1678. Erdmanni Uſenii Criticus eruditus, editus Germanice, lib. 1. quæſt. 13. Miſcellanea Critica Gallice vulgata ab Ancillonio T. 1. p. 34.

XXVI. ADAMI NOMEN.

In limine Commentarii Pſeudo Hieronymi ad Novum Teſt. Tom. V. edit. Marcianæi p. 847. legas: *Adam a quatuor litteris & à quatuor ſtellis nomen accepit, quod eſt artis, doſis, anatholis, meſimbrio, vel*

quatuor ſignificant Evangeliſtas, & ſicut de Adam omnis homo naſcitur, ita per quatuor Evangeliſtas omnes ad fidem veniunt. Non ſtellarum illa ſed plagarum quatuor mundi nomina ſunt ἄρκτος, δύσις, ἀνατολὴ, μεσημβρία, quæ per nomen Adami ſignificari traditur etiam in pſeudo Sibyllinis lib. 2. p. 216. quam in rem non repetam quæ annotavi lib. 1. Bib. Græcæ c. 32. Alii obſervarunt apud Hebræos nomen אדם contineri literis initialibus vocabulorum אפר *pulvis*, דם *ſanguis* & מרח *rebellis fuit*. Ab Euſebio Adami nomen recte exponitur γηγενὴς VII. præparat. p. 307. & XI. p. 516. Joſephus in accuſandi caſu Ἄδαμον dixit. Metrophani Critopuli o p. 47. Confeſſionis ſuæ, Adamus dictus videtur quaſi ἀδάμας. Eidem Joſepho Adamus ſignificat πυῤῥός. Aliis γῆ, ἄνθρωπος, ἐρυθρὰ γῆ. γῆ σαρκωμένη, γῆ ἐρχομένη, γῆινος, αἷμα, χοῦς, μαζύρια, ὁμοίωσις. Vide interpretationes nominum Hebraicorum Tomo. 2. Hieronymi editi à Joanne Marcianæo.

XXVII. Hæretici ab Adamo nomen ſortiti.

ADAMIANI, Adamæi, Adamitæ veteres à Prodico, ſæculo II. & recentiores ſeculo XV. in Bohemia, atque ſeculo XVI. ex Anabaptiſtis, qui paradiſum & felicem primi hominis vitam reſtituere polliciti, feneſtram variis erroribus & ineptiis aperuerunt, de quibus antiquis videndi Epiphanius & Damaſcenus hæreſi 52. Auguſtinus

& au-

& auctor prædestinati c. 31. Pseudo Hieronymus Indiculo hæresium c. 14. Theodoritus lib. 1. hæret. fabul. cap. 6. Nicetas thesauro Orthodoxæ fidei IV. 10. p. 117. T. 25. Bibl. Patrum edit. Lugd. Isidorus Hisp. VIII. 5. Originum, Sviceri thesaurus in γυμνός: De recentioribus Natalis Alexander Hist. Eccles. sec. XV. & XVI. T. 8. p. 94. edit. in fol. Æneas Sylvius de Origine Bohemorum c. 41 Trithemius annal. Hirshaugiensium T. 2. p. 362. De utrisque Gabriel Prateolus & alii nuperi de hæresibus scriptores, Riverus Exerc. 27. in Genesin, Bælius in dictionario Historico, D. Dannhaweri præadamita utis p. 106. & B. Thom. Ittigius de hæresiarchis secundi à CHRISTO nato sæculi p 113. seq.

PRÆADAMITARUM sive Hominum plurium ante Adamum à DEO conditorum assertor strennus ac mox, dubito an ex animi sententia, ejurator Isaacus Peyrerius, Burdegalensis de quo consulendus præter Bælii Lexicon, Theophilus Spizelius in infelici litterato p. 827. seq. & Rich. Simon Tomo 2. Epistolarum selectarum, Epistolis primis quatuor. Ab eo dogmate solet & ipse vocari *præ Adamita* ut ab Is. Vossio de LXX. Interpretibus p. 341. Frid. Spanhemio in elencho controversiar. p. 645. D. Abrahamo Calovio T. 3. system. Theolog. p. 1074. Confutatus est Peyrerius a multis, nam ut notissimos Jo. Micrælium, Dannhauerum, Jo. Henricum Ursinum, Eusebium Romanum sive Philippum Priorium sub illo nomine delitescentem, tum Sam. Maresium, Anton. Hulsium, Jo. Hilpertum aliosque Lipenio in Bibl. Theolo-

gica memoratos omittam, contra Peyrerium disputant Matthæus Hale libro de origine generis humani p. 666. seq. edit. Germanicæ in 8. Isaacus Vossius de LXX. Interpretibus p. 281. Guil. Saldenus lib. 1. Otiorum divinorum Exerc. V. ac novissime Clariss. Herm. Christophorus Engelke Professor Rostochiensis in Præadamitismi recens incrustati examine. A. 1707. De præ Adamitis ex Zabiorum sententia vide Hottingeri Hist. Oriental. p. 187.

COADAMITAS sive plures homines simul præter Adamum à DEO conditos, Muhamedanorum quorundam sententia est, ut videre licet ex Rich. Simonis Epistolis selectis T. 3. p. 36. qui in hoc conspirant cum Juliano Ἀβαβάτῃ, qui plures simul homines à Diis productos putabat p. 292. edit. Lipsi. vel quomodo nigri quidam in Africa existimant duplices homines primum à DEO creatos nigros & albos, ut nuper admodum itinere in Guineam p. 149. Posmannus notavit. Vel quomodo Theophrastus Paracelsus somniavit duplicem fuisse Adamum Asiaticum alterum alterum Americanum. Confer quæ de Manichæis & Andrea Cæsalpino Guil. Saldenus Otior. Theol. p. 64. seq. atqꝫ de Jo. Meffresozotio Gotfridus Arnoldus Tomo III. Historiæ sive Apologiæ hæresium Germanice editæ p. 69. Moses Bar Cepha part. 1. de paradiso c. 27. *Porro fuere ex hæreticis qui dicerent duos Adamos à DEO creatos fuisse, idque ex eo colligi, quod Moses duorum meminerit, dicens alterum die sexto conditum esse, alterum post diem sextum: ad illum spectare verba:* Et finxit Dominus Deus Adamum pul-

ve-

verem è terra, *at hunc neque ex terra effectum esse, neque ex pulvere dicere Mosen, sed simpliciter, Adamum illic posuisse quem finxerat.*

Prætereo alios circa Adamum errores & controversias de quibus consulendi Theologi, præcipue in Locis de Homine integro & imagine DEI, atque ejus amissione & peccato. Pleraque perstrinxit etiam Rev. D. Jo. Andreas Schmidius in Helmontii errantibus ignibus circa doctrinam de statu integritatis & corruptionis.

XXVIII. De reliquiis Adami.

Ex Rev. D. Georg. Henrici Gœzii, Superintendentis Lubecensis diss. Historico Theologica de reliquiis Patriarcharum Vet. Test. Lub. 1710. 4.

AB ipso primo homine, *Adamo* scilicet, *ætatis suæ Episcopo*, ceu B. D. Martinus Chemnitius Exam. Concil. Trid. *f.* 7. eum appellat, exordiamur. De hoc enim constat, quod ex pulvere de terra, miro DEI omnipotentis artificio, formatus fuerit, *Gen. II.* 7. Res tamen penè inaudita est, Corsicæ ap. S. Cathar. de Sisco particulam hujus terræ custodiri, prout ex Antonpetro Philippino, Histor. Corsicæ Scriptore, refert Dan. Chamier *Panstrat. Cathol. T. II. L. XVI. C. XII. f.* 342. *b.* Quis enim crederet, Adamum lapsum illam tam solicite collegisse, ut Corsi ejus compotes fieri potuerint.

Verum missâ terræ glebâ alia nunc nobis sunt expedienda. De Adamo enim sacræ litteræ com-

memorant, eum, cum *Eva*, peccati pœnarumque ſocia, *tunicis pelliceis* indutum incesſiſſe. *Gen, III.* 21, Haſce vero, *Romæ* adhuc ſupereſſe, & ſeptuageſimo anno oſtendi, Hebræi, quibus *ſolenne eſt mira dicere ſine ulla ratione & probatione, & fabuloſis commentis mirandum in modum delectari*, prout Bened. Pererius in *Comment. in Geneſin f.* 984. de iis loquitur, in *Gemara*, notante Celeber. B. Jo. Chriſtoph. Wagenſeilio in *Sota p.* 340. ſomniant, ita ex Verſione latina commentantes: *R. Judas, nomine R. Samuelis, dixit: Etiam aliud aliquid habent Romæ: ſeptuageſimo enim quoque anno, ſelecto homine integri corporis, illum claudi cujusdam ſcapulis inequitare faciunt, induentes ei primi tunicam Adami protoplaſti, & aptantes capiti ejus exuvias vultus R. Iſmaelis. Amplius colla ejus adpendunt numos quatuor auri puriſſimi, cruri vero obtegunt gemmis. Ante eum divulgant voce, inclamantque: ſuppuratio & πυρία* (Jacobi ſcil.) *mendax eſt. Frater Domini noſtri* (Eſavi) *fuit impoſtor. Quibus ſpectare licet, ſpectatum adſunto. Nam qui eam non videt, haud eam viſurus eſt. Quid juvat deceptorem deceptio? Et impoſtorem impoſtum? Væ huic, quando iſte reſurget!* Rectè vero judicat *M. Jo. Nüchterlein* in *Diſſ. de Tunicis Pelliceis Protoplaſtorum*, in *Acad. Altdorffina* 1675. exhibita, *Cap.* 2. §. 15. *p.* 31. iſtas pro genuinis non eſſe habendas, hinc refert, quod à Judæo haud ultimæ notæ edoctus fuerit, vix probabile eſſe, aut unquam ſibi perſuadere poſſe, veſtes iſtas Romam veniſſe. Et ſi Roma easdem vidiſſet ac aſſervaſſet, glorioſe ſane ex iisdem in hunc usque diem triumpharet. Nugarum vero nondum eſt finis. Quapropter ſequentia ex Jo. Braunii *Lib. I. de Veſti-*

tu Sacerdotum Hebræorum Cap. IV. §. VI. p. 89. excerpere nobis haud erit dividiæ. Ita vero doctisſimus Vir fabulam commemorat exploditque: *Toti Terrarum orbi notam eſſe credo putidam fabulam, quæ & hodie inter Judæos, qui quascunque fabulas credunt, pro vera hiſtoria narratur; ante paucos annos, uxorem novi iſtius impoſtoris Sabbathi Zebi, tunicam pelliceam, quam Evæ ante fere ſex M. annos gerebat, ê cœlo dimiſſam nactam fuiſſe, plurimis ſanctorum & Patriarcharum nominibus depictam, & aureis litteris ornatam, in quodam Campo, in quem à parentis genio, qui Judæus fuerat ea tamen non aliter ſciente quin Chriſtiana nata fuerit, nuda deducta erat, ſtupendo planè miraculo. Utrum vero cœleſte illud veſtimentum illæſum, à novæ illæ nuptæ, novi Meſſiæ, in arca ſervatum fuerit, an detritum & jam Lacerum alicubi in angulo inter ſordidos verpulos jaceat, & cui uſui hodie inſerviat, fateor me neſcire. Sane nænias illas, dignas ut à vetula pueris in cunis vagientibus præcinantur, à recutitis, ſibi pulchre de novo ſuo Meſſia blandientibus, narratas accepi.* Sed quis inde non colligat, haud contemnendam dari harmoniam Judæorum ac Pontificiorum, quemadmodum aliis in rebus * declaratam, ita etiam in Reliquiis Veterum aſſervandis luculenter ſatis oſtenſam.

Ad Reliquias *Adami* referri merentur ipſius *pedum veſtigia*, quæ in Inſula Ceylon conſpiciuntur. Ita vero Hugo Linſchotanus *Itin. P. I c.* 14. *p.* 2. *Orient. India p.* 40. all. D. Sam. Andreæ in *Diſſert. Hiſtor. Theol.*

* Spectant huc *Diſſertatt. Theologicæ* B. D. Mart. Geieri, quæ *Conformitatem Judæo Papiſticam* in locis de *DEO*, *Angelis & homine*, *Scriptura ſacra*, & *Lege* indicant, atque ipſius *Opuculis Philologicis p.* 575. usque ad 736. inſertæ ſunt.

Theol. de *Sepulcro Adami*, *Marpurgi* 1679. defenſa, §. *V. p.* 5 illa commendat: Die Inſel (Ceylon) iſt ſehr Bergicht / allda iſt ein hoher Berg / welchen ſie für den allerhöchſten in gantz Indien halten / ſein Nahme iſt Pico de Adam. * Es halten die Indianer für eine gantze Wahrheit / daß das Paradeiß daſelbſten geweſen ſey / und Adam ſey da erſchaffen / ſagen auch / daß man noch heutiges Tages ſeine **Fußſtapffen auf demſelben Berge finde / welche in denen Steinen ſtehen / gleich als ob ſie darinnen gehauen wären / bleiben auch alſo und vergehen nicht.** Eadem habet Jo. Jac. Saar in *Deſcript. Inſulæ* Ceylon, *Norimbergæ* 1672. editâ, *f.* 62. Sie (loquitur autem de Inſulæ hujus incolis) halten feſtiglich dafür / daß auf einem Berg / den ſie **Adams-Berg** heiſſen / **Adams Fußſtapffen** zu ſehen ſeyn ſollen / die auch in einem kleinem Templein eingefaſſet ſind / darinnen Tag und Nacht / von gelben Kupffer gemachte Lampen brennen / von Clapper-Nuß-Oel / und dahin Jährlich auf die ſieben / acht / Meil Weges kommen / und jeder etwas von Clapper-Oel zum Opffer mitbringet. In notis deinde ex *Herporti Itiner. p.* 173. hæc afferuntur: Zwiſchen der Inſel Ceylon und dem feſten Lande liegen groſſe Stein-Felſen / dadurch kaum ein gemeines Schiff kan durchfahren / welche Felſen genennet werden **Adams Brügge.** Dannenhero man vermeinet / daß der Adam daſelbſt begraben lieget. Man ſiehet auch noch heutiges Tages das **Bild Adams** / mit Erdwerck abgebildet / liegen / in mercklicher Gröſſe auf den **Berg Zackmann** / wo-

* Iconem ejus æri inciſam noviſſime exhibuit Cornelius de Bruins, itinere in Moſciam, Perſiam & Indiam Belgice edito Ao. 1711. fol. Amſterd. p. 354.

woſelbſt ein Tempel ſtehet / darinnen Tag und Nacht Lichter gebrennet werden. Nicht weit von dieſem Tempel findet man ſeine **Fuſtapffen**/ und wird dafür gehalten / daß er ſolche ſelber nach ſeinem Fuß gehauen habe/ dabey auch eine **Schrifft** gefunden wird / welche in Stein gehauen / niemand aber keinen Verſtand oder Wiſſenſchafft davon haben kan. Eandem autem fidem iſta habere credimus, quæ non injuria *veſtigiis pedum Chriſti*, *monti Oliveti impreſſis*, defertur, *de quibus* diverſæ *Diſſertationes* exſtant, à D. Sam. Andreæ in *Acad. Marpurg.* 1676. M. Nic. Chriſtoph. Remlingio *Witteberg.* 1685. & M. Adamo Mahnio *Lipſ.* 1699. conſcriptæ. De *Litteris* autem, ab *Adamo* pictis, eidemque tributis, quæ *Romæ* in *Bibliotheca Vaticana* conſpiciuntur, ſcitè judicavit Heideggerus *Hiſtor. Patriarch. T. I. Exercit.* XVI. §. XXXVII. *p.* 481. ita ſcribens: *Neque magnifacio Adamicam illam Scripturam, quæ viſitur in Bibliotheca Vaticana columna Litterarum octavâ, cujus antiquitati nequicquam patrocinatur Angelus Roccha â Camerino Comm. in Biblioth. Vaticanam, aliaque ſimilia alphabeta ab aliis etiam Adamo ſuppoſita.* Add. B. Jo. Hen. Urſini *Exercitat.* de *Zoroaſtre &c. p.* 207. *ſeq.*

In *agro Damaſceno*, qui adhuc hodie peregrinantibus monſtrari ſolet, Adamum non ſolum (ê terra ſcil. flava, vid. Hier. Welſchii *Itiner. p.* 184.) plasmatum, & hinc in Paradiſum terreſtrem translatum, ſed etiam illo rurſus ejectum eſſe, Chriſt. Adrichomius in *Theatro Terræ ſanctæ*, *Colon.* 1628. *f.* 45. meminit, qui *p.* 39. de ſpelunca refert, quod uterq; parens in illa per tempus ſat longum filium interfectum, juſtum Abelem, luxerint, inque

eadem lectis saxeis, habentibus in longitudine triginta pedes, usi fuerint. Eandem vero missam facientes de *Domo* tantum *Adami* ea hic tradere constitutum habemus, quæ in illustris Viri *Christophori Hamanti Itinerario*, quod *Norimbergæ* 1678. excusum est, *p.* 820. commemorantur: Die Muhammetaner geben für/ daß/ als Adam und Eva von dem Engel aus dem Paradieß vertrieben wurden/ sie eben auf den Ablaß Berg/ (welchen sie Giabal Arafata nennen/ und der 15. Welsche Meilen von Mecha liegt) kommen seyn/ daselbst zu wohnen/ und daß durch GOttes Verhängniß eins von dem andern sich verirret hätte/ und seyn gantze viertzig Jahr von einander gewest/ habe auch unterdessen stets eines das ander gesucht. Da sie endlich wieder zusammen kommen seyn/ daß eines das ander wieder angetroffen/ auf der Höhe des Berges ein klein Häußlein gebauet/ welches biß auf den heutigen Tag heisset Beit Adam, das ist/ Adams Hauß.

Postquam autem *Adamus* voluntatem summi Numinis transgressus erat, atque se ipsum cum universo genere humano imagine divina orbaverat, vera postea pœnitentia ductus gratiam, quam perdiderat, iterum obtinuit. Benè proinde de ejus pœnitentia ac salute æterna sperare debemus. Videantur *binæ Dissertationes* de *Adami pœnitentia*, in *Acad Witteb. A.* 1685. & 86. â Vener. ac Celeberr. Dn. D. Jo. Frid. Mayero scriptæ, & *Dissert. Theol.* D. Sam. Andreæ de *Salute Adami*, *Marpurgi* 1678. elaborata, coll. Natal. Alexandri *Hist. Eccles. Vet. Test. T. I. f.* 73. *seq.* qui ad *Philippi Abbatis Bonæ spei*, Bernhardo coævi, libellum, de *salute primi hominis*, scriptum

ptum provocat. Verum nec locum illum nos ignorare volunt Incolæ Palæſtinæ. quo pœnitentiam egiſſe ferunt, prout Franc. Ferdin. de Troilo in *Orientali Itinerario*, quod *Dresdæ* 1676. lucem publicam adſpexit, *p.* 323. *ſeq.* hiſce verbis eſt teſtatus: Die zu Hebron wohnende Chriſten und Türcken haben uns den Ort gezeiget / wo Adam und Eva ihre begangene Sünde ſollen beweinet / und wie ſie ſagen / gantzer hundert Jahr ihr Leben in ſtrenger Buſſe zugebracht haben. Dieſer Ort lieget gegen der Sonnen Untergang / in einem Thal / ohngefehr hundert Schritte von dem Damaſceniſchen Acker / iſt eine tieffe und finſtere Grotte / nicht gar lang / noch breit / auch ſehr niedrig / in einen harten Stein-Felſen / und wie es ſcheinet / nicht von Menſchen Händen / ſondern von der Natur ſelbſten alſo zugerichtet. Dieſer Thal wird genennet / La vallo di lagrime, ein Thal der Zähren / weiln ſie über ihr groß Verbrechen die Thränen häuffig ſollen vergoſſen haben. Veremur tamen, ne hæc relatio, cujus nec ullum veſtigium in ſacris litteris deprehenditur, Pontificiorum Dogmati de ſatisfactionibus plus juſto patrocinetur, atque callide ſatis ab otioſis Monachis fuerit excogitata.

Hac tamen occaſione *Adami ſepulcrum* * ſilentio prætermittere haud poſſumus. Iſtud enim adhuc hodie in Palæſtina inveniri creditur, hinc à Scriptoribus, qui eam perreptarunt, traditio illa pervulgata, Adamum in Monte Calvariæ fuiſſe ſepul-

* Pſeudo Origenes lib. 2. in Jobum p. 463. *Ubi videtur nunc Phœnix? ubi urna Adam? ubi videtur arca Teſtamenti? ubi urna manna?*

pultum, in litteras refertur, atque posteris valde commendatur. Confer *Itiner. Terræ sanctæ T. I. f.* 248. *sq. edit. Francof.* 1609. Chr. Andrichomius in *Theatro Terræ sanctæ. f.* 49. Otto Frideric. de Gröben *Itiner. Orient. p.* 125. Franc. Ferdinandus de Troilo *Hodœpor. Orient. p.* 207. Jean Mocquet Reise-Beschreibung *p.* 335. Georgius Christoph. de Neitzschiz Welt-Beschreibung *p.* 281. D. Jo. Cotovici *Itiner. Hierosol. & Syriac. p.* 169. Petri della Valle *Itinerar. P. I. f.* 160. Wagenseilii *Sota p.* 293. Quamvis autem ea sententia quamplurimis priscæ Ecclesiæ Doctoribus probetur, quorum testimonia à B. D. Casp. Sagittario in *Harm. Pass. Christi p.* 738. *sqq.* adducta legi possunt, nondum tamen hæc lis perorata esse videtur, num ista relatio omni prorsus dubio careat. Haud malè enim August. Torniellus in *Annalibus sacris f.* 72. judicavit, locum sepulturæ ipsius Adami nequaquam explorari aut sciri posse, *quoniam de hoc* (lubet enim ipsius verba hic recitare) *aut ubi habitaverit, præsertim sub finem vitæ suæ, aut in quo loco defunctus sit, Scriptura sacra non meminit: & constat, non solum omnia cadaverum ossa dissipata, sed etiam sepulcra ipsorum, cum reliquis, quæ tunc exstabant, ædificiis, à diluvii inundationibus orbata ac dispersa omnino fuisse, ita ut nullum eorum postea vestigium remanserit.* Deinde ista falso nititur præsuppositio, Adami ossa â Noa, qui ea collegisse ac in arca reposuisse dicitur, in partes diversas divisa, atque inter filios æquabiliter dispertita fuisse, Semum deinde nobiliorem corporis partem, eam scilicet, in qua ipsius Adami Cranium fuit, accepisse, atque in Judæa terræ demandasse. Placet autem

istud

iſtud non ſolum modo adducto Torniello *l. c.* ſed etiam Joh. Ferrando in *Diſquiſitionis Reliquiariæ L. I. C. XII. p.* 318. *edit. Lugd.* 164⁷. hunc in modum ſcribenti, atque rationem inſimul factæ iſtius diviſionis reddenti: *Non poſſum usque eo mihi temperare, quin explicem conjectura, Noëmum filios ſuos in Orbis poſſeſſionem mittere meditantem, eo potiſſimum conſilio, & animi deſtinatione paternas animi exuvias ipſis partite diviſas imperitum fuiſſe, ut toto, quantus quantus eſt, diſperſi orbe, vaſtiſſimisque terrarum ſpatiis â ſe invicem longiſſimè ſejuncti fraternam charitatem conſervare, atque adeo ejus igniculos plus nimio intermori faciles, tam avitorum pignorum continenti aſpectu, quam primi Parentis ac ſui refricatæ, vel potius præſenti ſemper recordatione ſtuderent conflabellare.* Habuit autem hic ſcriptor, de tuenda ſacrorum Lipſanorum religione valde ſoliçitus, ea in mente, quæ *Lib. I. Cap. II. p.* 92. ex Moſe Barcepha retulerat: *Noëmum, cum eſſet arcam una cum liberis ſuis conſcenſurus, impendente diluvio, ſecum in arcam intuliſſe oſſa Adami,* eaque deinde poſt diluvium*

* Hiſce adjungit Jac. Boulduc *Lib. I. de Eccleſia ante Legem c.* 14. *p* 134. ſcripta Henochi, ſequentem in modum de iis (allegat. B. Dn D. Aug. Pfeiffero in *Dec. ſelectâ Exercit. Bibl. Exercit. II. de Henocho, cap. IV. §. IV. p.* 47. & B. D. Ægidio Strauchio in *Diſſert. Hiſtor. de Columnis Sethianis, Witteb.* 1669. *præfat.*) commentans: *Noachus mandavit ſcripta Henochi diligentiſſime conſervari, & repoſuit in Arca tempore diluvii, non minori ſolicitudine, quam Patris Adami & aliorum Patriarcharum oſſa, ut qui ejus, quem DEUS rapuerat, oſſa, quæ ſervarentur, habere non poſſet, ſcripta tanquam ſanctiſſimum pignus & depoſitum ſibi atque poſteritati cuſtodiret.* Rectè vero judicat celeberrimus Theologus: *Scilicet de ſervatis Henochi*

Invium arcâ digreſſum ſuis filiis diſtribuiſſe, prout orbem terrarum inter illos habitandum patiebatur: Verbi gratia, calvariam Adami dediſſe primogenito ſuo Sem, & terram illi aſſignaſſe Judæam: atque poſteritatem Sem, cum in Judæam, ceu hæreditatem ſuam, veniſſet, illam Adæ calvariam, quæ ſibi de illius oſſibus ex paterna diſtributione obvenerat, in Adæ ſepulcro, quod jam tunc illic extabat, repoſuiſſe. Ut non attingamus, quosdam in ea eſſe opinione, Chebronem Adami ſepulcrum ſibi vendicare. Incerta itaque omnia ſunt, atque idonea autoritate deſtituta, quæ de illo circumferuntur, prout fuſius integra *Diſſertatione, Adami ſepulcrum* ſiſtente, atque *Marpurgi* 1679. excuſa, modo laudatus D. Sam. Andreæ evictum dedit, Coll. *Diſſert. Philol.* de *Chebrone, Gigantum domicilio, Witteb.* 1710. à Dn. Jo. Chriſtoph. Wichmanshauſenio propoſita, *p.* 13. & *Diſſert. Philol. Theol.* de *Adamo*, in *Gymnaſio Weiſſenfelſenſi* 1678. ſub præſidio B. Dn. Prof. ac Superint. Jo. Schieferdekeri ventilata, *Aph. VI.* ac Jo. Henr. Heideggeri *Hiſtor. Patriarch. T. I. Exercit. IV p.* 160. nec non Chriſt. Andrichomii *Theatro Terræ ſanctæ f.* 49. & 202. ac Cotvici *Itinerar. Hieroſol. p.* 243.

XXVIII.

nochi ſcriptis tam certa res eſt, quam de aliorum oſſibus! Et cui ignotus eſt ille *Boulducus, Pariſinus, ordinis Minorum Prædicator, homo in excogitandis pro lubitu figmentis audaciſſimus, & plane dignus, qui hiſtoriam Lombardicam contineret, aut nobis det conformitatum libros*, elogio D. Sam. Andreæ, in *Diſſert.* de *ſepulcro Adami* §. *XXIV. p.* 23; Idem *ſuæ ſtoliditate notus, perditæque frontis homo* dicitur Dn. Prof. Wichmanshauſenio in *Diſſert.* de *Chebrone*, §. *IX. p.* 23.

XXIX. De reliquiis Adami.

Epiſtola Rev. M. Pauli Chriſtiani Hilſcheri, Paſtoris Paleo Dresdenſis, ad laudatum D. Gœtzium, data editaque Dresdæ

1711. 4.

VIR

SUMME REVERENDE, AMPLISSIME ATQUE EXCELLENTISSIME,

Domine, Fautor, atque Amice deſideratiſsime.

QUanquam mentis noſtræ hæc natura ſit, atque conditio, ut rerum novarum cupidiſsima, faſtidiat propemodum antiqua, & contemtim habeat, aliquando tamen ea quoque, quæ longo temporum tractu obſoleta fere, & extra hominum cognitionem poſita ſunt, poſtliminio revocare, & in lucem, apricumque producere ſatagit. Scita enim converſione ex vetuſtis recentiſsima fiunt, quæ diuturna oblivione ſepulta eruuntur quaſi e tenebris, & in conſpectum veniunt Non latere TE, VIR SUMME REVERENDE potuit ea commentandi ratio. Poſtquam ergo quæ ad præſens ævum accedunt proprius, non ſine applauſu orbis eruditi in medium prodire juſſiſti hactenus, nunc converſa ſcena ad expromendas *Patriarcharum reliquias* inſtituto non illaudabili animum applicuiſti, quarum amplisſimam meſſem

cum

cum nuper exhibueris, ego, quod Tua fieri pace non dubito posse, spicilegium dabo, & *manipulum lipsanorum Adami* a TE vel ideo non memoratorum, ut haberem, in quibus colligendis scribendi ad TE materiam invenirem, facto abs TE acervo adjiciam. Non equidem is sum, qui illa vetustatis, uti feruntur vulgo, monumenta, promiscue omnia extra dubitationis aleam constituta esse judicem (quis enim reculas istas conservaverit? aut in tanta terræ marisque per diluvium confusione, distinctas, & incorruptas præstare valuerit? aut quo autore notitia earum ad nos per tanta seculorum intervalla pervenire poterat, cum ante Mosen, Mose tacente, historia tenebris, quod ajunt, Cimmeriis, sit involuta?) Sed ita arbitror, maximam eorum partem, quæ recensenda a me fuerint, vel fingendi quadam libidine, vel mythologiæ studio, vel piæ meditationis incitamento, vel desiderio conciliandi inventis majorem autoritatem, & gratiam, vel communi errore subnata esse, atque excogitata. Neque tamen nullam omnino utilitatem habet isthæc commentatio. Cum enim legerimus, quæ hic consignata sunt, non solum Judæorum aliquot sententias rectius intelligemus, easque vel stultitiæ damnabimus, vel tanquam sapienter dictas feremus, sed etiam loca Scripturæ sacræ non pauca dilucida fient, atque illustriora. Ita autem me geram, ut, quæ de *particula terræ*, ex qua procreatus sit Adamus, de *vestibus* ejus, *pedum vestigiis*, *literis*, *speluncis*, in quibus lapsum, Abelisque mortem defleverit, *domo*, ipsi & Evæ communi, *lecto*, *sepulcroque*, &

ossi-

ossibus, varie, & diligenter annotata a TE jamjam fuerunt, denuo repetiturus non sim, sed vel nova proferam, aut, si de iisdem dicendum mihi sit, ex aliis fontibus derivata accersam, Tuoque judicio censenda subjiciam.

Postquam sapientissimus conditor universi produxit primum hominem, e dormientis *costa*, sociam ipsi paravit Evam. Nobilissimam hanc pariter atque perdilectam mariti portiunculam vel ideo inter *καταλειμματα* Adami reputare placet, quia non solum peculiari plane modo de corpore ipsius animali decerpta fuit, sed etiam post ipsius obitum permansisse fertur residua. Quod si enim pie defunctorum tibias, ossa, atque digitos reliquias appellare solemus, quidni & costam demortui Adami lipsanis, memoria dignis, accenseamus? Neque tamen ita diu vidua vixit Eva, sed ex veterum sententia septimo die post. quam beate discessisset maritus, inter mortales esse desiit.

Et cum liberi sint segmenta quasi, & particulæ de substantia parentum, *filii* quoque, *filiæque*, & *tota Adami progenies* in hunc reliquiarum catalogum jure meritoque referuntur. Tanta autem eorum multitudo est, tanta copia, ut

- - - Hyberniæ citius numeraveris imbres
Sylvarumque comas

quam certum eorum numerum inire possis. Fecit tamen ejus periculum *Jo. Bapt. Riccioli* in *Geographia & Hydrographia reformata*, quæ Venetiis anno 1673. prodiit, verisimilemque hominum superficiem terræ inhabitantium calculum invenit, quem ex eodem repetiit in *Analect. Miscell.*

Matth. Zimmermannus Menſ. 2, n. 9. Non ſupervacanea id curioſitate disquiritur, ſed ad ſatisfaciendum eorum dubitationibus, quibus ex terræ parvitate, hominumque multitudine oboritur difficultas circa reſurrectionem mortuorum, atque judicium, non mediocriter conducit. Nam ex arithmeticis legibus liquidisſime traditum, probatumqve fuit, quod, ſi in vitam redirent omnes ſimul, quotquot extiterunt unquam homines, ſingulis ſpatium ſatis amplum foret, in quo posſint conſiſtere. Quod argumentum erudite non minus ac ſolide tractavit *Gerh. Joh. Voſſius de Matheſ. natura* c. 7. & *Iſaac. Voſſius Var. Obſerv.* c. 3. quibus jungenda Judæorum effata, a *Daſſovio* in *Diatribe de mortuorum reſurrectione* c. 4. §. 5. ſtudioſe collecta. Sed hæc de univerſi generis humani multitudine. Quæramus autem nunc de eo ſaltem mortalium numero, quos Adamus per 930. annos, quibus vixiſſe perhibetur, progeneratos ex ſe habere poterat, & moriturus poſt ſe relinquere viventes. Summam colligemus æquisſimis conditionibus. Ponemus enim:

1. Annos ætatis non lunæ quidem, ſed ſolis curſu metiendos,
2. Adamum primo ſtatim creationis anno gignendi feciſſe initium, ſecus quidem, ac Judæi ſentiunt, ipſum centum, & amplius poſt lapſum annos a conſuetudine maritali abſtinuiſſe.
3. Evam primo, & interpoſito deinde uno, tertio quoque anno peperiſſe, cum tamen propter naturæ firmitatem, quæ hodie immenſum

ſum debilitata eſt, vel ſingulis annis prolem dare potuerit.

4. Singulis partubus non gemellos quidem, quod veterum quorundam eſt opinio, ſed unicum ſolummodo fœtum enixam eſſe, eumque

5. permutatis vicibus nunc marem, nunc fœmellam fuiſſe,

6. Nec Adamum præter Evam plures, prout quidem Rabbini delirant, habuiſſe uxores, ac

7. Utrumque parentem centeſimo ante obitum anno non amplius generaſſe.

Poſteritatem vero ejus, quod attinet,

8. Abelem interfectum eſſe a Caino, antequam conjugium inierit.

9. Filios Adami anno centeſimo, filias vero anno nonageſimo octavo ad matrimonium ſeſe applicuiſſe, pariterque ut protoplaſtos

10. non ſingulis quidem, ſed tertio quoque anno, ac

11. alternatim prolem alterius ſexus produxiſſe; & quoniam coniugium non niſi inter maſculum, & fœminam, adeoque duas perſonas eſt,

12. generationem non juxta ſingulos, ſed juxta binos, atque binos deducendam eſſe, ac denique

13. tertiam hominum partem ante Adamum emigraſſe vitâ.

His ita ſe habentibus prodeunt in numerum liberi ab Adamo geniti 365 & demto Abele, utpote im-

proli, 182 paria conjugum. Quod ſi primus ex his anno Adami 102. generaverit, & ita cæteri quoque ad eandem ætatem provecti, vidit Adamus 425616 nepotes, adeoque 21258 paria conjugum. Qua via per reliquas generationes ſi velimus progredi, multitudo propemodum innumerabilis emerget. Fecit animi gratia rei hujus periculum Vir in tractandis numeris verſatiſſimus, & a tertio gradu ad reliquos procedens non quidem, quod juxta conditiones ſupra pactas, ſed quod, ſuppoſito, ex ſingulis conjugiis ſubſecutis decem ſolummodo prognatos fuiſſe, generari potuerint, computando, colligendoque certam, eamque ingentem ſummam adinvenit. Ecce illam!

Adamo ab	anno ætatis	nati ſunt	in gradu
1	- 365	filii & filiæ	1
102	- 42516	nepotes & neptes	2
	nunc compendii cauſa e ſingulis hiſce, & ſecutis conjugiis decem ſolummodo cenſentur liberi.		
204	- 425160	pronepotes, & proneptes	3
306	- 4251600	abnepotes, & abneptes	4
408	- 42516000	trinepotes, & trineptes	5
510	- 425160000	- - -	6
612	- 4251600000	- - -	7
714	- 42516000000	- - -	8

& ſic porro per reliquam ætatem. De qua computatione, monendum, numerum liberorum oppido exiguum, & ab univerſis concedendum, con-

conjugibus ad maximam ſenectutem pertingentibus aſſignatum eſſe, cum Adamus vel ex primo pronepote & uxore ejus, juxta præſuppoſita ſuperius data, viderit neceſſe eſt 363. liberos ex primo abnepote 308. ex primo trinepote 261. &c. eamque ob rationem nullum ex tam ingenti ſumma inter mortuos ante Adamum referendum eſſe, ſed eos univerſos, qui hic in rationes venerunt, cenſendos eſſe ſuperſtites, cum moreretur Adamus. Nam, etſi æquum fuerit largiri, vel tertiam liberorum Adami partem morbo, aut violenta morte, aut alia ratione ante ipſum obiiſſe diem, ideoque confictam putemus Judæorum ſententiam, Haranem, cujus mentio fit *Gen. XI.* 28. primum omnium moriendo præceſſiſſe parentem, atque ſic ante illum, quotquot fuerint, filios filiasque genitoribus ſuis ſuperfuiſſe, quia tamen e poſtremis conjugiis decem ſaltem paria, cum eorum multo plura fuerint, ad computum vocata, & hoc pacto, quæ provenire poterat ſumma, longe ultra dimidium jam imminuta ſit, nova ſubductione non erat opus. Conſideremus autem hic infinitam Dei, & nunquam ſatis deprædicandam potentiam, quæ ex uno conjugio tantam, facieque, & ſexu, & ætate, & ſtudiis tam diſtinctam hominum multitudinem producere, binariumque numerum adeo mirabiliter augere noverit, ut millenario ætatis nondum elapſo tot viventium myriades in orbe terrarum extiterint, quot protoplaſtorum neque oculi uno intuitu capere, neque mens eorum cogitando comprehendere potuerit. Atque hæc de poſteritate Adami, a quo,

niſi in univerſum genus humanum, cujus erat ſcaturigo, magnum bonorum malorumque flumen defluxerit, multæ res in hac reliquiarum recenſione rectisſime omitterentur; quoniam autem ipſo autore habemus, quod infelices nos pariter atque beatos reddit, ex æquitatis jure eidem accepta referimus. Primo igitur loco commemoranda nobis *labes* iſthæc, atque *pernicies hæreditaria*, quæ a tenerrimis vivendi initiis occupare nos univerſos ſolet, & ad credendum vera, & recta faciendum oppido ineptos reddit. Non male de hoc peccati originis inquinamento *Talm. Tr. Berachot* f. de benedictionibus. *Non eſt mirum, cur peccatum Adami, & Evæ examinum ſit, & ſignatum annulo regis ad generationes ſequentes propagandum, quia, quo die creatus eſt Adam, abſoluta ſunt omnia, ita ut ipſe extiterit perfectio, & complementum totius mundani opificii: ſic quando ille peccavit, totus mundus peccavit, cujus peccatum nos portamus, & patimur. Quod non ita ſe habet in peccatis poſteritatis ejus.* Locum dedit *Voiſin Obſerv. in proœm. Pug. fidei Raymundi* p. 140. Ita eſt. Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, eoque pacto per omnes homines mors penetravit, quoniam omnes peccaverunt *Rom. V.* 12. Quod & illi Judæorum magiſtri * ſignificare videntur mihi, qui tradunt: Serpentem eo tempore, quo cum Eva familiarius converſatus fuit, ſordes eidem infudiſſe, quibus omnes gentes inficerentur. Præterea *plurimarum rerum ſcientiam* natis ex ſe reliquit Adamus. Etſi enim aſſerere non audeamus Adamum ſingulas calluiſſe artes

* Conſer Menaſſeh Iſraelidis librum de fragilitate humana ex lapſu Adami, Amſt. 1642. 8.

tes, ac omnis literaturæ peritisſimum fuiſſe, Theologum nempe, Philoſophum, Medicum, Aſtrologum, Chymicum, Mathematicum, quod Rabbinorum dictis edocere cupit *Kircherus Oedip. T. 2. P. 1. C. 11.* fatendum tamen omnino eſt, ipſius, ſapientisſimi hominis, informationi debere ingentes gratias, qui ipſo parente gaviſi ſunt, & tradita ab eo habuiſſe non pauca ad res bene gerendas ſubſidia. Et quid de *univerſo terrarum orbe* dicam, cujus ille dum vixit, dominus fuit? Indicare voluiſſe παντοκρατίαν iſtam dixerim, autorem, quisquis fuerit, additamentorum in Bibliis Germ. MS. an. 1458. a *D. Joh. Fr. Mayero, in hiſtoria verſion. Germ. bibl. Lutheri* memoratis, quando paſſim protoplaſtos cum honoris præfatione Herr Adam/ atq; Frau Eva/ uti olim Romani Imperatorem abſolute *Dominum*, Græci κύριον, Regemque ſuum Galli *Sire*, abſolute, & ἐξοχικῶς appellat. Chryſoſtomo ea de cauſa χειροδυνητὸς & κόσμου δεσπότης audit. Sed cum moreretur ille omnium monarcharum maximus, ad poſteritatem pervenerunt reliquiæ iſtæ longe amplisſimæ, imprimis autem *montem* e regione Paradiſi eis legaſſe fertur, qui tum erant e familia ſanctorum. *Elmacinus* apud Hotting. in Smegm. l. 1. c. 8. Sect. 1. G. *Cum finis vitæ inſtaret, adeſſe ſibi juſſit filium ſuum Sethum, ejusque fratres, liberos, & uxores, quibus præcepit, ut habitarent in monte, qui eſt e regione Paradiſi, neque inde deſcenderent, aut commiſcerentur cum ſemine Kaini homicidæ.*

Atque hæc quin locum in catalogo reliquiarum Adami habere mereantur, non facile, VIR EXCELLENTISSIME, dubitaveris. Eſt vero præterea

terea farrago earum longe plurima, quæ ſuſpectæ non ſolum, ſed manifeſto etiam confictæ ſunt. De quibus cum relata leges, novo TIBI calamo opus, & atramento erit, ut obelos, periſtigmena, diplen, & Platonicum Δι' τὸ χ, ac quicquid denique indignationis criticæ ſignorum eſt, paſſim marginibus adſcribas.

Adamus ex Judæorum arbitrio *animarum* omnium vagina veluti, & domicilium fuit, quarum aliæ quidem, ſi fabula vera eſt, in capite reſederunt, in oculis aliæ, ac ſic per reliqua corporis membra, usque ad pedes. Teſtem cito *R. Loriam, Tractat. de Revolut. animarum P. 4. c. 9. & 32.* Sed & ſuam ſibi habuit, eamque e corpore in corpora migrantem. Primam hereditario quaſi jure Davidi ceſſit, poſtmodum autem Meſſiæ. Rabbinorum hoc meletema eſt. Geminam nempe homines iſti ex Eliæ Levitæ ſententia revolutionem docent: unam corporum, ut ea per terræ cavernas in Palæſtinam ſeſe deferant, ad felicisſimam, quam vigilantes ſomniant, reſurrectionem; alteram animarum, quarum unaquæque opus habeat in tria immigrare corpora. Cujus rei cauſam allegant, quoniam apud *Jobum XXXIII. 29.* conſignatum ſit: *Ecce iſta omnia operatur DEus tribus vicibus!* ubi vocata in ſubſidium arte raſche thebos exploratum habere volunt, animam primi hominis ſua ſede excedentem recepiſſe ſe in corpus *Davidis*, & tranſituram aliquando in corpus *Meſſiæ*, quoniam ſcilicet in voce אדם ſingulæ literæ ſingula nomina, *Adami* nempe, *Davidis* & *Meſſiæ* exordirentur. Nugæ, ſed venales, nam redemiſſe

eas

eas ſuo videntur ingenio, qui Adami animam illapſam in *Pauli* Apoſtoli corpus exiſtimant, eique rationem præbuiſſe dicendi: ſe peccatorum omnium eſſe maximum. 1. *Tim. I.* 15. Denique & vir monſtroſæ eruditionis *Guil. Poſtellus* in ea verſatus opinione fuit, ſe eſſe animæ Adami admirabile domicilium, quod *Beza in notis ad Job XXI.* 22. obſervavit. O inanes reliquiarum æruſcatores!

E terra productus eſt, qui terræ univerſæ erat dominus. De meliori autem *luto*, quod ſuperfuit e creatione Adami, DEUM locuſtas finxiſſe fingunt Muhametanorum Theologaſtri apud *Bochart. Hieroz P.* 2. *l.* 8. *col.* 486. Reliqua maſſa aream præbuit, ſuper quam ſacra facerent Patriarchæ, Iſaac ligaretur, & ſanctum denique ſanctorum extrueretur a Salomone. Audiamus hac de re diſſerentem *Majemonidem* in *Beit abachria c.* 2. *Locus altaris amplius fuit apte diſpoſitus, neque locum ejus in aeternum mutarunt, ſicuti dicitur: Hoc erit altare holocauſti Iſrael!* (1. Chron. XII. 1,) *in loco ſanctuarii ligatus fuit pater noſter Iſaac, juxta illud: Abi adterram Moriah!* (Gen. XII. 1.) *Dicitur autem, extruxit ibi Salomoh domum in monte* (1. Reg. VI. 14.) *Eſt autem traditio in omnium manu, locum illum, in quo David & Salomoh edificavit aream pro arca, eſſe eundem locum, in quo Abraham extruxit altare, atque ſuper illud ligavit Iſaacum, & eundem, in quo Noach, poſtquam egreſſus erat arca, extruxit altare: & hoc eſſe idem illud altare, in quo obtulit Cain, Abel, & Adam primum ſacrificium, poſtquam creatus erat, atque inde conditus eſt. Hinc ajunt ſapientes: Adam creatus eſt e loco expiationis ſuæ.* Quo de altari inferius plura. *Reliquiæ* autem *corporis Adami*

diligenter asservatæ. Ex *Patricide* enim & *Elmacino Hottingerus in Smegm.* refert, Adamum morti proximum Sethum ad se, & alios quosdam ex posteris vocasse, testamentoque præcepisse illis, ut demortui corpus condirent aromatibus, ac tandem sepelirent in meditullio terræ, addita ratione: *Inde salutem sibi posterisque obventurum.* Noachum igitur, cum immineret diluvium, spelunca duplicata repositum ibi hactenus inter exuvias reliquorum Patriarcharum corpus Adami in navem transtulisse. Quid porro? In venerationem reliquiarum convertit animum. Annotatum id ex Arabum traditione fuit a *Joh. Gregorio in observ. ad aliquot S. Scripturæ loca c. XXV. Quam primum diesceret, Noah adstitit coram Deo, cum filiis Sem, Ham, & Japhet versus Adami corpus, & oravit.* Placetne audire orationem? *O Domine, tu excellens es in veritate, & nihil est magnum in comparatione ad te. Aspice nos oculo misericordiæ. Libera nos ab hoc diluvio aquarum, per corpus Adami protoplasti tui, per sanguinem Abel sancti tui, per justitiam Seth, in quo complaces. Ne numeres nos inter eos, qui transgressi sunt statuta tua, sed sume nos in curam tuam misericordem; quia tu es liberator noster, & tua est laus ab omnibus operibus manuum suarum ab æterno. Et filii Noæ dixerunt: amen, Domine!* Tandem vero humi conditum fuit circumlatum hactenus corpus Adami, idque hoc pacto. Noachum perhibent, cum ad extremum vitæ terminum accessisset, clam injunxisse Semo, ut Melchisedecho adjutore, eo in loco sepeliret istud, quem ipsis notum fecerit angelus. Angelo igitur præeunte perductos esse ad montem calvariæ, qui

terræ

terræ ſit umbilicus, ubi homo conditus olim de terra, terræ fuerit redditus. Sed alii aliter. Nam ex *Moſis bar Cepha commentario de Paradiſo P. I. c.* 14. intelligimus, Jacobum Orrohaitam in ea hæſiſſe opinione, Noachum, arca poſt diluvium tandem egreſſum non modo terrarum orbem, ſed oſſa quoque Adami diſtribuiſſe filiis, craniumque ejus primogenito, Semo ſcilicet, obveniſſe. Quod accommodare ad piam meditationem ſi velimus, elegantisſime dictum, rectisſimeque fuit. Vetus enim Adamus, ſive originalis labes, communis eſt omnibus hominibus, ac nemo ex univerſa Noachi poſteritate extat, qui non partem aliquam ex reliquiis iſtis ſacerrimis propriam ſibi acceperit. In explicando loco, ubi ſupremum pro ſalute hominum ſupplicium JEſus noſter ſuſtinuit, conſentiunt propemodum veteris Eccleſiæ doctores a *cranio Adami*, ibidem invento, dictum fuiſſe eundem Golgatham. Ex univerſa turba *Baſilium Seleucienſem* audiamus, qui in compendio fatur, quæ reliqui fuſius: *Juxta Judæorum traditiones calvaria Adami ibi inventa eſt, idque per ſummam ſuam ſapientiam cognoviſſe Salomonem ferunt. Propterea, ajunt, calvariæ locus, locus ille vocatus eſt.* Orat. XXXIIX. Autor opinionem iſtam ab Hebræis derivat, qui, interprete Salomone, de cranio Adami, eo in monte depoſito, fuerint edocti, quod tamen ne minimam quidem veritatis ſpeciem habet. Gens enim iſta, ad ſuperſtitionem proclivis, ſi reſciviſſet, partem hanc capitis protoplaſti reſiduam in Golgatha requieſcere, nunquam paſſa per religionem fuiſſet, ut de ſceleſtisſimis mortalium ibi ſupplicii

plicium ſumeretur, ubi κρηπὶς & γένυς, καὶ πρόγονος venerabilem nactus ſit ſepulturam Λῆροι Λῆροι! Conſpirant tamen in nomem montis ab Adami calvaria enatum *Tertullianus*, *Origenes*, *Cyprianus*, *Baſilius*, *Euſebius*, *Ambroſius*, *Hieronymus*, *Auguſtinus*, compluresque alii, quorum teſtimonia in Tractatu de *hiſtoria paſſionis Chriſti P. II. c.* 10 §. 80. *ſeq.* *Sagittarius*, & ante eum in *libro de cruce* * *Greſſerus*, allegavit. Quod pictores etiam videntur imitari velle. Adami Reliquias per cranium inter decuſſata oſſa reclinatum ſub emortuali Salvatoris palo repræſentantes. Obſervatum præterea a *Combefiſio*, creditumque fuit, in *Auctario novo Patr. Græc. p.* 1524. locum calvariæ a lapidibus antiquo more Adæ cranio in tumuli vicem impoſitis, pariter, uti tribunal Pilati ob ſtratum e ſaxis confectum, appellatum a Germano, aliisque Græcis λιθόστρωτον fuiſſe. Sed ita ſubleſtæ fidei ſunt omnia, ut cum Hieronymo judicemus: *Magno quidem applauſu populi piam explicationem ſuſceptam, non tamen veram eſſe.* Unde autem traditio iſta? *Non incongrue creditur*, inquit *Auguſtinus*, *Serm.* 71. *de tempore*, *quia ibi erectus ſit medicus, ubi jacebat ægrotus; & dignum erat, ut, ubi acciderat humana ſuperbia, ibi inclinaret ſe divina miſericordia, & ſanguis ille pretioſus etiam corporaliter pulverem antiqui peccatoris dum dignatur ſtillando contingere, redemiſſe credatur.*

Non autem prætereundæ ſunt in hac reliquiarum recenſione illæ, quas omnium præſtantiſſimas, planeque ſingulares adinvenit quorundam deſperabunda ſubtilitas. Cum enim Mariam à labe peccati immunem pronunciare, non permit-

* Lib. I. cap. 18.

mittant clariſſima Scripturæ effata, conſtitutum tamen fuerit aliquibus, e ſorte miſerrimæ hujus conditionis eandem eximere, confingendum fuit, quo imponerent populo, & ipſi viderentur Theologi. Quodnam illud? Separata nempe divinitus materia, ex qua naſceretur virgo omni laude dignisſima. Proditum namque a *Galatino* eſt *l. VII. de arcan. Cathol. Verit.* Materiam τῆς θεοτόκε ab initio productam, ac membro Adæ inſertam, intaminatamque ab eodem ad Sethum, a Setho ad Enoſum, ab Enoſo tandem ad Joachimum, parentem virginis, lege quaſi hæreditaria, fuiſſe translatam. Scilicet, quæ de Meſſiæ matre Judæorum doctores ſomniarunt, in rem ſuam ille interpretatus eſt. Sed cœcus cœcum! Quo in loco & ſingularis iſta, ſed ejusdem plane ordinis *Particula ſubſtantiæ Adamæ* commemoranda venit, ex qua humana Filii Dei natura formata perhibetur. Sunt enim qui intempeſtive curioſi: Qua ratione e Maria, peccatis inquinata, dari potuerit Salvator ἀναμάρτητος? ingenioſe philoſophantur: In Adamo, legem Dei transgreſſo, divina ſic dirigente pronœa, ſegregem a contagio maſſam eſſe conſervatam, ex qua ad Mariam usque, propagine tradueta, natus ſit Jeſus. Sed opinio hæc cum idonea ratione non nitatur, & ad voraginem ſexcentorum malorum vel renitentem abripiat, prudenti conſilio dimittenda eſt, in hærendumque ſine anxio nimis circa modum rei ſcrutinio, axiomati divino: Conveniens nobis erat ἀρχιερεὺς ὅσιος, ἄκακος, ἀμίαντος, κεχωρισμένος

ρισμένῳ ἀπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν. Ebr. VII. 26. Quo de argumento prolixius Theologi.

Cum pudor, & conſcientia admiſſi ſceleris impuliſſet Adamum ad curam rei veſtiariæ, paravit ſibi, atque uxori, operis adjutrice, *tegumenta corporis*, *Gen. III.* 7. quæ, ſive perizomata, ſive ſubligacula, ſive campeſtria dixerimus, non e foliis quidem conſutis, ſed conſertis inter ſe frondibus conſtitiſſe, non ſine veritatis ſpecie contendit *Gataker. Cinno l. I. c.* 3. *p.* 199. *ſeq.* Reliquias veſtis, cum uſui tandem eſſe deſineret ea, in partem ceſſiſſe regioni, quæ tum receperat exulem, cimeliique iſtius a ſe aſſervati teſtes hodieque eſſe fragrantiſſimum herbarum odorem, ſunt qui famulati ingenio ſentiant. *Abu Mahumed Muſtaphi, ben Alſchit Haſen in hiſt. univerſali*, (Seldeno de Synedriis l. II. p. 452. tradente) ab aliis memorari ait, Adamum tunica ficulnea amictum in montem Serandib, in orientali Indiæ plaga, perveniſſe, ibique folia, e quibus ea compoſita fuerit, vento, & calore arefacta, ex eorumque pulvere longe lateque diſſipato, ortam fuiſſe plantarum per regionem eam odoriferarum copiam. De tunica vero, qua Deo autore poſtmodum amictus eſt, Gen. III. 21. dici poſſent, ſi operæ pretium fuerit, longe plurima, non ero tamen in depingendis iis curioſior. Qui Judæorum hac de re ſententias perdiſcere cupit, eum exſaturabit diligentia *Wagenſeilii*, integram, quantum memoriæ ipſius ſuccurrit, veſtium primi hominis hiſtoriam *Excerptis Gemara c.* 1. *in commentario ad Sotam p.* 339. *ſeq.* attexentis, & *Carpzovii, in notis ad Schikkardi jus regium c. V. th.* 17. *p.* 358.

p. 358. *seq.* Patrum autem Græcorum opiniones uno fasciculo collectas inveniet in *Thesauro Scicerl* voce χιτών. Quod si & piis hac de tunica Adami, meditationibus oblectare velit animum, dabit eas *Ursinus in Analectis sacris l. VI. c. 15. p.* 351. *seq.* Satis ad institutum erit commemorare, ad quos relicta a primo parente vestimenta pervenerint tandem, quibusque fatis fuerint exposita. Sic autem legitur in *Pirke R. Eliesser*: *Tunica quam confecerat Deus Adamo & Evæ, fuit cum illis* (Noacho, & filiis) *in arca, & ubi egressi sunt, accepit eam Cham, filius Noachi, & in hæreditatem reliquit Nimrodo. Cum ea indutus esset, venerunt ad ipsum omnes bestiæ, atque aves, atque conciderunt coram ipso, quasi cogitantes, illum pollere robore, atque constituerunt eum super se regem.* Deinde aliis interjectis: *Esau frater Jacobi videns tunicam, quam confecerat Sanctus benedictus Adamo, & Evæ apud Nimrodum, expetiit illam, atque interfecit eum, tunicamque abstulit. Postquam autem illis vestitus erat, factus fuit per illas robustus, juxta illud*: Erat Esau vir peritus venationis. *Ubi autem discessit Jacob a conspectu patris sui, dixit*: *Nonne Esau impius est? decet me induere tunicam illam. Dedit eam, atque abscondidit sub terra, prout dicitur*: Ejus funis in terra est absconditus. (Job. XIIX. 10.) Quæ cum enarrat *Wagenseilius* alium producit locum e Gemara obscurum quidem, sed ingeniose tamen illustratum, de tunicis istis hodieque repositis Romæ, & septuagesimo quoque anno publice ibidem conspiciendis.

A veste ad baculum. *Creavit eum Deus benedictus intra sex dies creationis.* Quid amplius? *Fuit pri-*

primo in manu Adami, poſtea Noachi, Abrahami, Iſaaci, Jacobi, Joſephi, regis Ægypti. Deinceps in manu Pharaonis, tandemque Reguelis, principis magorum; cumque eſſet conſiliarius regis, magno Judæorum bono, contra intentionem Bileami, conſiliarii ſecundi, ſuccenſuit rex Jethroni, propterea fugit Jethro in urbem ſuam, baculumque domum ſuam allatum plantavit in horto ſuo domeſtico. Deus autem benedictus indidit ei virtutem, ne quis eum poſſet evellere inde, usque ad Moſis, viri Dei, adventum. Hæc ex fide R. Gedaliæ *Hotting. in Smegm. O. l. 1. c. 8. p. 411.* Sed in Pirke R. Elieſer paulo aliter de virgæ hujus e manu in manum traditione: *R. Levi dicit: Virga, quæ creata eſt in crepusculo ſabbati, tradita fuit primo homini in paradiſo. Adam autem Enocho, Enoch tradidit Noacho, Noach dedit Semo, Semus vero tradidit Abrahamo, Abraham dedit Iſaaco, Iſaac tradidit Jacobo, Jacob autem dedit filio ſuo Joſepho, poſtquam deſcenderat in Ægyptum. Cum autem mortuus fuit Joſeph, & ſpoliata fuit tota domus ejus, depoſita eſt in palatiis Pharaonis. Erat autem Pharao unus ex Magis Ægyptiacis, qui videns virgam iſtam, & literas in illa exaratas, vehementer expetiit iſtam animo ſuo. Acceperunt vero, detulerunt, atque plantarunt in horto Jethronis, & vidit virgam iſtam; nullus autem homo poterat ad illam amplius appropinquare. Poſtquam venit Moſes ad domum ejus, ingreſſus eſt hortum Iethronis, vidit iſtam virgam, legitque literas, quæ in iſta erant, emiſit manum, & accepit illam. c. 40. p. 105.* Conf. plura in notis *Michaelis ad Gaffarelli curioſitates. n. 27. p. 134. 135. 136. & n. 30. p. 169. 170.* Atque hoc loco inſerendam quoque arbitror ſive arborem, ſive frondem, quæ deſtinata fuiſſe perhibetur Adamo. *Adamus* enim

enim cum filium, nempe *Sethum*, *ad Paradisum ablegasset misericordiam Dei imploraturum de suo peccato, misericordiæ angeli ramum ex arbore vitæ decerptum, dixerunt*que, *ad Sethum, ut plantaret eum, futurum namque, ut quo primum fructum faceret, misericordia Dei in eum descenderet, aperirenturque portæ cæli, quæ obseratæ sunt. Hanc autem arborem, seu potius ramum, accepit Seth, plantavitque in deserto, quem postea Mosè invenit, & ex ea virgam suam excidit, ideoque Dei virga dictus est.* Sic in Gali Razia, seu revelatore arcanorum relatum legimus. Fabulam si non eandem plane, similem tamen *vide lib. V. de rebus Salomonis*, cum *Lyrano in c. V. Iohan.* recitat: *Protoplastus noster*, inquiens, *Adamus, cum gravius decumberet, ablegavit filium suum Seth ad Angelum Paradisi custodem, ut scilicet ei oleum misericordiæ ad mitigandum morbum transmitteret. Angelus autem ille, quem Hist. Lombard. nominat Michaelem archangelum, dedit Sethо trina grana de arbore vitæ, mandans, ut ea plantaret; ex iis enim futuris temporibus arborem enasciturum esse, per quam Adam, & omnes ejus posteri sanitatem sint adepturi. Domum igitur Seth repetens, invenit patrem defunctum, & ejus sepulcro insevit data illa grana, ex quibus provenerunt tres furculi, qui in unum stipitem coalescentes, sive concrescentes, ingentem effecérunt arborem. Cum autem tempore Salomonis regis ad templi structuram arbores numeroplurimæ excidèrentur, etiam hanc, a Sethо plantatam, succisam esse, quæ postmodum, quoniam ad omnia, quibus adaptaretur, inepta fuit, flavio cuidam, ut esset pons transeuntibus, fuit imposita. Ad hunc ergo pontem Regina Sabæa, una e Sibyllis (quam Iosephus ex Herodoto vocat Nicaulem, &. Bartius autem de rebus Per-*

ſicis, Macedam) perductam tranſire recuſavit, quoniam ex eo ligno ultimam civitati Hieroſolymitanæ cladem imminere perſentisceret. Qua cauſa motus Salomon illud ſuſtulit, & in profundisſima terræ viscera, citra regionem piſcinæ, immerſit. Et hoc lignum, DEO ita dirigente, infundo piscinæ Bethesdeæ delitescens, angelus tempore Chriſti commovit, eoque agitavit aquam, ut hac ratione infirmi quique ſanitati fuerint reſtituti. Tempore vero inſtantis Chriſti paſſionis illud ſupernataſſe dicunt, id quod Iudæi videntes ſumpſerunt, Chriſtumque eidem affixerunt.

Ecce tibi arborem, ſi credulus fueris, oppido memorabilem, quæ & Bethesdeæ piſcinæ aquas fecit ſalutares, & ſtipitem præbuit fabricandæ cruci, ex qua Filius DEI aliquando, ad recuperandam Adamo, & poſteris ejus vitam, fuit ſuſpenſus. Monachorum hæc ſomnia ſunt.

Sed hanc quidem arborem Adamus nunquam vidit, *arboretum* tamen ejus memoratur in ſcriptis veterum. Narrat enim Hottingerus in Hiſtor. Or. L. 1. c. 8. e Judæorum commentis: *Adamum in terram Babel ingreſſum multa mirabilia ſecum aſportaſſe, & inter alia arborem, flores, folia, & ramos auri habentem, arborem item talem lapideam, folia item cujusdam arboris ita viresſcentis, ut folia ejus ab igne non conſumantur, & quæ ſub ſe comprehendere, vel tegere poſſit decem millia virorum ſtaturæ Adami; quod duo ſecum folia geſtaverit, e quorum unoquoque duo homines contegere, vel veſtire ſe potuerint.* Certisſima fabula, quam illuſtriorem reddunt *palmæ Babylonicæ.* Nam in Gemara R. Cahana, cum R. Simi Aſſæ filium comitatus eſſet usque ad locum palmarum Babyloniæ, quærit ex eo: Satisne verum eſt, quod jactatis, has palmas inde

de a memoria Adami, primi hominis ad hæc usque tempora durare ; Scilicet traditione deliniti fuerunt, arbores istas manu Adami consitas ibidem esse, ut haberent bellisimi mortalium, abrepti aliquando in captivitatem, sub quarum frondibus desiderent, & inter se confabulando solarentur calamitatem. Accepit tamen & Palæstina quædam ab hortulano isthoc omnium primo. *Iacobus Vitriacus Hist. Hieros.* c LXXXV. *Sunt in eadem terra arbores mirabiles, quas propter earum præcellentiam nominant* arbores paradisi, *poma oblonga, suavissima, & quasi unctuosa, dulcissimum saporem habentia, ferentes, in uno autem globo plus quam centum sese contingentia, & compressa involvuntur. Folia autem arboris memoratæ unius cubiti habent longitudinem, dimidii cubiti dimensione dilatantur. Sunt ibi aliæ arbores poma pulcerrima, & citrina ex se producentes, in quibus quasi morsus hominis cum dentibus manifesto apparet, & idcirco* poma Adam *ab omnibus appellantur.* Perspicuum esse puto, arbores istas non quidem propter primam originem, sed dignitatem, atque præstantiam dictas fuisse paradisiacas, & fructus propter figuram, quam præ se ferebant, *poma Adami.* * Hujus generis & illa sunt, quæ ex Sionita de urbibus, & moribus Orientalium Hottingerus in H. O. refert: Tripoli crescere arborem quandam, seu fruticem potius, *Almauz* dictam, vulgo *poma Adami*, stipite viridi, habentemque folia in digitorum modum protensa, nullos tamen producere ramos, sed folia, quæ adeo longa atque lata, ut quisque facile

* Confer quæ de pomis Adamis Caspar Bauhinus ad Dioscoridem Matthioli p. 207.

unico tegi atque cooperiri posſit, fructus proferre ſabarum recentium ſiliquis ſimiles, ſapore dulciſſimos, roſarumque odorem imitantes. Atque nomen hoc, ob excellentiam rei inventum, commune & aliis. Inter fruges enim in viretis Alexandrinis, omnium amœniſſimis, deprædicantur a Buntingio in Itiner. *poma Adami*, quorum quidem folia ad quindecim ſedecimve pedes ſeſe exporrigant, ac amplitudine, duos propemodum exæquent, fructus vero ipſe pirorum decumanorum tanta multitudine turgeat, ut vel viginti ex uno dependeant ramuſculo, & pulcerrimam uvarum ingentium ſimilitudinem repræſentent. Imprimis autem dignum memoria, quod ſi pomum ejusmodi ſecetur, figuram *hominis in cruce pendentis* elegantiſſime exprimat, eamque ob cauſam ſentire aliquos, hunc ipſum fuiſſe fructum, de quo comederit aliquando Adamus, *Adamique poma* in rei memoriam appellari. Pia meditatio. Sed in Granatenſi etiam regno producuntur poma, quæ, tradente ita *Nidero in Formicario*, parte quacumque ſecta imaginem crucifixi perpetuo exhibeant. Quid vero cum tanta, quæ ſponte provenerunt pirorum malorumque multitudine egerunt protoplaſti? Si quis fuerit, qui id pernoſcere velit, dicam, idque promtiſſime. Diviſerunt inter ſe. Et Eva quidem, rei familiaris ſtudioſiſſima, portionem ſibi a marito conceſſam ad calorem ſolis diligenter ſiccavit, repoſuitque ad parandum pulmentum pro iis, qui curioſius ea de re quærerent, ut ſic oppleto ore ſciſcitari deſinant; Adam vero, qui optima quæque mala ſibi nunquam non ſeli-

ge-

gebat, ſedit cum iisdem in triviis, & filiis ea, nepotibusque venum exponendo nummos, quos ſibi, cum a tuguriolo abeſſet, novitate pulcerrimæ rei allectos ſubduxiſſe ſuſpicabatur, recuperare cupiebat. Sed unde ipſi ars cudendi monetam? Etiam hoc explicabo. Ut rei nummariæ amatores delectarent Judæi, antiquiſſimorum gentis ſuæ nummos deſignarunt in Bereſchit rabba: *In Abrahami nummo cuſi erant ex uno latere ſenex & anus, ex altero juvenis & puella. In Joſuæ ex uno latere bos, ex altero monoceros. In Davidis ex uno latere baculus & pera, ex altero turris. In Mardochæi ex uno latere ſaccus & cineres, ex altero corona.* Adami tamen dememinerant. Noluit carere eo ingenioſus homo, ſed in libro *Promtuario delle Medaglie* inſcripto, non ſolum Japheti, Chami, Semi, & Noachi, ſed Evæ quoque, & Adami exhibuit. Cum enim adornata olim ab *Andrea Fulvio*, Leonis X. pontificis auſpicio, de veteribus quibusdam nummis commentatio, Lugduni Gallorum anno 1553. apud Wilhelmum Rovillium denuo prodiret, non nemo tam inſigni augmento emtores novæ editioni conciliare voluit. Sed bonum factum! Ipſe autor in præfatione libelli ingenue fatetur, hos aliosque non paucos in cerebelli officina ſine ferro & igne formatos eſſe, atque expreſſos. Nec exploratum, quo tempore ſignandi metalla artificium cœperit. Certe quoniam pecunia ob rerum omnium affluentiam, & ſervatam in victu, & amictu ſanctiſſimam frugalitatem non adeo habuerint opus Adam & Eva, nec ad apparandam iſtam ſubſidiis ſufficienter fuerint inſtructi, per ſecula com-

plura homines ne cogitaſſe quidem de illa commutandi ratione arbitror. An vero Rehu demum ætate, qui Nimrodo coævus fuiſſe cenſetur, initium ſumſerit *domus monetaria denariorum, & drachmarum*, fides ſit penes Elmacinum, aliosque ita ſentientes. Poſſedit præterea Adamus donatum a Raziele *annulum Geomanticum*, quem inter κειμήλια repoſitum invenerunt hæredes. & ad ſeros usque nepotes ſtudioſe tranſtulerunt. Sic enim iſthoc de commento apud *Stephanum le Moyne notis ad varia ſacra p.* 863. ex Abenephio, Philoſopho Arabe, legitur: *Figura crucis in cujus capite circulus in modum anſæ. Accepit Metſra a Chamo, Chamus a Noacho, Noachus ab Enocho, qui eſt Idris, Enoch a Setho, Sethus ab Adamo, Adamus a Raſiele angelo. Cham vero ope ejus fecit mirabilia magna, & ab eo accepit Hermes, & poſuit eum inter literas avium. Eſt autem hic Character ſignum proceſſus, & motus Spiritus mundi, & fuit magicum ſigillum, ad ſecretum in telesmatis eorum, & annulus contra dæmones.*

Non procul ab agro Damaſceno ſpelunca intra rupem deducens curioſis terræ ſanctæ ſcrutatoribus annotata fuit, ubi Adam fertur & Eva fleviſſe interemtum a Caino Abelem, in eoque *lecti* eorum *ſaxei* viſuntur in longitudinem triginta pedum porrecti, *fons* item eodem in loco ſcaturiens, cujus aqua ſitim protoplaſti depulerint. Autores ſunt *Bonav. Brocardus, Bernh. Breidenbachius, Barth. de Saligniaco, Chriſt. Adrichomius*, aliique non pauci. Judæorum enim traditio eſt, campum, in quo occidit fratrem Cainus, in Damaſco fuiſſe, unde & locus a bibendo ſanguine nomen ſit ſortitus, quæ

opinio

opinio anſam dedit, de ſpelunca, in qua per centum annos cædem filii graviſſimi luxerint parentes ejus, inter lacrymas trahentes vitam & ſuſpiria, abſtinendo etiam ab ea, quæ conjugibus intercedere ſolet, conſuetudine, eamque ob rationem nec ſocialem quidem lectum habuiſſe, ſed dormiviſſe ſeparatim. Quod vero ſpondas protoplaſtorum triginta pedum longitudine deſcribant, nemo mirabitur, qui conſideraverit, gigantea vaſtitate ab antiquis deſignari primos homines. Quid? gigantum gigantisſimus, (de re abſurda, abſurde loqui liceat) fuerit neceſſe eſt, ſi juxta aliquos centum, juxta alios ducentos, juxta alios trecentos, juxta alios nongentos cubitos adæquavit, vel etiam a terra usque in cœlum ſeſe porrexit. Teſtimonia *Bartoloccius* dedit *in Bibliotheca*. Sed quita ſentiunt, non uno eodemque modulo metiendi ſunt. Aliqui enim falſa interpretatione loci *Joſ XIV.* 15. ſe deceperunt, alii autem excellentisſimas animi pariter & corporis dotes coloribus iſtis ponere quaſi ob oculos, & in conſpectum producere voluerunt. Qua de re alibi. Prudenter autem protoplaſtis caverna fonte fœcunda deſtinata fuit, ne ſiti perirent, quod ſi æque diligenter de eduliis etiam proſpectum fuiſſet ipſis a poſteritate, ingentes pro tam liberali ſolicitudine deberent gratias. De iſtis ob interemptum filium acerbiſſimis *lacrymis* quid factum fuerit, compertum equidem non habeo, de illis vero, quibus legis divinæ violationem luxerunt per centum & amplius annos, Arabum aliorumque extat ſententia, quod gignendo lignum aloes, zingiber, ca-

ryophylla, & alia id genus aromata, ſui memoriam in his veluti reliquiis ad noſtram usque ætatem produxerint.

Sed qui jejuniis olim & fletibus ægre fecerunt corpori, prodeuntes iterum in apricum, melius curare didicerunt cuticulam, & generoſiſſimum Lyæum non in ſuos tantum, ſed ultimorum etiam nepotum uſus, deliciasque ſtudioſe colligere. Ita credit Judæus appella. Nolumus quidem inficias ire, ante Noachum quoque vineas coluiſſe ſtrenuos iſtos potatores, quorum inſatiabilem ſitim diluvio tandem reſtinxit divina Nemeſis, adeoque ipſum non tam inventorem ampelurgiæ, quam reſtauratorem fuiſſe; nec alienum a veritate cenſemus, Adamum etiam ipſum cognoviſſe rationem exprimendi uvarum ſuccum, & in commodum ſuum transferendi dulce beneficium, nemo tamen, niſi qui fœnum pro cerebro habeat, perſuaderi ſibi Judæorum fabellam patietur, vinum in paradiſo plantatum in Adami cella, ubi terrarum? neſcio, hodieque aſſervari, apponendum aliquando in convivio Meſſiæ nunquam venturi. Opus nempe ad bubulam Behemoticam, & epulas Leviathanis, ſalitasque carnes fœmellæ tauri illius ingentiſſimi, & ceti, bene concoquendas optimo Falerno eſt. Quod ne temere dixiſſe putemus, provocant ad *Eſaiæ XXVII. 2. In die illa vini commendatiſſimi vinea cantabitur. Ego Dominus ſervo illud*, citant *Pſalm. LXXV. 9. Calix in manu Domini, & vinum quod in eo rubet, &c.* Sed tam inſulſi commenti jam olim puduit ſanioris mentis Judæos, & ea, quæ deliraruntalii, myſtice de ſumma beatitudi-

tudine intelligendum judicarunt, præeunte cantilenam *Menasseh ben Israel l. 2. de resurrect. mortuorum* c. 19. qui & ipse de his Rabbinorum allegoriis singularem tractatum promisit olim.

Non ultimum denique locum inter primi hominis lipsana facit *altare* ejus, & quæ de isto superesse feruntur reliquiæ, non Judæis solum, sed Christianis etiam nonnullis in hunc usque diem sancte habitæ, quarum historiam breviter pertexemus. Postquam Adamus mœrore ob peccatum confectus solatio de Salvatore mundi per angelum Razielem delibutus fuisset, uxorem fecit participem ejus, & in memoriam rei, ac gratiarum actionem exstructo altari, Deo tulit sacrificium. Ita enim Judæorum magistri: *Tum Adam primus obtulit juvencam!* Atque hoc insigne religionis monumentum perduravit ad seros usque nepotes. Jonathan, de Abrahamo oblaturo in monte Moriah filium: *Reparavit ibi altare, quod ædificaverat Adam, & destructum erat aqua diluvii. Post Noe denuo illud ædificaverat, & dirutum erat tempore divisionis linguarum.* Et R. Ismael in *Pirke Eliezer c.* 31. *Statim ac devenerunt* (Abraham & Isaac) *ad illum locum, monstravit sanctus benedictus Abrahamo digito, dixitque illi: Hoc est altare, hoc, inquam est altare, in quo primus homo olim obtulit. Hoc est altare illud in quo sacrificium obtulerat Cain, & Abel. Hoc quoque est, in quo Noach, & filii ejus sacrificarunt.* Unde istud probatum reddunt? Quia nempe Gen. XXII. 9. cum signo emphaseos vox ista notatur: *non dicit altare, sed* , המזבח *τὸ θυσιαστήριον, ut doceat, esse illud altare in quo priores obtulerant Adam, Habel, Noe & filii ejus.*

Sed nihil hic præſidii. Etſi enim demus, non ſine ſignificatione adjectionem iſtius literæ eſſe, quid vero hoc ad commentum illud? Res erat per omnem ætatem memorabilis, quam Abrahamus animo conceperat, unigenitum, intimeque dilectum filium, prout juſſus a Deo erat, mactare, & ſolenni modo in cineres redigere, adeoque & altare iſtud, ſuper quo ſacrificium hoc offerendum, oppido dignum erat, exporrecta quaſi manu demonſtrari. Nec ſine miraculo fingi poteſt, in univerſali terræ per diluvium vaſtatione altare hoc non penitus deſtructum, & quod relictum e ruderibus erat luto ſepultum fuiſſe. Non ita longe a veritate abſunt (abſunt tamen omnino, nec idoneum opinionis ſuæ teſtem habent) qui non eandem aram, locum tamen eundem obſervatum eſſe arbitrantur. In *libro Juchaſim Moſes Maymonides: Traditio ab omnibus recepta eſt, locum ubi David condidit altare in area Aravne, fuiſſe locum, ubi ſuum condidit Abrahamus, ſuper quod ligavit Iſaacum, ubi ſuum condidit Noachus, cum egrederetur ex arca; ibidem fuiſſe altare, ſuper quod obtulerunt Cain, & Abelus; ibidem Adamum obtuliſſe cum crearetur, atque inde fuiſſe creatum. Dicunt ſapientes, idem ei locus expiationis, qui creationis.* Quæ de re jam ſupra diximus. Sed ecce TIBI corollarium. De reliquiis altaris iſtius, quo Adam, Abel, Noah, & denique Abrahamus fuerunt uſi, XII. lapides Jacobus, in Meſopotamiam profugus, ſuppoſuit capiti, *Gen. XXIIX.* 11. ut ſignificaretur inde ſuſcitatum iri tribus XII. Duodecim vero lapides iſti in unum coaluerunt, eo nempe omine, quod XII. tribus una gens aliquando futu-

rœssent (1. *Chron. XVII.* 21.) Ita traditum in *Pirke Elieser c.* 35. Denique insigne hoc altaris omnium primi paralipomenon, saxeumque istud patriarchæ cervical, informe scilicet marmor in Scotiam, nescio quo fato, perveniſſe, indeque per Eduardum III. Angliæ regem, Londinum delatum, regum Scotiæ in universam Britanniam imperium portendere, sellæque inaugurandis regibus factæ inclusum hodieque asservari, vulgo creditur, adscriptique in tabella versiculi confirmant:

Si quid habent veri, vel chronicà cana, fidesve,
Clauditur hac cathedra nobilis ecce lapis.
Ad caput eximius Jacob quondam patriarcha
Quem posuit cernens numina mira poli.
Quem tulit ex Scottis spolians quasi victor honorie
Edwardus primus Mars velut omnipotens.
Scottorum domitor, noster validissimus Hector,
Anglorum decus & gloria militiæ.

conf. *Wilhelm Sanderson vita Mariæ reg. Scot. & Jacobi Reg. Angl. Schröter Hist. Orb. tot. l. 1. c. 8. Bekmann notitiæ dignit. Dissert. 3. c. 1. §. 7.* In hujusmodi rebus mihi Epicharmi cantilenam illam μέμνασο ἀπιστεῖν! ad aurem utramque insusurrari facile patior.

Ad finem nunc denique properandum. Proditum memoriæ est in libro Juchasim: Reconditum ab ipsomet Adamo feretrum in antro fuisse, & ab oculis hominum remotum, quoniam præsaga mente veritus fuerit, ne cum eo superstitiose aliquando agerent posteri, pietatis non æque tenaces.

Quo

Quo pertinet & ea, quæ apud *Kircherum in Oedipo Ægyptiaco* T. I. Synt. 1. c. 8. ſententia citatur, arcam, in qua corpus Adami depoſitum fuiſſet cum libris Sethi, hæreditatis beneficio accepiſſe Adrin, ſeu Enochum. De qua Adami ciſta Keſſæus * etiam in vitis patrum apud Hottingerum in H. O. tradit, quod ad Abrahami usque ætatem perduraverit, in eaque libri Adami, cum rebus nonnullis aliis, fuerint aſſervati.

Commodus hic diſſerendi locus eſſet de *Bibliotheca Adami*, quam ſatis, abundeque inſtructam habuerit neceſſe eſt, ſi ejus ſunt, quæ nomine ipſius feruntur ſcripta; ſed cum ea de re prolixius olim in *ſchediasmate, recenſionem librorum Adami exhibente*. egerim (quod, ne pereat, conjungere huic epiſtolæ Bibliopola voluit,) nolo TE, VIR AMPLISSIME, morari diutius, nec de *Oratorio* etiam *Adami*, quo Turcæ gloriantur, nec de *calceneis* ipſius, quæ in Bava Batra duo orbes ſolares R. Banah viſa fuerunt, nec de *columnis*, ſive *tabulis*, in quibus conſignaſſe perhibetur, quæ de creatione hominis, & lapſu ejus, atque facta a Deo promiſſione Meſſiæ, poſteris enarrare viſum ipſi fuerit neceſſarium, nec de *ponte* in Inſula Zeilon, per quem cum uxore, exilii conſorte, tranſiviſſe perhibetur, quicquam commentabor, ſed dicendi finem faciam.

Ha-

* Ait Abrahamum aperta ciſta Adami inveniſſe in ea ejus libros, item libros Sethi & Edris (Henochi) & nomina omnium Prophetarum qui poſt ipſum Abrahamum erant mittendi: Abrahamum autem dixiſſe beatos eſſe lumbos ejus ex quo tot Prophetæ erant oriundi; & Deum reſpondiſſe, ipſum fore eorum Patrem &c.

Habes igitur, VIR SUMME REVERENDE, appendiculam ad recenſionem reliquiarum Adami a TE plenius nuper inſtitutam, quarum partem in dubium quidem nemo vocaverit, partem vero nemo ſibi parietur perſvaderi, Joh. Boccatius, Florentinus, qui anno 1375. e vivis excesſit, in peculiari de fictis religionis ſuæ ſacris reliquiis libro, monachi meminit jactitantis, poſſidere ſe *pennas ex alis angeli Gabrielis* inter ſalutandum D. Mariam prolapſas, *Michaelis gladium*, atque *ſcutum*, *coxendicem Cherubini*, *atque veſtigia*, aliquot *radios ſtellæ* Magis exortæ, *particulam ſoni ex campanis Salomonis*, *particulam de veſtibus catholicæ fidei*, *particulam digiti Spiritus S.* Fuerunt etiam, ipſo Scherero teſte, qui populo impoſuerunt monſtrando *oleum ex lampadibus prudentum virginum* in Evangelio, *panniculum de vexillo* Jeſu, ad inferos deſcendentis, *dentem animæ in purgatorio laborantis*, & Luthero referente, qui ſe *flammulam de rubo ardente in deſerto*, habere mentitus eſt. Hujus generis cum pleraque, non tamen æque abſurda, ſint, quæ hic reſiduæ ſive ſupellectili, ſive poſſeſſioni Adami annumerata vides, habent tamen, quo commendare ſe maximopere poſſunt, antiquiſſimæ ſcilicet vetuſtatis nomen, & honorificam relationem ad hominem omnium primum, præſtantiſſimumque, ac univerſi generis humani admirabilem, celeberrimumque conditorem.

Age autem, & cæterorum etiam, prout ſpem feciſti nuper, *Moſis*, & *Aaronis*, *Prophetarumque*, & *Regum V. T.* quæ ſupereſſe de illis perhibentur, pro ſingulari Tua in colligendis eruditorum bellariis in-

induſtria, atque dexteritate, prodire in lucem jube, & fieri conſpicua. Ita Deus TE ſervet, Decus Eccleſiæ, Ornamentum ordinis Tui, Deliciumque orbis literati, & ſanctisſimis muneribus, qvibus magna cum laude præes, perpetuo, integerrimeque defungaris! Id qvod ex animo vovet, atque præcatur.

VIR SUMME REVERENDE ATQUE EXCELLENTISSIME

Dresdæ veter. cal. Sept.
MDCCXI.

eius
ad preces, atque officia paratissimus,
devinctissimusque

M.P.C. Hilſcher, P.

EVA.

EVA.

XXX. EVANGELIUM EVÆ *

a Gnoſticis Hæreticis venditatum.

S. Epiphanius hæreſi XXVI. quæ eſt Gnoſticorum, num. 2.

Ἄλλοι γὲ μὴν αἰσχύνονται, λέγοντες Εὐαγγέλιον Εὔας. Εἰς ὄνομα γὰρ αὐτῆς δηθὲν ὡς εὑρούσης τὸ ὄνομα τῆς γνώσεως ἐξ ἀποκαλύψεως ἢ λαλήσαντος αὐτῇ ὄφεως σπορὰν ὑποληφθεῖσαι.

Alii Evangelium *Evæ* ſine ullo pudore jactitant. Sub hujus enim nomine, utpote quæ cognitionis nomen à ſerpente quocum collocuta eſt didicerit, perfidiæ ſuæ ſemina ſparſerunt.

Idem num. 3.

Ὁρμῶνται δὲ ὑπὸ μωρῶν μαρτυρίων καὶ ὀπτασιῶν, ἐν ᾧ Εὐαγγελίῳ ἐπαγγέλλονται. Φάσκου-

Stolidis porro teſtimoniis ac viſis in illo ſuo quod præ ſe ferunt Evangelio utuntur. Ita

σι

* Vir Rev. D. Jo. Henricus Majus in examine Hiſt. Criticæ N. T. Simonianæ p. 31. cum hoc Evangelio Evæ idem fuiſſe putat Evangelium τελειώσεως ſive perfectionis ab iisdem Gnoſticis jactatum. Sed Epiphanius ni fallor hæc tamquam duo diverſa videtur inter ſe diſtinguere. Illis porro quæ de Evangelio perfectionis dixi in Codice Apocrypho N. T. p. 373. b. adde hæc Philaſtrii c. 33. *Alii autem Evangelium conſummationis & viſiones inanes & plenas fallacia & ſomnia videre diverſa aſſerunt, deliranter.*

σι δ' ὅτως. Ὅτι ἔσην ἐπὶ ὄρους ὑψηλοῦ, καὶ εἶδον ἄνθρωπον μακρὸν καὶ ἄλλον κολοβὸν, καὶ ἦχος ὡσεὶ φωνὴν βροντῆς, καὶ ἤγγισα ἀκοῦσαι, καὶ ἐλάλησε πρός με, καὶ εἶπεν· Ἐγὼ σὺ ὁ σὺ ἐγὼ, καὶ ὅπου ἐὰν ἦς ἐγὼ ἐκεῖ εἰμὶ, καὶ ἐν ἅπασιν εἰμὶ διασπαρμένος. Καὶ ὅθεν ἐὰν θέλῃς συλλέγειν με, ἐμὲ ὢν συλλέγων ἑαυτὸν συλλέγεις. Καὶ ὦ τῆς δὲ διαβόλου διδασκαλίας!

enim inquiunt: *In arduo monte conſitenum, cum ecce video procerum hominem & mutilum alium. Inde vocem tonitrui inſtar ex audio. Propius igitur ad audiendum accedo, tum me hunc in modum eſt allocutus: Ego idem ſum ac tu,* (a) *& tu idem atque ego, & ubicunque tu es, illic ego ſum, ac per omnia ſum diſperſus. Et undecunque volueris, me colligis, me vero colligendo temet ipſum colligis.* O doctrinam à nequiſſimo Dæmone profectam!

Idem num. 5.

Διὸ καὶ ἐν Ἀποκρύφοις ἀναγινώσκοντες, ὅτι εἶδον δένδρον φέρον δώδεκα καρπὸς τὸ ἐνιαυτὸ, καὶ εἶπέ μοι. τὸ ἐστι τὸ ξύλον τῆς ζωῆς, ὃ αὐτοὶ ἀλληγορῶσιν εἰς τὴν κατὰ μῆνα γινομένην γυναικείαν ῥύσιν.

Propterea in Apocryphis legunt: *Vidi arborem duodecim fructus quotannis ferentem, & dixit mihi: hoc eſt lignum vitæ.* Idipſum de menſtruis mulierum profluviis interpretantur.

XXXI.

(a) ὁ Θεὸς τὸ πᾶν.

XXXI. Archonticorum, Manichæorum, Judæorum & Muhamedanorum de Adamo & Eva commenta.

Epiphanius hæresi XL. Archonticorum c. 5. T. I. p. 295.

Ἕτερον δὲ πάλιν μῦθον λέγουσιν οἱ τοιοῦτοι, ὅτι, φησὶν, ὁ Διάβολος ἐλθὼν πρὸς τὴν Εὔαν συνήφθη αὐτῇ ὡς ἀνὴρ γυναικί, καὶ ἐγέννησεν ἐξ αὐτῆς τόν τε Καΐν καὶ τὸν Ἄβελ. Διὸ ἐπανέστη ὁ εἷς τῷ ἑνὶ, διὰ ζῆλον ὃν εἶχον πρὸς ἀλλήλους, οὐχὶ διὰ τὸ εὐηρεστηκέναι τὸν Ἄβελ Θεῷ, ὡς ἔχει ἡ ἀλήθεια, ἀλλὰ ἕτερον πλαζόμενον λόγον λέγουσιν. Ἐπειδή, φασιν, ἐρῶντες ἦσαν ἀμφότεροι τῆς ἀδελφῆς αὐτῶν τῆς ἰνδίας, τούτου χάριν ἐπανέστη ὁ Καΐν τῷ Ἄβελ καὶ ἀπέκτεινεν αὐτόν. Φύσει δὲ αὐτοὺς φασιν ἐκ τοῦ σπέρματος τοῦ Διαβόλου, ὡς προεῖπον, γεγεννῆσθαι.

Addunt & aliam istiusmodi fabulam. Diabolum ad Evam accedentem cum ea perinde ac vir cum muliere solet consuetudinem habuisse, deque ea Cainum & Abelum suscepisse. Ex quo factum asserunt ut in alterum unus insurgeret, pro ea videlicet invidia qua in se mutuo concitabantur, ac non ideo quod Abelus esset DEO acceptior, uti se res habet: sed novo quodam mendacio veritatem dissimulant, ambos enim ajunt sororis amore flagrasse. Ideo Cainum in Abelum concitatum ipsum interemisse. Nam utrumque Diaboli è stirpe procreatum, ut dixi-mus, affirmant.

Anathematismi adverſus Manichæos apud Cotelerium ad lib. IV. recognitionum Clementis c. 4. p. 538. & in Jacobi Tollii inſignibus Itineris Italici p. 130.

Ἀναθεματίζω τὸν ληρώδη Μάνητος μῦθον, ἐν ᾧ φησι μὴ ὅμοιον ἡμῖν διαπεπλάσθαι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τὸν πρῶτον ἄνθρωπον, τοῦτέστι τὸν Ἀδάμ, ἀλλὰ ὑπὸ τοῦ Σακλᾶ τοῦ τῆς πορνείας ἄρχοντος καὶ τοῦ Νεβρωὴδ, ἣν εἶναι τὴν ὕλην φησὶ, γενέσθαι τὸν Ἀδὰμ καὶ τὴν Ἕυαν, καὶ τὸν μὲν θηριόμορφον κτισθῆναι, τὴν δὲ ἄψυχον. Καὶ τὴν μὲν Ἕυαν ὑπὸ τῆς ἀῤῥενικῆς λεγομένης παρθένου μεταλαβεῖν ζωῆς, τὸν Ἀδὰμ δὲ ὑπὸ τῆς Ἕυας ἀπαλλαγῆναι τῆς θηριώδους.

Anathematizo deliram Manetis fabulam, in qua dicit nequaquam ſimilem nobis à DEO formatum eſſe primum hominem, hoc eſt Adamum, ſed à Sacla ſtuprī principe & Nebroda, quam ait eſſe materiam, factos fuiſſe Adamum & Evam, ac illum quidem creatum eſſe ferina forma, hanc vero inanimam; atque Evam quidem à mascula vocata virgine vitam accepiſſe, Adamum autem per Evam feritate liberatum.

S. Auguſtinus hæreſi 46. Manichæorum, & Auctor Prædeſtinati c. 46.

Adam & Evam ex parentibus principibus fumi aſſerunt natos, cum pater eorum nomine Sa-

clas

clas * ſociorum ſuorum fœtus omnium devoraſſet, & quicquid inde commixtum divinæ ſubſtantiæ ceperat, cum uxore concumbens in carne prolis tanquam tenacisſimo vinculo colligaſſet, Chriſtum autem fuiſſe affirmat quem dicit noſtra Scriptura ſerpentem, ** à quo illuminatos eos aſſerunt, ut cognitionis oculos aperirent & bonum malumque dignoſcerent.

Idem contra Fauſtum Manichæum XXIV. ult. Neque enim dicunt à Deo formatum hominem vel conditum vel inſtitutum, ſed de ſubſtantia ejus partem prorſus ejus adverſus hoſtes miſſam: nec peccato inveteratum ſed neceſsitate captivatum & deformatum ab inimicis, & cætera quæ jam tædet dicere. *Similia paſſim alibi Auguſtinus, cui junges Theodoritum lib. 1. de hæret. Fabulis cap. 26.*

Jo. Henr. Hottingerus Hiſtor. Orient al. lib. 1. c. 3. p. 16.

Moſes Ægyptius in doctisſimo ſuo ſcripto, Solutione perplexorum, ſive dubiorum Lib. 1. cap. VII. hanc Magiſtrorum ſuorum affert Traditionem: *Per integros illos CXXX. annos, quibus Adam re-*

* à *Sacla* conditum hominem, ſecundum Manetem, tradit etiam Theodoritus lib. 1. c. 26. & lib. 5. c. 9. de hæret. fab. Saclas vocalem ſonat notante Gaulmino. Nihil vero ad hunc Manichæorum Saclam Zachlas Ægyptius Propheta primarius Apulejo 2. Mileſ. p. 62. laudatus, uti nec Zachlas Babylonius cujus Plinius meminit.

** Hanc Ophitarum Gnoſticorum blasphemiam deteſtantur Irenæus lib. 1. c. 34. Philaſtrius c. 2. Epiphanius & Damaſcenus hæreſi 37. appendix Tertulliani c. 47. Auguſtinus & auctor prædeſtinati c. 17. aliique.

jectus fuit, meros ſpiritus, id eſt, *dæmones, genuit.* Eadem fabula narratur in *Bereſch. Rabb.* Sect. 20. & 24. *à Sal. Jarchi* Pſal. LXXXIX. v. 33. Atque hæc Traditio in Scholis Judæorum trita, orientem ita occupavit, ut eandem quoque Muhammedanis, Alcorani præſertim interpretibus, plerosque nonnunquam orbis angulos perrumpentibus, & minutisſima quæque ad Alcorani ſui explicationem corradentibus, perſvaſerint. Aliter tamen, prout mendacium conſtans, & ſtabile eſſe nequit, cantilena hæc cantatur à Judæis, à Muhammedanis aliter. *Illi* enim, abſolutè Diabolos ex Adamo genitos: *hi* verò obſtetricante tantùm & promovente Haretho (quod in vetuſto quodam Manu-ſcripto nomen eſt cujusdam Spiritûs Regi Salomoni familiaris) partum primogenitum Adami prodiiſſe, & in rei memoriam Abdol Harethum id eſt, ſervum Harethi, dæmonis, appellatum tradunt. Nugas has ita vendit Beidavi, *cum Eva uterum geſtaret, accesſit eam Diabolus, aſſumptâ formâ viri, eique dixit; Quis indicavit tibi, quid in ventre tuo geſtes? Fortè beſtia eſt, aut canis. Quis etiam notum tibi fecit, unde fœtus tuus ſit proditurus? Eva igitur, hoc nuncio valde perculſa, indicavit Adamo, quid obtigiſſet ſibi, unde timor utrique auctus. Poſtea idem ad eam reverſus dixit, ego veniens à Deo, locum ejus ſuppleo. Deum autem rogavi, ut concedat creaturum ſimilem tibi, facilemque ei largiatur exitum, tu verò appellabis eam Abdol Hareth, (Nomen enim hoc ejus erat inter dæmones) conſenſit igitur Eva, partusque recens nato Nomen Abdol Harethi impoſuit.* *Keſſæus* in vitis Patrum, circumſtantiis non nihil mutatis, eandem crambem coquit:

quit: *Diabolum*, nempe *Harethum*, *perſuaſiſſe Adamo*, *ut primogenitum ſuum Abdol Harethum nuncuparet*, *quòd ſi faceret*, *fore*, *ut longiorem ſolito lucis hujus uſuram conſequeretur*. Porrò inter alia Manichæorum deliria refertur, quod Caino אכנה אלהרץ *filiam Harethi* ex inceſto concubitu natam, tribuerint.

XXXII. Peccatum Evæ & Adami, Brachmanum traditio.

SI Cornelium Agrippam T. 1. Opp. p. 551. ſeq. Jo. Baptiſtam von Helmont de intellectu Adamico p. 664. Opp. & Adrianum Beverlandum libro de peccato Originali A. 1679. 8. apud Batavos in lucem edito audimus, hoc protoplaſtorum peccatum fuit, quod Adamus Evam cognovit, atque brutorum more ut loquitur Helmontius, generavit liberos, vitamque mediam ſeminaliter transtulit. Quaſi vero Deus daturus membra fuiſſet homini & facultatem, quibus uti prorſus foret neſas. Nihilominus tam incredibilis commenti aliis etiam ante Agrippam in mentem venit. *Corneille Agrippa* * *ne fut pas le premier qui a debité cette ſottiſe*, *les Cathares*, *les Manicheens*, *les Priſcillianiſtes*, *les Baſilidiens l' avoient avancé depuis long-temps*, *& il paroit par le livre du Comte de Gabalis que c' eſt un des dogmes de la* ** *Cabale*, *& que les initiés & les adeptes n' expliquent pas autrement l' hiſtoire de la tentation*. Confer Leonhardi Ryſſenii deteſtationem libri Beverlandi

* Dictionaire de Mr. Bayle T. 1. p. 1106.

** adde Urbanum Chevreum in Chevreanis T. 1. p. 23.

verlandini, Gvil. Saldeni Otia divina p. 595. ſeq. & Rev. D. Jo. Andreæ Schmidii Helmontianos de ſtatu corruptionis errantes ignes Helmſt. 1708. 4. Jo. Marſchallus in Epiſtola inſerta Memoriis litterariis Dombenſibus A. 1701. menſe Junio p. 403. *Les Brachmanes de Perſe racontent pluſieurs hiſtoires d'un grand Geant, qui fut conduit dans un beau jardin, qu'il pouvoit à certains conditions poſſeder éternellement. Mais un ſoir comme il étoit à l'ombre, un malin eſprit ou Deuvta le vint trouver & le tenta, en lui offrant une vaſte ſomme d'or, qu'il mépriſa genereuſement, n'en connoiſſant pas la valeur: mais enfin ce Deuvta lui amena une femme, qui le charma tellement, que ne ſe tenant plus aux conditions propoſées, il fut chaſſé du Jardin.*

XXXIII. Liber Prophetiarum Evæ, ſcriptus à Raziele Angelo.

CHava ſive omnium viventium admirabiles & ſuper omnes doctrinas mundi ſecundum Evangelicam veteris & Novi Teſtamenti veritatem amplectendæ Prophetiæ, conſcripta à Raziele Adami primi parentis Angelo ex libro Behri, ideſt lucis puriſſimæ excerptæ. Has jactavit Claudius Duretus. Vide Tho. Bangii Cœlum Orientis p. 103.

XXXIV. Evæ memoria in Orgiis Bacchi. Evæ nomen.

Clemens Alex. Protreptico ad Gentes p. 9.

Διόνυσον Μαινόλην ὀργιάζουσιν Βάκχοι ὠμοφα-	Dionyſum Mænolem OrgiisBacchi celebrant,

γίᾳ

γία τὴν ἱερομανίαν ἄγοντες, καὶ τελίσκουσι τὰς κρεωνομίας τῶν φόνων * ἀνεστεμμένοι τοῖς ὄφεσιν, ἀπολολύζοντες Εὐάν. Εὔαν ἐκείνην † δι' ἣν ἡ πλάνη παρηκολούθησε **, καὶ σημεῖον ὀργίων Βακχικῶν ὄφις ἐστὶ τελεσμένος. Αὐτίκα γοῦν κατὰ τὴν ἀκρίβειαν τῶν ἑβραίων φωνὴν τὸ ὄνομα τὸ Εὐιὰ †† δασυ-

crudarum carnium esu sacram agentes insaniam, & cæsarum carnium peragunt divulsionem, coronati serpentibus, ululantes Evan: Evam illam per quam error est consecutus: & signum Bacchicum Orgiorum est serpens mysteriis initiatus. Jam vero si accurate vox

 νόμε-

* Euseb. II. 3. præparat. τῶν φόρων, Arnobius *caprarum* lib. V. c. 169. *Bacchanalia etiam prætermittamus immania, quibus nomen Omophagiis Græcum est: in quibus furore mentito, & sequestrata pectoris sanitate circumplicatis Eos anguibus, atque ut Eos plenos Dei numine ac majestate doceatis, caprorum reclamantium viscera cruentatis oribus dissipatis.* Hinc ἐρίφων, in Clemente legisse Arnobium conjicit Franciscus Vigerus.

† Confer plura quibus hanc Clementis sententiam de Bacchicis εὐαζόντων sive evantium clamoribus ab Evæ historia deducendis illustrant Viri Clarissimi Nicolaus Gurtlerus in Originibus Mundi: & Laurentius Begerus in disquisitione de numis serpentiferis p. II. &c.

** Apud Eusebium additur: καὶ ὁ θάνατος ἐπηκολούθησε.

†† In libro Hebraicorum nominum T. 2. Hieronymi edit. Marcianæi p. 158. Εὐινᾶς, ὁ δείξας ὄφις, additurque nomine illo contineri numerum bestiæ 666. Nomen vero Εὔα quod Εὐα, Εβὰ, Ἔβα scriptum reperio, Moysen secuti rectius ζωὴν interpretantur Philo p. 488. & alibi, Clemens 3. Strom. p. 453. Hieronymus de nom. Ebr. Cos-

mas

νόμιμον ἑρμηνεύεται ὄφις ἢ θήλεια. ſpectetur Hebraica, nomen Hevia aſpiratum exponitur ſerpens fœmina.

XXXV. CAINI & ABELIS * Colloquium.

Geneſeos IV. 7. וַיֹּאמֶר קַיִן אֶל-הֶבֶל אָחִיו

Et dixit Cain ad Hebel fratrem ſuum.

NEque plura addit Targum Onkelos aut verſio Arabica quæ eſt in Polyglottis, nec Perſica &c.

mas Indoplevſtes V. p. 210. aliique. *Vitam & calamitatem* Eucherius lib. 2. inſtruct. At Flav. Joſephus & Epiphan. πάντων τῶν ζώντων μητέρα. Metrophanes Critopulus p. 48. Confeſſionis fidei: προειδὼς ὁ Θεὸς τὴν αὐτὴν ἐσομένην τῷ Ἀδάμῳ καὶ χαρᾶς καὶ λύπης αἰτίαν, Ἕυα ὠνόμασε. Ἔστι γὰρ τὸ μὲν εὖ ἐπίῤῥημα ἡδονῆς, τὸ δὲ αἰ ἐπίῤῥημα χειτλιασμῶ καὶ λυπης. *Cum prabiderat DEUS eandem illam Adamo & voluptatis & doloris cauſam futuram, Eva nominabit, vocabulum enim εὖ adverbium voluptatis eſt, αἰ autem adverbium miſeria & doloris.* Nomen collis in aditu Laconiæ Ἕυα apud Polybium II. 65.

* Conferre juvabit Jo. Seldenum lib. VII. de jure Nat. & gentium cap. 4. p. 844. ſeq. atque imprimis D Auguſti Pfeifferi τοῦ μακαρίτου Exercitationem de Colloquio Caini & Abelis T. I. Opp. Philologicorum, junctim editorum Ultraject. 1704. 4. pag. 513. ſeq. Omitto interpretes Geneſeos, Sallanum in Annalibus, Heideggerum in Hiſtoria Patriarcharum, Jo. Biſſelium decade prima ruinarum illuſtrium, Petrum Bælium in Dictionario Hiſtorico Critico.

&c. Maſſorethæ hunc locum referunt inter duodetriginta quas computant lacunas.

At Græca verſio LXX. Interpretum: Καὶ εἶπε Καὶν πρὸς Ἄβελ, διέλθωμεν εἰς τὸ πεδίον.

Similiter ** Samaritanus Codex: נלכה חשרה Ita & verſio Syriaca. Vetus latina apud Tertullianum adverſus Judæos, Ambroſium, Luciferum Calaritanum aliosque: *Et dixit Cain ad Habel fratrem ſuum: Eamus in campum.*

Vulgata latina vetus: *Dixitque Cain ad Abel fratrem ſuum: Egrediamur foras.*

Targum Hieroſolymitanum: *Et dixit Cain ad Habel fratrem ſuum, Veni & exeamus in agri ſuperficiem. Accidit itaque cum exiiſſent ambo ipſi ad agri ſuperficiem, reſpondit Cain & dixit ad Abelem fratrem ſuum, Non eſt judicium nec judex, nec eſt aliud ſaculum, nec dabitur merces bona juſtis, nec ultio ſumetur de improbis, neque per miſerationem creatus eſt mundus, neque per miſerationem gubernatur. Quare recepta eſt oblatio*

** Scholion Romanum ex Cyrillo Alex. παρ' ἑβδομήκοντα τῶν λοιπῶν κεῖται τὰ ῥήματα Καὶν πρὸς Ἄβελ. ἀλλ' οὐδὲ παρ' ἑβραίοις. Παρὰ δὲ τοῖς ἑβδομήκοντα κεῖται. ἔχει δὲ αὐτὰ καὶ τὸ Σαμαρειτικόν Hieronymus queſt. Hebr. in Geneſin: *Et dixit Cain ad Abel fratrem ſuum: ſubauditur, ea que locus eſt Dominus. Superfluum ergo eſt quod in Samaritanorum & noſtro volumine reperitur, tranſeamus in campum.* Noviſſime Chriſtianus Eberhardus Ottenius in prodromo Criticæ ſacræ verba ויאמר אל הבל accipienda eſſe contendit de decreto ſive conſilio ſuſcepto adverſus Abelem. ſed nullum attulit locum quo verbum אמר cum particula אל poſitum de conſilio adverſus aliquem capto Hebræis poni doceamur.

tua à te cum beneplacito, à me autem non est accepta cum beneplacito? Respondit Abel & dixit Caino: Est Judicium, & est Judex, & est aliud Seculum, & est donum mercedis bonæ justis, & ultio sumi debet ab improbis, & cum miseratione creatus est mundus, & cum miseratione gubernatur. Verum juxta fructus bonorum operum gubernatur, eo quod opera mea tuis sunt concinniora, recepta est oblatio mea à me cum beneplacito, à te vero non est recepta cum beneplacito. Fuerunt que ambo isti contendentes in superficie agri.

Targum Jonathan ben Uziel: *Et dixit Cain ad Habel fratrem suum, Veni, examus ambo nos in agrum: fuitque cum exiissent ambo ipsi in agrum, respondit Cain & dixit Habeli: Intelligo ego quod per miserationem haud creatus est mundus, nec secundum fructus operum gubernatur, & acceptio est facierum in judicio. Propter quid accepta est oblatio tua, oblatio vero mea ex me non accepta est cum beneplacito? Respondit Habel & dixit Caino: In miserationibus creatus est mundus, & secundum fructus bonorum operum gubernatur: & acceptio facierum non est in judicio, & propterea quod fuerunt fructus operum meorum meliores tuis, & pretiosiores tuis, recepta est cum beneplacito oblatio mea. Respondit Cain & dixit Abeli: Non est judicium nec judex, nec saculum aliud, nec dabitur merces bonæ justis, nec ultio sumetur de improbis. Respondit Habel & dixit Caino: Est judicium & judex, & est saculum aliud, & dabitur merces bonæ justis, & ultio sumetur de improbis. Et propter harum rerum causam contendebant super facies agri.*

Philo

Philo Judæus libro quod deterius potiori insidiari soleat, sub initium p. 20.

Ὃ βέλεται Καΐν, τοιόνδε ἐστίν. ἐκ προκλήσεως τὸν Ἄβελ εἰς συζήτησιν ἀγαγὼν εἰκόσι καὶ πιθανοῖς σοφίσμασιν ἑλεῖν ἀνὰ κράτος. Τὸ γὰρ πεδίον εἰς ὃ προὐτρέπετο ἀγαγεῖν, σημεῖον ἀμίλλης καὶ διαμάχης εἶναί φαμεν.

Quod Cain sibi voluit tale est. Provocatum Abelem ad disputationem induxit, ut verisimilibus probabilibusque sophismatibus eum expugnatum caperet. Campum enim in quem vocatur, signum certaminis ac pugnæ dicimus.

Et aliquibus interjectis p. 125.

Ὁ μὲν γὰρ Ἄβελ ἀναφέρων ἐπὶ Θεὸν πάντα, φιλόθεον δόγμα, ὁ δὲ Καΐν ἐφ' ἑαυτὸν, κτῆσις γὰρ ἑρμηνεύεται, φίλαυτον. —— Ὁ τοίνυν Ἄβελ τέχνας μὲν λόγων οὐκ ἔμαθεν, διανοίᾳ δὲ μόνῃ τὸ καλὸν οἶδεν, ὃ χάριν τὴν εἰς τὸ πεδίον ἄφιξιν ἐχρῆν ἀποδοκιμάσαι, καὶ τὴν δυσμενῆ προκλήσεως ἀλογῆσαι. Ἥττης γὰρ πᾶς ὄκνος ἀμείνων.

Abelis ad DEum referentis omnia pium dogma, Caini vero sibi omnia attribuentis (Cain enim possessionem significat,) arrogans. —— Noster vero Abel artes eloquentiæ non didicit, contentus mente pernosse quæ bona sunt: ideo debuerat recusare in campum descendere, & provocationem inimici contemnere. Tergiversari enim præstat quam vinci.

Liber

Liber Cosri parte 2. sect. 14.

Propter terram Israëliticam æmulatio & invidia incidit inter Abelem & Cainum jam at initio, dum scire voluerunt uter dignus sit futurus successor Adami ejusque cor & peculium, ut hæreditate possideat terram illam & participet de rebus divinis, altero manente istar corticis rejectitii, unde postea accidit ut interficeretur.

*Liber Zenorena * fol. 8. col. 4.*

Und da sie nun waren auf dem Feld / da kriegten sich die zwey Brüder mit einander / sie sagten: Lassen wir theilen mit einander die Welt. Der ein sagt: Die Erd wo du drauf bist / das ist mein Erd / und der sagt auch also: Wo du steheſt / das ist mein Erd / und sagten also / und kriegten sich. Der eine sagt / in meinen chelec (Theil) soll stehen das Beth hammikdasch (das Heiligthum / der Tempel) und der ander sagt auch also / und kriegten sich mit einander. Denn es ist gebohren worden mit Hebel den jüngsten Sohn zwey Töchter seine Schwestern. Da sagt Kain: ich wil nehmen die übrig / ich bin einmahl ein bechor, (Erstgebohrner) und Hebel sagt / dieweil sie mit mir gebohren ist worden / da wil ich sie mir zu einem Weib nehmen. Und als sie so mit einander kriegten / da ging Hebel und wirfft Kain darnieder auf die Erd / und lag auf Kain. Da sagt Kain zu Hebel: Wir sind neiert (nur) zwey Kinder zu unsern Vater Adam, und warum wilstu mich derschlagen? Da erbarmet sich Hebel, und ließ ihn aufstehen / drumb geht der pasuk (der Text) allhie / vojakom Kain, das ist deutsch Kelomar (so viel geredt)

* De hoc libro consules Rev. Wolfii nostri Bibliothecam Hebraicam T. 1. p. 598 sq.

redt)er iſt unten gelegen und iſt aufgeſtanden. Von hinnen lernen wir / daß man ſoll keinen Böſen kein Gutes thun. Denn drumb weil ſich hat erbarmet Hebel über Cain, da gieng Cain, und was derſchlagen Hebel.

Methodius junior, CPolitanus in revelationibus c. 3. ſive libro de fine Mundi.

Sciendum eſt, quod exeuntes Adam & Eva de paradiſo virgines fuerint. Anno autem triceſimo expulſionis eorum de paradiſo genuerunt Cain primogenitum, & ſororem ejus *Calmanam*, & poſt triceſimum alium annum pepererunt Abel & ſororem ejus *Debboram*. Anno autem triceſimo centeſimo vitæ Adæ occidit Cain fratrem ſuum, & fecerunt planctum ſuper eum Adam quoque & Eva annis centum. *Similia legas in Hiſt. ſcholaſtica, ſpeculo Vincentii Bellovacenſis, Antonii ſummæ, Naucleri Chronico, Bergomatis ſupplemento & ſimilis furfuris ſcriptoribus.*

Eutychius Patriarcha Alex. T. 1. Annal. p. 15.

Cum in Dominum ſuum, Adam & Eva rebellaſſent, expulit ipſos è Paradiſo, hora nona diei Veneris in quendam è montibus Indiæ, collocatosque in terra juſſit ſobolem procreare, quo multiplicarentur & implerent terram. Congreſſus eſt ergo Adamus cum Eva, quæ cum concepiſſet, peperit puerum & puellam, puerum appellavit Cain, & puellam *Azrun*. Tum rurſus concipiente Eva ac puerum & puellam enixâ, puero nomen impoſuit Abel, puellæ *Owain* * que Græce *Lapburæ*. Cumque jam provectiores facti eſſent pue-

* Hottingerus hoc nomen legit *Abin*.

pueri, dixit Adam Evæ, ducat Kain Owain, quæ una cum Abele nata eſt: Abel autem Azrun quæ cum Kaino nata. Dixit autem Kain matri ſuæ, ducam ego ſororem meam, & ducat Abel ſororem ſuam. Quippe pulchrior erat Azrun Owaina. Quod cum audiſſet Adam, male admodum ipſum habuit, dixitque, hoc eſt contra præceptum, ut ſororem tuam gemellam ducas. Et fuit Kain agricola, Abel Paſtor ovium. Dixitque illis Adam, accipite de fructibus terræ, & de fœtu ovium, & conſcenſo montis hujus ſacri faſtigio offerte munera veſtra, deinde uxores veſtras accipietis. Attulit ergo Kain de fructibus terræ in oblationem DEO, optimos, ſelectiſſimos: Abel è primogenitis ovium ſuarum optimas & ſelectiſſimas. Interea autem dum cacumen montis aſcenderent, indidit Satanas in mentem Kaino ut fratrem ſuum Habelem occideret, ſororis ſuæ Azrun gratia. Ideoque non acceptam habuit DEUS oblationem Kaini. Quare magis in Abelem ira & æſtu commotus Kain invidit fratri ſuo, cumque de monte deſcendiſſent, in ipſum irruens ac lapide caput ejus feriens ipſum interfecit. Summo ergo mœrore affecti Adam & Eva centum annos Abelem lugebant. — — Et expulit Kainum DEus dum adhuc cœlebs eſſet, in regionem Nud. Cepit ergo Kain ſecum ſororem ſuam Azrun.

Gregorius Abulpharajus in Hiſtoria Dynaſtiarum p. 4.

Ex ſententia Mar Thudiuſi (Theodoſii) triginta annis poſtquam expulſus fuiſſet è Paradiſo, cog-

cognovit Adam Hevam, quæ Cainum & *Climiam* ſororem ejus gemellos peperit. Et poſt alios triginta, cum rurſus eam cognoviſſet, peperit Abelem & *Lebudam* ſororem ejus gemellos: deinde poſt ſeptuaginta annos alios, cupiente Adamo unum eorum connubio jungere cum ſorore gemella fratris ſui, renuit Kain, gemellam ſuam petens, ideoque munus offerens de fructibus terræ ſuæ, eo quod agricola eſſet, acceptus non eſt, ob vitæ ſuæ nequitiam, offerens autem Abel munus de primogenitis ovium ſuarum, eo quod Paſtor eſſet, ob probitatem converſationis ſuæ acceptus eſt. Fovens ergo Cain odium occultum in fratrem ſuum, ipſum fraude ſeductum interemit, deinde ſedem ſibi accepit regionem Nod, quæ extra terminos à patre ipſius genitorum fuit. Luxit autem Adam Habelem centum annos.

R. Zadok in Pirke Elieſer c. 21.

Invidia & vehemens odium intravit cor Kaini, eo quod grata fuerat oblatio Abelis: ſed & ideo, quod cum uxor gemella ejus non amplius pulchra eſſet inter fœminas, dixit: Interficiam fratrem meum Abelem ut potiar uxore ejus, juxta illud: *Et dixit Kain ad Abelem fratrem ſuum: Atque factum eſt, cum eſſent in agro.* Non in campo ſed in uxore quæ ſimilis eſt agro, ſicut dicitur homo *arbor agri* Deut. XX. 19.

Confer Archonticorum commentum, quod ex Epiphanio attuli ſupra p. 67.

XXXVI.

XXXVI. Liber Abelis de virtutibus Planetarum & omnibus rerum mundanarum virtutibus.

HErmeti ut ajunt Trismegisto volutatus, nec minus Thomæ Aquinati libro de ente & essentia. Vide Thomam Bangium in Cœlo Orientis p. 123. & Kircheri Oedipum T. 2. part. 2. p. 143. Cornelius Agrippa libro de vanitate scientiarum c. 45. *Ex horum Goëticorum anagyri profluxerunt omnes isti tenebrarum libri, quos improbata lectionis Ulpianus JCtus appellat, protinusque corrumpendos statuit. Cujusmodi primus excogitasse dicitur Zabulus quidam* (immo Diabolus) *illicitis artibus deditus, deinde Barnabas quidam Cyprius* (Barjesum credo sive Elymam intelligit Agrippa, de quo Actor. XIII. & quem innuere videtur Plinius XXX. 1. Magiam Cypriam memorans) *& hodie adhuc confictis titulis circumferuntur libri sub nominibus Adæ, Abelis, Enoch, Abrahæ & Salomonis.* Gemina habet Jo. Wierus lib. 2. de præstigiis Dæmonum cap. 3.

XXXVII. Locus & telum quo Abel interfectus.

S. Augustinus XII. 9. contra Faustum: *Occiditur Abel minor natu à fratre majore natu: occiditur Christus caput populi minoris natu à populo Judæorum minore natu: ille in campo, iste in Calvariæ loco.* Prudentius Hamartigenia præf v. 15.

Frater probatæ sanctitatis æmulus
Germana curvo colla frangit sarculo,
Mundum recentem cæde tingit impia
Sero expiandum - - -

Leon-

Leonhardus Marius ad Geneſ. IV. *De inſtrumento cædis Scriptura nihil meminit, Chryſoſtomus ξίφος, gladium nominat, Prudentius ſarculum, Irenæus IV. 67. falcem, Iſidorus in Abelis vita generatim ferrum, vulgus pictorum communiter pingit mandibulam, Abulenſis putat lapidibus fuiſſe obrutum.* Ante Toſtatum idem tradiderant Eutychius & Syncellus. Ebræi denique morſibus dilaniatum Abelem ſive narrant ſive fingunt. At Jo. Reuchlinus lib. 1. Cabbala p. 630. Prudentio ſuccinens, *cum videret*, inquit, *Abel ſibi mortem rapto de arbore ramo vel lignea clava Cainum mittantem, quam maxime lætatus eſt, ſperans ligno interfici* (ut olim in cruce CHRISTUS) *non enim tum erat ferri uſus ante ortum Thubal Cain, qui primus fuit malleator & faber in cuncta opera æris & ferri. Clava itaque lignea & prægrandi munitus, dixit Cain ad Abel fratrem ſuum* &c.

XXXVIII. Abelis cædes à Dæmone, & ſepultura à corvo monſtrata.

Pſeudo Athanaſ. ad Antiochum quæſt. 56.

Τινὸς ὅπως τότε ἀποθανόντος, πόθεν ἔμαθεν ὁ Καὶν φονεῦσαι τὸν * Ἄβελ; ὁ Διάβολος αὐτῷ

Nullo hominum adhuc tunc mortuo, à quonam Cain mortem didicit, ut ſuum interime-

H κατ'

* Abelis nomen πένθος ſive *luctum* interpretantur Clementina, Euſebius, Cedrenus, Zonaras, aliique ſonum non literas attendentes. Nam אבל luctus, ſed הבל uti Abelis nomen apud Moyſen ſcribitur, eſt *ματαιότης*, vani-

κατ' ὄναρ ὑπέδειξεν, ποίῳ τρόπῳ θανατῶσαι τὸν ἀδελφόν.

ret fratrem? Diabolus ipsum in somnis edocuit hoc, & submonstravit quonam modo fratrem occideret.

PIrcke R. Eliesеris c. 20. *Adam & uxor ejus nesciebant quid faciendum esset Abeli, quia non assueti erant sepulturæ. Venit autem illuc corvus quidam atque sumsit unum è sociis suis, quem in terra defodit & abscondidit coram illorum oculis. Dixit Adam: uti corvus, sic quoque faciam. Illico sumsit cadaver Abelis, devus, sic quoque faciam. Illico sumsit cadaver Abelis, defodit in terra & abscondidit.* Verisimilius Josephus tradit à Caino absconditum esse Abelis corpus, ut scelus similiter lateret, lib. 1. Antiqv. c. 3. τὸν νεκρὸν αὐτοῦ ποιήσας ἄφανῆ, λήσειν ὑπελάμβανεν.

XXXIX. De signo Caini, ex Observationibus meis sacris lib. III. c. 4.

Gen. IV. 15. *Appositque Dominus Caino notam.*

Josephus: καὶ σημεῖον ἐπιβαλὼν ὡς γνώριμον, ἂν εἴη, προστέταξεν ἀπιέναι.

ANtiqui pariter * recentesque Scripturæ S. Interpretes Judæi & Christiani conjecturis assequi

vanitas, vapor, ἀτμὶς. Sunt & aliæ interpretationes, ut apud Philonem ἀναφέρων ἐπὶ Θεὸν πάντα, & in interpretatione nominum Hebr. Tomo 2. Hieronymi editi à Jo. Marcianæo, Ἄβελ ἀπὸ Θεοῦ, ἢ χοϊνισμός. Adi Cotelerium ad homil. 3. Clementin. §. 42. p. 644.

* Vide sententias collectas à Lud. Capello p. 343. sq. Opp. po-

qui laborant, quodnam illud fuerit ſigni genus quô DEus Cainum inſignitum ab cæde immunem atque violentia præſtiterit. Sed tametſi cornu habuiſſet in fronte Cainus, uti Rabbinorum quidam delirant, vel perpetuo laboraſſet tremore, uti Doctores quidam priſci Eccleſiæ ſuſpicantur, vel veſte ſingulari indutus fuiſſet, uti nuperis videtur Interpretibus, ſive alia denique re præ cæteris conſpicuus fuiſſet, numquid vel homo vel beſtia inde poterat colligere Cainum non eſſe laceran-dum vel interficiendum? Aut num homines veſtibus aliis amictos beluæ minus lacerant quàm pellibus obtectos?

Igitur naſutiores alii verba Moyſis accipiunt de ſigno ſive miraculo quod coram Caino Deus ediderit, quo de immunitate ſua certior redderetur. Quam ſententiam, Carolo Cenéo Gallico ſcriptori etiam noviſſime probatam, licet non diffiteor prioribus δὶς λεγομένων veriſimiliorem eſſe, judicent tamen eruditi, an veriſimilius videri poſſit hoc ipſum fuiſſe ſignum à Deô Caino datum quod a nemine interficiendus nec interfectus fuerit Cainus. Sententiam hanc illuſtrat locus Pſalmi LXXXVI. 17. *Fac mecum ſignum in bonitate, & videant qui oderunt me, † & confundantur, quia tu*

poſtum. Joh. Gregorio c. 17. Obſervatt. T. IX. Critic. Angl. Marino Merſenno p. 1465. in ſex prima Geneſeos capita. Petro Bælio in Lexico Critico & hiſtorico Gallice edito voce *Cain*. Joh. Lomeiero parte 2. diet. genial. diſſertatione 8. quæ eſt de notis & ſtigmatibus.

† *Da Cæſar tanto te magis, ne doleant.* Martial. IV. Epigr. 27.

Domine auxiliatus es mihi, & consolatus es me. Neque enim credo fore quenquam cui ad hunc locum probetur commentum Rabbinorum de lingua coccinea in exauditionis signum albescente. Conferenda etiam loca Exod. III. 12. Es. LV. 13. Deut. XXVIII. 46. quæ consimiliter exponenda esse existimo. Huc refero & illud 1. Chron. IV. 10. ex versione Græcâ LXX. sensum: Καὶ ποιήσεις γνῶσιν τοῦ μὴ ταπεινῶσαί με Cum hæc scripsissem incidi in locum Philonis Judæi, qui eandem de Caini signo expositionem suffragio suo videtur confirmare. Verba ejus hæc sunt: μήποτ' αὐτὸ τοῦτο σημεῖόν ἐστι τῷ Καϊν τοῦ μὴ φονευθῆναι, τὸ μηδέποτε ἀναιρεθῆναι; ἀδὶ τὸ θανατον αὐτῷ διὰ πάσης νομοθεσίας διδήλωκεν. Procopius quoque Gazæus, cujus commentaria eximia in Octateuchum, Regum, Chronicorumque libros & Canticum Canticor. Græcè ex Augustanis membranis descripta cum nova versione ac præmissa Choricii de Procopio oratione funebri exspectamus à doctissimo amico ac populari nostro D. Godfrido Olearios, apud quem illa ad editionem parata ante aliquot annos evolvimus Lipsiæ in communi patria nostra, ille inquam Procopius de signo Caini ita scribit: καὶ τί ἂν εἴη σημεῖον ἕτερον ἢ τὸ βούλημά τε καὶ πρόσταγμα τοῦ Θεοῦ, μὴ συγχωρήσαντος αὐτῷ τὴν αἵρεσιν. οὐ γὰρ ἦν τῶν τοιούτων κριμάτων χωρὶς συγχωρήσεως γίνεσθαι. Michael Glycas: σημεῖον ἦν νοητέον, ἢ τὸν ὅρον αὐτὸν τοῦ Θεοῦ, ἢ τὸν τῶν μελῶν αὐτῷ κλόνον. Theodoritus quæst. 42. in Genesin: αὐτὸς ὁ τοῦ Θεοῦ ὅρος σημεῖον ἦν, κωλύων αὐτὸν ἀναιρεθῆναι, καὶ αὐτὸς ἦν τῶν μελῶν ὁ κλόνος ἐπίσημον αὐτὸ καὶ δῆλον ἐργάζετο.

XL.

XL. CAINI pœnitentia.

IN Vajikra rabba & in Jalkuth ſect. 13. traditur Cain egiſſe pœnitentiam, & propterea remiſſam illi media ex parte pœnam quam DEUS illi infligere ſtatuerat. *His importunis fabulis*, inquit Scipio Sgambatus in Archivis Vet. Teſt. p. 106. *veteres Judæi anſam dedere Cajanis bene de Caino ſentiendi.* De his infra cap. XLVII. Cæterum deſperaſſe Cainum, plerique probant ex Geneſ. IV. 13. licet fuit nuper qui verba illa ſic interpretaretur: *Major eſt iniquitas mea quam ut attollam* (faciem viz.) Vide Jo. Chriſt Ortlobii Cainum non deſperantem, ejusque vindicias. Lipſ. 1706. Alii (etiam ex Judæis) vocabulum עון non de peccato ſed de pœna, quam DEUS Caino comminatus, fuerat accipiunt. Sic e Chriſtianis præter alios Bernardinus Ochinus lib 1. dialog. p. 395. & Jo. Erneſtus Busmannus in Obſervationibus ſacris Helmſt. 1668. §. 5.

XLI. Cainus repertor menſurarum ponderum &c.

Flav. Joſephus lib. 1. *c.* 2.

Πολλὴν δ' ἐπελθὼν γῆν ἱδρύεται μετὰ τ γυναικὸς * Καΐς, Ναΐδα, τό-	Multam peragrans terram cum ſua uxore Cain collocatur in loco

* Qui aliis Καΐν, Joſepho Καΐς, & generandi caſu Καΐϑ, Nomen varie interpretantur veteres, ζῆλον XI. 6. Euſebius præparat. p. 518. Cedrenus aliiq; Eucherius & Hieronymus *Lamentationem*, pro quo Græcum nominum Hebr. Lexi-

con

πον ὅτω καλούμενον, ᾗ αὐτόθι ποιεῖται τὴν κατοίκησιν, ἔνθ' αὐτῷ καὶ παῖδες ἐγένοντο. οὐκ ἐπὶ νουθεσίᾳ ἢ τὴν κόλασιν ἔλαβεν, ἀλλ' ἐπ' αὐξήσει τ κακίας. Ἡδονὴν μᾶλλον πᾶσαν ἐκπόριζων αὐτῷ τῷ σώματι, κἂν μὲν ὕβρεως τῶν συνόντων δέοι ταύτην ἔχειν. αὔξων ἢ τὸν οἶκον πλήθει χρημάτων ἐξ ἁρπαγῆς καὶ βίας, πρὸς ἡδονὴν τε καὶ λῃστείαν τοὺς ἐντυγχάνοντας ἑαυτῷ καλῶν, διδάσκαλος αὐτοῖς πονηρῶν ὑπῆρχεν ἐπιτηδευμάτων. Καὶ τὴν μὲν πραγμοσύνην μὲν ἡ πρότερον συνέζων οἱ ἄνθρωποι, μέτρων ἐπινοίᾳ καὶ σταθμῶν μεθεσήσατο, ἀνίσαιον αὐτοῖς ὄντα τὸν βίον ἐκ τ τούτων ἀμαθίας, καὶ τὸ μεγαλόψυχον εἰς πανουργίαν ἐξαγαγών, ἄρας τε γῆς πρῶτος ἔθετο, καὶ πόλιν ἐδείματο,

qui Naida nuncupatur, ibique moratus est. quo ei etiam filii nati sunt. At vero pœnam illam non habuit pro emendatione, sed crementum ad libidinem suo potius nutrivit in corpore, licet cum injuria secum commorantium hanc haberet, augens domum multitudine opum ex rapinis & violentia congestarum, ad luxuriam quoque & latrocinia suos familiares invitans, quorum doctor in scelestis studiis erat. Et simplicitatem quidem, cum qua prius vivebant homines, adinventione mensurarum & ponderum permutavit, integramque eorum vitam ex earum rerum ignorantia, atque magnanimum ad callidtatem corruptionem-

καὶ

con habet ζηλοτυπίαν. Plerique cum Philone & Josepho κτῆσιν sive cum alio Lexico nominum Hebr. κτῆμα *possessionem* reddunt, est enim קנין ac si Κτησιαν vel Ἐπίκτητον dicas, ut notatum Bocharto 1. Hierozoic. p. 537.

καὶ τείχεσιν ὠχύρωσεν, εἰς ταυτὸ συνελθεῖν τοὺς οἰκείους καταναγκάσας. Καὶ τὴν πόλιν ταύτην ὑπὸ Ἀνώχου τοῦ πρεσβυτάτου παιδὸς Ἀνώχαν ἐκάλεσεν.

que perduxit, Terminos terræ primus posuit, civitatemq; constituit, murisque munivit, illicque suos coëgit convenire domesticos. Hanc vero civitatem ab Enoch filio suo seniore Enocham appellavit.

Excerpta Chronologica cum Jo. Malala edita p. 2.

Ὁ δὲ Καὶν γεωργὸς τυγχάνων καὶ μετὰ τὴν καταδίκην χειρόνως βιώσας, πρῶτος μέτρα καὶ σάθμια καὶ γῆς ὅρους ἐπενόησεν. Εἶτα κτίσας ἐν γῇ Ναὶδ πόλιν κατέναντι Ἐδέμ, ἐπωνόμασεν αὐτὴν εἰς ὄνομα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἐνώχ, καὶ εἰς ἓν συνελθεῖν τοὺς οἰκείους αὐτοῦ ἀναγκάσας εἰς πολέμους ἑαυτὸν ἀπηχόλει.

Cain agriculturæ intentus erat, post condemnationem vero deterior factus, mensuras, pondera & limites primus excogitavit. Urbe deinde in terra Naid è regione Eden exstructa Enoch à filii sui nomine vocavit eam, coactisque in unum suis omnibus, bellis operam dedit.

XLII. De Caini morte, *ex parva Genesi apud Georg. Syncellum p.* 11.

Τῷ ἐνενηκοστῷ τριακοστῷ ἔτει Ἀδὰμ ἐκοιμήθη, κα-

Anno nongentesimo tricesimo Adamus reli-

ταλείψας ἄῤῥενας υἱὰς τριάκοντα τρεῖς, καὶ θυγατέρας εἴκοσι τρεῖς. Οὗτος ἡγεμόνευσε ἔτη γένους τῶν ἀνθρώπων τὰ ὅλα τῆς ζωῆς αὐτοῦ ἔτη. Τῷ αὐτῷ ἐννεακοσίῳ τριακοστῷ ἔτει καὶ Καὶν ἀπέθανεν, ἐμπεσόντος ἐπ' αὐτὸν τοῦ οἴκου. Λίθοις γὰρ καὶ αὐτὸς τὸν Ἄβελ ἀνεῖλεν. Πληρωθέντος οὖν μετὰ θάνατον τοῦ Ἀδὰμ, τέθνηκεν.

Etis filiis triginta tribus, filiabus viginti tribus obdormivit. Hic cunctis vitæ ſuæ annis humani generis imperium geſsit. Eodem anno nongenteſimo triceſimo Cain ruina domus in eum lapſa interiit. Lapidibus enim fratrem Abel confecerat. Anno itaque poſt Adami mortem evoluto mortuus eſt.

Eadem habet Georgius Cedrenus p. 8.

Excerpta Chronologica cum Johanne Malala edita p. 2.

Καθ' ἃ δὲ ταῦτα ὑπὸ τῆς οἰκείας ἐπ' αὐτὸν πεσούσης ἀπέθανεν, ὡς ἔνιοι Φασίν. Ἕτεροι δὲ ὅτι Λαμὲχ αὐτὸν ἀπέκτεινεν.

Ædium deinde ruina oppreſſum periiſſe Cainum volunt non nulli: alii vero à Lamecho eum perhibent interemtum.

Michaël Glycas in Annalibus p. 118.

Ὁ μὲν Γεώργιος οἰκτρῷ θανάτῳ τελευτῆσαι τὸν Καὶν φησίν. Ὁ δὲ ἱερὸς Μεθόδιος Παλαίων φησὶν

Georgius memoriæ prodit Cainum miſerabili morte periiſſe. Sanctus vero Methodius

ὅτι

ὅτι Λαμὲχ * φονέυσας τὸν Καῒν κατ' ἄγνοιαν, ἦν τυφλὸς γὰρ ἦν, θανάτῳ παρέδωκεν, ὅπερ ἀπίθανον.

Patarensis ait Lamechum utpote cœcum per ignorationem Caino necem attulisse, non

* Lamechus Cainum interfeciſſe traditus eſt jampridem à multis, qui ita acceperunt locum Geneſ. IV. 23. ex quo tamen id neutiquam colligas. Ajunt vero Cainum inter denſa arbuſta conſidentem trajectum eſſe à Lamecho imprudente, qui feram ſe venari exiſtimabat. Vide Hottingeri Hiſt. Or. p 224. Et quoniam Lamechum ſeptima ab Adamo generatione vixiſſe obſervant, hoc ajunt eſſe quod v. 15. & 24. legitur Cainum vindicandum שבעתים *ſepties*, h. e. pœnas ſui ſceleris daturum ſeptima generatione. *Majorum noſtrorum*, inquit Hieronymus Epiſt. 125. ad Damaſum, *iſta ſententia eſt, quod putent in ſeptima generatione à Lamech interfectum Cain.* Iſidorus VII. 6. Origg. Lamechi nomen notat ſignificare percutientem, *ipſe enim percuſſit & interfecit Cain.* Confer ſi placet quæ collegerunt Jo. Philippus Pfeiferus & Jo. Guil. Hilligerus in Exercitationibus de Homicidio Lamechi. Non deſunt tamen quibus Lamechi, bigami primi, verba nihil aliud ſonare videntur quam thraſonicam ad uxores jactationem in hanc ſententiam.

O Tſilla & Ada, audite ſermonem meum,
Vocem meam attendite Lamechi conjuges.
Pugni vel uno vulnere occidam virum,
Meoque juvenem tumice confoſſum dabo.
Si vindicatur ſeptuplo Cain, Lamech
Se vindicabit ſepties ſeptuagies.

Lamechum ſempiternis flammis addixit olim Eulogius Alex. apud Photium Cod. 280. p. 878. aliis pœnitentiam egiſſe & veniam conſecutum affirmantibus. Ὁ ἀρχιερεὺς Εὐλόγιος τὸν Λαμὲχ ἀπολωλέναι φησίν. Οἱ δὲ πλεῖστοι τῶν πατέρων διὰ τὴν ἐπαγγελίας καὶ μετανοίας συγγνώμην εὑρεῖν τε ἀμαρτηθέντος αὐτὸν ἀπαγγέλλουσιν.

νον. Τίς γὰρ εἰδεν εἴπερ ὁ Καΐν διεξέλει ζῶν κατὰ τὰς χρόνους τ̃ Λαμέχ. Ἄδηλον τοῦτο ἦν, ὅτι τῶν ἀπὸ τ̃ Καΐν οὐκ ἀναγράφει Μωυσῆς, ὥσπερ δὴ τῶν ἀπὸ τ̃ Σήθ. Ἄλλως τε καὶ σημεῖον τ̃ Θεοῦ δόντος τῷ Καΐν τ̃ μὴ ἀναιρεθῆναι, πῶς ἀνηρέθη λοιπόν;

quod ſane fidem mereri nequit. Nam quis obſecro ſcire poteſt num Cainus adhuc Lamechi temporibus ſuperſtes fuerit? Certi nihil ſtatui de hoc poteſt, cum annos poſterorum Caini Moyſes ita memoriæ non prodiderit ut oriundorum Setho: ne dicam Deum Caino quandam appoſuiſſe notam ne à quoquam necaretur. Quomodo igitur dici poteſt quod interemtus fuerit?

Bereſchit Rabba: *Et interfecit eum*) *Quonam inſtrumento interfecit eum? Rabban Simeon Gamalielis filius ait, arundine eum interfecit, quia dictum eſt: adoleſcentulum occidi in tumorem liventem meum. Id quod locutus eſt, quia tumorem liventem induxerat. Doctores autem noſtri ajunt quod lapide occiderit eum, quia dictum eſt, Virum occidi in vulnus meum, indicans quod vulnera induxerit.*

Quod Medicis Doctoribus recens creatis ſolenni ritu acclamari conſuevit, *Vade & occide Cain*, de quo varia & jucunda vir ingenioſus Paulus Ammannus: illius dicti ni fallor hæc fuit ſententia, ut monerentur caute agere, cogitarentq; necem eorum quos culpa ſua occidiſſent ſepties vindicandam.

XLIII.

XLIII. Septem Caini peccata. Cainus ſeptupliciter puniendus.

MIra ſunt quæ ad locum Geneſ. IV. 15. *Omnis qui Cainum occiderit, ſeptuplum punietur*, veteres quidam commentantur. Cosmas Indopleuſtes lib. V. Cosmographiæ p. 212. hanc putat eſſe verborum illorum ſententiam: *Quisquis occiderit Cainum, ſeptem ultiones ſolvet, hoc eſt pluribus malis & calamitatibus quibus per vitam objectus eſt eum liberabit.* Πᾶς ὁ ἀποκτείνας, ἑπτὰ ἐκδικήματα τῶ Καὶν λύει, ἵνα εἴπῃ, πολλὰς τιμωρίας ἀφαιρεῖται ἀπ' αὐτοῦ, καὶ τῶ Καὶν λύει αὐτοῦ τὴν κόλασιν πᾶς ὁ ἀποκτείνων αὐτόν. In excerptis vero Chronologicis Jo. Malalæ præmiſſis p. 2. verba divelluntur, & Καὶν non in accuſandi ſed nominandi caſu accipitur hanc in ſententiam: *Omnis homicida punietur, Cainus ſeptuplum.*

Τὸ τοίνυν πᾶς ὁ ἀποκτείνας Καὶν ἑπτὰ ἐκδικήματα τῶ Καὶν λύσει, τοιαύτην ἔχει τὴν λύσιν. Ἕκαστος μὲν τῶ ἑαυτοῦ ἁμαρτήματι ἀποθανεῖται, σὺ δὲ ὁ τὸν φόνον καταρξας καὶ τοῖς ἄλλοις ἐφηγητὴς τοῦ ἁμαρτήματος γενόμενος, ἑπτὰ ἐκδικήματα τῶ Καὶν λύσεις, τουτέστι ἑπταπλασίους τιμωρηθήσῃ καὶ πάμπολλα. Σύνηθες γὰρ τῇ γραφῇ τὸν ἀριθμὸν τοῦτον ἑπταπλα-

Illud vero, *omnis qui occiderit Cain ſeptuplum punietur*, hoc modo intelligendum eſt. Unusquisque (*homicida*) pro peccato ſuo morietur, Tu vero qui homicidium primus patraſti, aliisque hujus ſceleris auctor primus extitiſti, ſeptuplum punieris, id eſt ſeptemplices gravesque dabis pœnas. Scripturis enim ſolenne eſt numerum

σίονα κεχρῆσθαι, ϗ ἔστιν ἀδιορίστου πλήθους σημαντικόν — — Ἐν μὲν δὲ τοῖς ἀνθρωπ τοῦ Καΐν τελουμενμένοις, α ἁμαρτήματα φθόνος, β δόλος, γ φόνος, δ ὅτι ἀδελφῷ, ε ὅτι πρωτος φόνος, ϛ ὅτι γονεῦσι πένθος ἐποίησεν, ζ ὅτι Θεῷ ἐψεύσατο. Ταῦτα μὲν τὰ ἑπτὰ Καΐν ζ ἁμαρτήματα. Αἱ δὲ εἰς κόλασιν αὐτοῦ ἀπὸ τῆς θείας δίκης ἐπενεχθεῖσαι τιμωρίαι εἰσὶν αὗται· α ἐπικατάρατος ἡ γῆ ἀπό σου. β ἐργᾷ τὴν γῆν, γ οὐ προσθήσει τοῦ δοῦναι σοι τὴν ἰσχὺν αὐτῆς. δ στένων καὶ τρέμων μετὰ τοῦ ἐ ὀμοῦ, ἔσῃ ἐπὶ τῆς γῆς. ϛ ἣν αὐτὸς ἀπεκάλυψεν ὁ Καΐν εἰπών, εἰ ἐκβάλλῃς με νῦν ἀπὸ σου, καὶ ἀπὸ προσώπου σου κρυβήσομαι. ζ τὸ μηδὲ κρύπτεσθαι τὴν τιμωρίαν, ἀλλὰ σημείῳ προδήλῳ πᾶσι δηλοποιεῖσθαι. Ἔθετο γάρ, φησι, Κύριος ὁ Θεὸς τῷ Καΐν σημεῖον οὐ μὴ ἀνελεῖν αὐτὸν

hunc pro multiplici ponere, indefiniti enim numeri nota est ——— In facinore vero hoc à Caino perpetrato peccatum 1. erat invidia, 2. fraus, 3. homicidium, 4. quod in fratrem * commissum est, 5. quod homicidium primum erat, 6. quod parentes luctu affecit. 7. Quod DEO mentitus est. Hæc quidem septem sunt Caini peccata. Pœnæ vero quibus à justitia divina castigatus est, sunt istæ: 1. Maledicta terra propter te. 2. Operaberis terram. 3. Non dabit tibi vires suas. 4. Gemebundus & pavefactus simul, 5. eris super terram. Sexta pœna quam Cainus ipse indicavit his verbis: si ejeceris me à te, & à facie tua abscondar. 7. Quod nec occulta fuit hæc pœna, sed signo notabili omnibus manifestata, dictum

τὸν

* Si Calvinum audias, frater gemellus Caini Abel fuit.

τὸν πάντα τὸν ἐφίστανται αὐτόν.

enim eſt: *Poſuitque Dominus in Cain ſignum, ut non interficeret eum omnis qui invenisſet.*

XLIV. Adami filiæ Norea ſive Horea, Save, Aſuam &c.

S. Irenæus lib. 1. c. 34. portentoſa Gnoſticorum de primis hominibus commenta referens, p. 110. edit. Renati Maſſueti.

ZElantem autem Jaldabaoth voluiſſe excogitare evacuare hominem per fœminam, & de ſua Enthymeſi eduxiſſe fœminam, quam illa Prunicos * ſuſcipiens inviſibiliter evacuavit à virtute. Reliquos ajunt venientes & mirantes formoſitatem ejus vocaſſe eam Evam, & concupiſcentes hanc, generaſſe ex ea ſibi filios, quos angelos eſſe dicunt. Mater autem ipſorum argumentata eſt per ſerpentem ſeducere Evam & Adam, ſupergredi præceptum Jaldabaoth. Eva autem quaſi à filio Dei hoc audiens facilè credidit, & Adam ſvaſit manducare de arbore, de qua dixerat Deus non manducare. Prunicum autem videntem, quoniam & per ſuum plasma victi ſunt, valde gratulatam & rurſum exclamaſſe, quoniam, cum eſſet pater incorruptibilis, olim hîc ſemetipſum vocans patrem mentitus eſt, & cum homo olim eſſet & prima fœmina, & hæc adulterans peccavit. Jaldabaoth autem propter eam quæ circa eum erat oblivionem, ne quidem intendentem ad hæc, projeciſſe Adam & Evam de paradiſo, quo-

* Sophia Gnoſticorum, uti Jaldabaoth primus eorum Angelus.

quoniam transgressi erant præceptum ejus. Voluisse enim filios ei ex Eva generari, & non adeptum esse, quoniam mater sua in omnibus contrairet ei, & latenter evacuans Adam & Evam ab humectatione luminis, uti neq; maledictionem participaret, neque opprobrium, is qui esset à principalitate spiritus. Sic quoque vacuus à divina substantia factos, maledictos esse ab eo, & dejectos à Cœlo in hunc mundum docent. Sed & serpentem adversus patrem operantem dejectum ab eo in deorsum mundum: in potestatem autem suam redigentem angelos qui hic sunt, & ipsum sex filios generasse, septimo ipso existente ad imitationem ejus quæ circa patrem est hebdomadis. Et hos septem dæmonas mundiales esse dicunt, adversantes & resistentes semper generi humano, quoniam propter eos pater illorum projectus est deorsum. Adam autem & Evam prius quidem habuisse levia & clara, & velut spiritualia corpora, quemadmodum & plasmati sunt: venientes autem huc demutasse in obscurius, pinguius & pigrius. Sed & animam dissolutam & languidam, quippe à factore tantummodo insufflationem mundialem habentes, quoadusque iterum Prunicos miserata eorum, reddidit eis odorem suavitatis humectationis luminis, per quam in commemorationem venerunt suam ipsorum, & cognoverunt seipsos nudos, & corporis materiam, & cognoverunt quoniam mortem bajulant. & magnanimes extiterunt, cognoscentes quoniam ad tempus corpus circundatum est eis: & escas quoque invenisse eos præeunte eis Sophia, & satiatos coisse invicem carnaliter

liter & generaſſe Cain, quem & dejectibilis ſerpens cum filiis ſtatim ſuſpiciens evertit,& adimplevit mundiali oblivione, ſtultitia & audacia, immittens ita, ut & dum fratrem ſuum Abel occideret, primus zelum & mortem oſtenderit: poſt quos ſecundum providentiam Prunici dicunt generatum Seth, poſt *Noream*, * ex quibus reliquam multitudinem hominum generatam dicunt, & ab inferiori hebdomade in omnem malitiam immiſſam, & apoſtaſiam ſuperiorem ſanctæ hebdomadæ & idololatriam, & reliquam univerſam contemptionem, cum contraria eis eſſet ſemper mater inviſibiliter, & proprium ſalvaret, hoc eſt; humectationem luminis. Sanctam autem hebdomadam, ſeptem ſtellas, quas dicunt planetas, eſſe volunt, & projectibilem ſerpentem duo habere nomina. Michael & Samael dicunt. Iratum autem Jaldabaoth hominibus quoniam eum non colebant, neque honorificabant, quaſi patrem & Deum, diluvium eis immiſiſſe, ut omnes ſimul perderet.

S. Epi-

* De Norea Noachi uxore, infra ſuo loco. Cæterum hanc Ireneæi Noream ſuſpicor eandem eſſe quæ in Epiphanio ὡραία appellatur hæreſi XXXIX. Sethianorum cap. 5. γυναῖκά τινα Ὡραίαν λέγουσιν εἶναι τοῦ Σήθ —— εἰσὶ μὲν δὲ ἄλλαί τινες αἱρέσεις αἵτινες δύναμίν τινα εἶναι λέγουσιν, ἣν καλοῦσιν ὀνομαστικῶς Ὡραίαν. Τὴν παρ' ἄλλοις τοίνυν νομιζομένην δύναμιν Ὡραιάνδε καλουμένην ὅτι γυναῖκα τοῦ Σήθ λέγουσιν. *Uxorem Sethi Noream nescio quam nominatim vocant —— Sunt & alie hereſes quedam, que vim quandam eſſe ſtatuunt que Norea nominetur. Hi vero vjumodi Noream nomine, Sethi conjugem extitiſſe prædicant.*

S. Epiphanius Hæresi XXXIX. Sethianorum c. 6.

Ὁς ἦ ἐν τοῖς Ἰωβηλαίοις ἐυρίσκεται, τῇ καὶ λεπτογενέσει καλουμένῃ, ἐν ᾗ τὰ ὀνόματα τῶν γυναικῶν τοῦτε Καὶν καὶ ἔ. Σὴθ ἡ βίβλος ἐπεῖχε, ἵνα καλὰ παίγια τρόπον ἔτοι καλαισχυνθῶσιν, οἱ τὰς μύθας τῷ βίῳ ραψῳδήσαντες. Τοῦ γὰρ Ἀδὰμ γεννήσαντος υἱὰς καὶ θυγατέρας, ἀνάγκη γέγονε κατ' ἐκεῖνο καιρὸν ἀδελφαῖς ταῖς ἰδίαις συναφθῆναι τοὺς παῖδας. ὃ γὰρ ἦν θεσμὸν τὸ τοιοῦτον, ἐπεὶ μηδὲν ἕτερον γένος ἦν. Καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ὁ Ἀδὰμ τῇ ἰδίᾳ θυγατρὶ κεδὸν, ἐκ τοῦ σώματος αὐτοῦ πλασθείσῃ συνήφθη, καὶ οὐκ ἦν θεσμόν. οὔτε τοῦτο μοὶ συνήφθησαν ὁ μὲν Καὶν τῇ ἀδελφῇ τῇ μείζονι Σαυήν, ἥτω καλουμένῃ, ὁ δὲ Σὴθ τρίτος μετὰ τὸν Ἄβελ γεννηθεὶς, τῇ λεγομένῃ αὐτοῦ ἀδελφῇ Ἀζουρᾶ.

Extant in Jubilæis, qui liber Geneſis parva dicitur, uxorum Caini Sethique nomina, ut qui confictas illas fabulas in hominum vitam invexerunt, pudore omnino ſuffundantur. Etenim cum Adamus utriusque ſexus liberos ſuſcepiſſet, neceſſe per illa tempora fuit, ut filii matrimonia cum ſororibus inirent. Neque id erat interdictum, propterea quod genus aliud erat hominum nullum. Quin etiam Adamus ipſe cum ſua, ut ita dicam, filia conjugio ſociatus eſt, quam de ejus corpore Deus effinxerat, nefas enim illud non erat. Et ex illius liberis Cainus ſororem natu majorem duxit, *Saven* nomine. Sethus porro, Adami filiorum tertius poſt Abelem *

Γεγό-

* Antequam connubio jungeretur interfectum. Hinc paſſim Abel veteribus *Virgo*, ut Cosmæ Indopleuſtæ lib. V. p. 212.

Γεγόνασι ὴ τῷ Ἀδὰμ καὶ ἄλλοι υἱοὶ, ὡς ἡ λεπτὴ γένεσις φυλάσσει, ἐννέα μετὰ τοὺς τρεῖς τούτους, ὡς εἶναι αὐτῷ δύο μὲν θυγατέρας. ἄῤῥενας ὴ δεκαδύο, ἕνα μὲν ἀποκταν θέντα, ἕνδεκα ὴ φυλειφθέντας τῷ βίῳ. Ἔχεις ὴ καὶ τούτων τὴν ἔμφασιν ἐν τῇ Γενέσει τοῦ κόσμου, καὶ πρώτῃ βίβλῳ τοῦ Μωυσῆ ὕτω φασκούσῃ, καὶ ἔζησεν Ἀδὰμ ἔτη ἐννακόσια τριάκοντα, καὶ ἐγέννησεν υἱοὺς καὶ θυγατέρας, καὶ ἀπέθανε.

genitus cum alia sorore *Azura* conjunctus est. Fuerunt & alii Adamo liberi ut in parva illa Genesi scriptum est, novem scilicet secundum priores illos tres: ut in totum filias duas, mares duodecim susceperit, è quibus occisus unus, undecim superstites relicti sunt. Quæ omnia in Mundi Originibus ac primo Moysis volumine his verbis significantur: *Et vixit Adam annis DCCCC XXX. & genuit filios & filias, & mortuus est.* Gen. V. 4.

Joel in limine Chronographiæ:

Ὁ μὲν Καὶν ἔλαβε γυναῖκα τὴν πρώτην αὐτοῦ ἀδελφὴν Ἄζουραν, ὁ ὴ Σὴθ τὴν δευτέραν Ἀσουὰμ, ὁ ὴ Ἄβελ παρθένον καὶ δικαίαν ὑπῆρχεν. Ὁ δὲ Καὶν τῇ οἰκείᾳ αὐτῷ πεσόντος ἀπέθανεν.

Cainus majorem sororem *Azuram*, Sethus minorem *Asuamam* uxorem duxit. Abelus virgo justitiam colebat. Cainus propriæ domus ruina emoritur.

XLV. Filius Adami Rocail, ejusque ultima verba. Filius alter Abdal Hareth.

Bartholomæus Herbelotus in Bibliotheca Orientali p. 716.

ROcail, ben Adam ſelon la tradition fabuleuſe des Muſulmans etoit le frere puisné du Patriarche Seth, & poſſedoit les ſciences les plus élevées & les plus cachées. Il étoit doné d'un eſprit ſi vif & ſi penetrant, qu'il paroiſſoit tenir plus de l'Ange que de l'homme. Surkhrage, qui étoit un puiſſant Div, ou Geant, vivoit en ce temps-là, & commandoit abſolument dans toute l'étenduë du mont Caf, que les Muſulmans croyent étre une chaine oú ceinture de montagnes qui entourent toute la terre. Ce Geant pria Seth de lui envoyer Rocail ſon frere, pour l'aider à gouverner ſes Etats, & pour tenir bride ſes ſujets. Seth luy accorda ſa demande, & Rocail devint auſſi le Vizir ou premier miniſtre de Surkhrage dans la Montagne Caf, ou aprés avoir gouverné pendant pluſieurs années ou ſiecles, & connoiſſant ou par revelation divine ou par les principes des ſciences ſecretes qu'il poſſedoit, que le temps de ſa mort approchoit, il parla à Surkhrage en ces termes : *Je ſuis ſur le point de paſſer en l'autre vie. Mais avant de vous quitter, je veux vous laiſſer quelque ouvrage inſigne de mes mains, dont la memoire ſe conſerve, & me faſſe vivre long temps aprés ma mort.* L'effet ſuivit ces paroles, car Rocail fit bâtir un palais, & un

& un ſepulchre d'une ſtructure ſi magnifique & avec tant d'artifice, que l'on y voyoit un tres grand nombre de ſtatues de differens metaux, faites par Art Talismanique, leſquelles operoient par des reſſorts ſecrets, ce que tout le monde auroit crû ſe faire par des hommes vivans.

De altero filio Adami Abdal Hareth *vide quæ Hottingerus in loco allato ſupra cap. XXXI. p.* 100.

XLVI Cainus Græcorum Caunus.

GUilelmus Bonjour Ordinis Eremitarum S. Auguſtini in dialogis ad Hiſtoriam ſacram primæ Mundi ætatis Romæ A. 1705. 4. editis dialogo ſecundo per capita ſedecim comparationem inſtituit inter Cainum Adami filium & Caunum Græcorum. Primo ait, *Cain* adhibita terminatione Græca eſſe & Καυὶς & Καυεὺς & Καυὸς. Secundo, *Cainum* eſſe *Caunum*; ſicut פַּעוּ *Pau*, (civitas in qua regnavit Adar Rex Edom, Gen. XXXVI. 39.) ſit פַּעִי *Pai*, 1. Paral. I, 50. quia literæ *Jod* & *Vau* invicem facile commutentur. Tertio, uſu evenire in lingua Hebraica, ut haſta dicatur קַיִן *Cain*, & in proverbii conſuetudinem veniſſe τὸ Καυέως δόρυ, *Cainei haſtam*. Quarto obſervat, quod Heva conceperit & pepererit Cain dicens: *poſſedi Hominem per Deum*. Geneſ. IV, 1. In textu vero Hebraico legi אֵת יְהוָה *eth-Jahò veleth adonai*, hoc eſt *a Domino*, quod alio modo diceretur מֵאֵל *meel*, hoc eſt, *a Deo*, juxta loquendi genus, quod eodem in libro cap. XLIX. v. 25. reperiatur; אֵל ſcilicet eſſe unum ex Hebraicis

Dei nominibus. Ab *El* esse *Elatum*, à quo procreatus sit *Caineus*: à *Meel* esse *Miletum* seu *Melatum*, ex quo *Caunus* natus sit. Accedere addit, quod Hebraicum nomen אלה *Eloah* Chaldæis sit אלה *Elah*, unde divinitas dicatur אלהות *Elahuth*, & a *Divinitate* מאלהות *Meelahuth*. Quinto notat, *Cain* duxisse sororem in uxorem. Sororem בבעול *Ribol*, hoc est, *in coniugando*, esse sororem ductam in matrimonio. A *Ribol* esse *Biblis*, per Syncopen *Biblis*, quæ fuerit soror, cujus amore captus est *Caunus*. Sexto, *Cainum* fuisse agricolam: *Caineum* incumbentem ad arationes, erecto pede terram fidisse. Septimo, impie se gerentem *Cainum* in muneribus, quæ offerebat, repudiatum esse a Deo, quasi sacrificium non faceret, quasi non adhiberet ipsi preces. Hinc iram, hinc livorem, hinc pugnam adversus fratrem fuisse ortam, cujus munera grata & accepta Deus habuerit. *Caineum* secundum fabulam neque Diis sacrificasse, neque illis adhibuisse preces, sed suæ hastæ; quod ideo dictum sit, quia hasta fuerit signum hieroglyphicum principii pugnæ. Octavo, *Cainum* contendisse cum Abele: *Caineum* cum Apolline. Nono, *Cainum* fuisse maledictum super terram, seu maledictum a terra, ut sit in textu Hebraico: & fabulam inducere Centauros, sive percussores a Jove missos, qui *Cainei* membra per terram vexent, obterant, & contundant. Decimo, *posuisse Dominum Cain signum, ut non interficeret eum omnis, qui invenisset eum*; & *Deum aquoris alti* dedisse *Caineo*

super

- - - ſuper ne ſaucius ullis
Vulneribus fieri, ferrove occumbere poſſet.

Undecimo, *egreſſum Cain a facie Domini habitaſſe profugum in terra - - & ædificaſſe civitatem:* urbem condidiſſe *Caineum* ſive *Caunum* peregrinatum procul a patria terra. Duodecimo, ante conditam a *Caino* civitatem homines fuſos per agros ac diſperſos fuiſſe, cum ea fuerit omnium urbium prima: regionem, in qua *Caunus* ædificaverit civitatem, fuiſſe primum a Lelegibus, hoc eſt, hominibus erraticis inhabitatam. Decimo tertio, *Hanochum* terminatione Græca Ανωχαῖον & per ſyncopen Αγχαῖον, eſſe illum *Caini* filium, qui principatum obtinuerit in condita primis orbis Lelegibus civitate: principem Lelegum haberi Αγχαῖον, ejusque originem referri ad Neptunum, quem fabula copulaverit cum *Caine* velut cum muliere, quæ Neptuni beneficio in virum, Caineum nomine, ſit mutata. Decimo quarto, Hebræis vocantibus urbem matrem, proclive fuiſſe celebrare antiquam civitatem *Hanoch* velut Hanochii ſeu Hanchæi matrem: Αρυπαλαῖα enim, Hebræus inquit, hoc eſt, *urbs antiqua*, ferebatur mater *Ancæi.* Decimo quinto, Hanochæum Cainitam exhibere Υπερήνωρα fabulæ Cadmeæ: Αγχαῖον ὑπέρβιον eſſe Αγχαῖον ὑπερήνωρα, ſicut & Αγχαῖον κορωνόν, Coronum vero filium eſſe *Cainei.* Decimo ſexto, Hanochæum, filium agricolæ, facile in patris veſtigia incucurriſſe: Ancæum fuiſſe Φιλογέωργον amantem agriculturæ.

νον. Τίς γὰρ εἰδεν εἴπερ ὁ Καῒν διεξέλει ζῶν κατὰ τὰς χρόνους τ̃ Λαμέχ. Ἄδηλον τ̃το ἦν, ὅτι τῶν ἀπὸ τ̃ Καῒν ὄκ ἀναγράφει Μωυσῆς, ὥσπερ δὴ τῶν ἀπὸ τ̃ Σήθ. Ἄλλως τε κὰι σημεῖον τ̃ Θεὸ δόντ@ τῷ Καῒν τ̃ μὴ ἀναιρεθῆναι, πῶς ἀνηρέθη λοιπόν;

quod ſane fidem mereri nequit. Nam quis obſecro ſcire poteſt num Cainus adhuc Lamechi temporibus ſuperſtes fuerit? Certi nihil ſtatui de hoc poteſt, cum annos poſterorum Caini Moyſes ita memoriæ non prodiderit ut oriundorum Setho: ne dicam Deum Caino quandam appoſuiſſe notam ne à quoquam necaretur. Quomodo igitur dici poteſt quod interemtus fuerit?

Bereſchit Rabba: *Et interfecit eum*) *Quonam inſtrumento interfecit eum? Rabban Simeon Gamalielis filius ait, arundine eum interfecit, quia dictum eſt: adoleſcentulum occidi in tumorem liventem meum. Id quod locutus eſt, quia tumorem liventem induxerat. Doctores autem noſtri ajunt quod lapide occiderit eum, quia dictum eſt, Virum occidi in vulnus meum, indicans quod vulnera induxerit.*

Quod Medicis Doctoribus recens creatis ſolenni ritu acclamari conſuevit, *Vade & occide Cain*, de quo varia & jucunda vir ingenioſus Paulus Ammannus: illius dicti ni fallor hæc fuit ſententia, ut monerentur caute agere, cogitarentq; necem eorum quos culpa ſua occidiſſent ſepties vindicandam.

XLIII.

XLIII. Septem Caini peccata. Cainus septupliciter puniendus.

MIra ſunt quæ ad locum Geneſ. IV. 15. *Omnis qui Cainum occiderit, ſeptuplum punietur*, veteres quidam commentantur. Cosmas Indopleuſtes lib. V. Cosmographiæ p. 212. hanc putat eſſe verborum illorum ſententiam: *Quisquis occiderit Cainum, ſeptem ultiones ſolvet, hoc eſt pluribus malis & calamitatibus quibus per vitam objectus eſt eum liberabit.* Πᾶς ὁ ἀποκτείνας, ἑπτὰ ἐκδικήματα ϖοινὴν ϖοινύει, ἵνα ἔπῃ, πολλὰς τιμωρίας ἀφαιρεῖται ἀπ' αὐτοῦ, καὶ ϖοινὴν αὐτῷ τὴν κόλασιν πᾶς ὁ ἀποκτείνων αὐτόν. In excerptis vero Chronologicis Jo. Malalæ præmiſſis p. 2. verba divelluntur, & Καΐν non in accuſandi ſed nominandi caſu accipitur hanc in ſententiam: *Omnis homicida punietur, Cainus ſeptuplum.*

Τὸ τοίνυν πᾶς ὁ ἀποκτείνας Καΐν ἑπτὰ ἐκδικήματα ϖοινὴν ϖοινύσει, τοιαύτην ἔχει τὴν λύσιν. Ἕκαστος μὲν τῷ ἑαυτοῦ ἁμαρτήματι ἀποθανεῖται, σὺ δὲ ὁ τὸν ϕόνον καταρξας καὶ τοῖς ἄλλοις ἐϕηγητὴς τοῦ ἁμαρτήματος γενόμενος, ἑπτὰ ἐκδικήματα ϖοινὴν ϖοινύσεις, τουτέστι ἑπταπλασίως τιμωρηθήσῃ καὶ ϖάμπολλα. Σύνηθες γὰρ τῇ γραϕῇ τὸν ἀριθμὸν τοῦτον ἑπταπλα-

Illud vero, *omnis qui occiderit Cain ſeptuplum punietur*, hoc modo intelligendum eſt. Unusquisque (*homicida*) pro peccato ſuo morietur, Tu vero qui homicidium primus patraſti, aliisque hujus ſceleris auctor primus extitiſti, ſeptuplum punieris, id eſt ſeptemplices gravesque dabis pœnas. Scripturis enim ſolenne eſt numerum

σίον

σίονα κεχρῆσθαι, καὶ ἔστιν ἀδιορίστου πλήθους σημαντικόν —— Ἐν μὲν δὴ τοῖς ἄλλοις τοῦ Καὶν τετολμημένοις, τὸ ἁμάρτημα φθόνος, β' δόλος, γ' φόνος, δ' ὅτι ἀδελφῷ, ε' ὅτι πρῶτος φόνος, ς' ὅτι γονεῦσι πένθος ἐποίησεν, ζ' ὅτι Θεῷ ἐψεύσατο. Ταῦτα μὲν τὰ τοῦ Καὶν ζ' ἁμαρτήματα. Αἱ δὲ εἰς κόλασιν αὐτοῦ ἀπὸ τῆς θείας δίκης ἐπενεχθεῖσαι τιμωρίαι εἰσὶν αὗται· ἀ ἐπικατάρατος ἡ γῆ ἀπό σου. β' ἐργᾷ τὴν γῆν, γ' οὐ προσθήσει τοῦ δοῦναι σοι τὴν ἰσχὺν αὐτῆς. δ' στένων καὶ τρέμων μετὰ τοῦ ε' ὁμοῦ, ἔσῃ ἐπὶ τῆς γῆς. ς' ἣν αὐτὸς ἀπεκάλυψεν ὁ Καὶν εἰπών, εἰ ἐκβάλλῃς με νῦν ἀπὸ σου, καὶ ἀπὸ προσώπου σου κρυβήσομαι. ζ' τὸ μηδὲ κρύπτεσθαι τὴν τιμωρίαν, ἀλλὰ σημείῳ προδήλῳ πᾶσι δηλοποιεῖσθαι. Ἔθετο γάρ, φησι, Κύριος ὁ Θεὸς τῷ Καὶν σημεῖον ἵνα μὴ ἀνελεῖν αὐτὸν

hunc pro multiplici ponere, indefiniti enim numeri nota est —— In facinore vero hoc à Caino perpetrato peccatum 1. erat invidia, 2. fraus, 3. homicidium, 4. quod in fratrem * commissum est, 5. quod homicidium primum erat, 6. quod parentes luctu affecit. 7. Quod DEO mentitus est. Hæc quidem septem sunt Caini peccata. Pœnæ vero quibus à justitia divina castigatus est, sunt istæ: 1. Maledicta terra propter te. 2. Operaberis terram. 3. Non dabit tibi vires suas. 4. Gemebundus & pavefactus simul, 5. eris super terram. Sexta pœna quam Cainus ipse indicavit his verbis: si ejeceris me à te, & à facie tua abscondar. 7. Quod nec occulta fuit hæc pœna, sed signo notabili omnibus manifestata, dictum

τὸν

* Si Calvinum audias, frater gemellus Caini Abel fuit.

τὸν πάντα τὸν ἐυρίσκοντα ἑαυτόν.

enim est: *Posuitque Dominus in Cain signum, ut non interficeret eum omnis qui invenisset.*

XLIV. Adami filiæ Norea sive Horea, Save, Asuam &c.

S. Irenæus lib. 1. c. 34. portentosa Gnosticorum de primis hominibus commenta referens, p. 110. edit. Renati Massueti.

ZElantem autem Jaldabaoth voluisse excogitare evacuare hominem per fœminam, & de sua Enthymesi eduxisse fœminam, quam illa Prunicos * suscipiens invisibiliter evacuavit à virtute. Reliquos ajunt venientes & mirantes formositatem ejus vocasse eam Evam, & concupiscentes hanc, generasse ex ea sibi filios, quos angelos esse dicunt. Mater autem ipsorum argumentata est per serpentem seducere Evam & Adam, supergredi præceptum Jaldabaoth. Eva autem quasi à filio Dei hoc audiens facilè credidit, & Adam svasit manducare de arbore, de qua dixerat Deus non manducare. Prunicum autem videntem, quoniam & per suum plasma victi sunt, valde gratulatam & rursum exclamasse, quoniam, cum esset pater incorruptibilis, olim hic semetipsum vocans patrem mentitus est, & cum homo olim esset & prima fœmina, & hæc adulterans peccavit. Jaldabaoth autem propter eam quæ circa eum erat oblivionem, ne quidem intendentem ad hæc, projecisse Adam & Evam de paradiso, quo-

* Sophia Gnosticorum, uti Jaldabaoth primus eorum Angelus.

quoniam transgressi erant præceptum ejus. Voluisse enim filios ei ex Eva generari, & non adeptum esse, quoniam mater sua in omnibus contrairet ei, & latenter evacuans Adam & Evam ab humectatione luminis, uti neq; maledictionem participaret, neque opprobrium, is qui esset à principalitate spiritus. Sic quoque vacuus à divina substantia factos, maledictos esse ab eo, & dejectos à Cœlo in hunc mundum docent. Sed & serpentem adversus patrem operantem dejectum ab eo in deorsum mundum: in potestatem autem suam redigentem angelos qui hic sunt, & ipsum sex filios generasse, septimo ipso existente ad imitationem ejus quæ circa patrem est hebdomadis. Et hos septem dæmonas mundiales esse dicunt, adversantes & resistentes semper generi humano, quoniam propter eos pater illorum projectus est deorsum. Adam autem & Evam prius quidem habuisse levia & clara, & velut spiritualia corpora, quemadmodum & plasmati sunt: venientes autem huc demutasse in obscurius, pinguius & pigrius. Sed & animam dissolutam & languidam, quippe à factore tantummodo insufflationem mundialem habentes, quoadusque iterum Prunicos miserata eorum, reddidit eis odorem suavitatis humectationis luminis, per quam in commemorationem venerunt suam ipsorum, & cognoverunt seipsos nudos, & corporis materiam, & cognoverunt quoniam mortem bajulant, & magnanimes extiterunt, cognoscentes quoniam ad tempus corpus circundatum est eis: & escas quoque invenisse eos præeunte eis Sophia, & satiatos coisse invicem carnaliter

liter & generaſſe Cain, quem & dejectibilis ſerpens cum filiis ſtatim ſuſpiciens evertit,& adimplevit mundiali oblivione, ſtultitia & audacia, immittens ita, ut & dum fratrem ſuum Abel occideret, primus zelum & mortem oſtenderit: poſt quos ſecundum providentiam Prunici dicunt generatum Seth, poſt *Noream*,* ex quibus reliquam multitudinem hominum generatam dicunt, & ab inferiori hebdomade in omnem malitiam immiſſam, & apoſtaſiam ſuperiorem ſanctæ hebdomadæ & idololatriam, & reliquam univerſam contemptionem, cum contraria eis eſſet ſemper mater inviſibiliter, & proprium ſalvaret, hoc eſt; humectationem luminis. Sanctam autem hebdomadam, ſeptem ſtellas,quas dicunt planetas,eſſe volunt, & projectibilem ſerpentem duo habere nomina. Michael & Samael dicunt. Iratum autem Jaldabaoth hominibus quoniam eum non colebant, neque honorificabant, quaſi patrem & Deum, diluvium eis immiſiſſe, ut omnes ſimul perderet.

S. Epi-

* De Norea Noachi uxore, infra ſuo loco. Cæterum hanc Irenæi Noream ſuſpicor eandem eſſe quæ in Epiphanio ὡραία appellatur hæreſi XXXIX. Sethianorum cap. 5. γυναῖκά τινα Ὡραίαν λέγουσιν εἶναι τῦ Σήθ —— εἰσὶ μὲν δὲ ἄλλαί τινες αἱρέσεις αἵτινες δύναμίν τινα εἶναι λέγουσιν, ἣν καλοῦσιν ὀνομαστικῶς Ὡραίαν. τὴν παρ' ἄλλοις τοίνυν νομιζομένην δύναμιν Ὡραιάνδε καλουμένην ὅτι γυναῖκα τῦ Σήθ λέγουσιν. *Uxorem Sethi Hoream neſcio quam nominatim vocant —— Sunt & aliæ hæreſes quædam, quæ virtutem quandam eſſe ſtatuunt quæ Horea nominetur. Hi vero ejusmodi Hoream nomine, Sethi conjugem extitiſſe prædicant.*

S. Epiphanius Hæresi XXXIX. Sethianorum c. 6.

Ὁς ᾗ ἐν τοῖς Ἰωβηλαίοις ἐυρίσκεται, τῇ καὶ λεπτογενέσει καλουμένῃ, ἐν ᾗ αἱ ὀνόματα τῶν γυναικῶν τοῦτε Καΐν καὶ ἔ Σὴθ ἡ βίβλος περιέχει, ἵνα καὶ παῖται τρόπον ἔτοι καταισχυνθῶσιν, οἱ τὰς μύθας τῷ βίῳ ραψῳδήσαντες. Τοῦ γὰρ Ἀδὰμ γεννήσαντος υἱὰς καὶ θυγατέρας, ἀνάγκη γέγονε κατ' ἐκεῖνο καιρὸν ἀδελφαῖς ταῖς ἰδίαις συναφθῆναι τοὺς παῖδας. ἃ γὰρ ἦν ἀθέμιτον τοιοῦτον, ἐπεὶ μηδὲν ἕτερον γένος ἦν. Καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ὁ Ἀδὰμ τῇ ἰδίᾳ θυγατρὶ κεδὸν, ᾗ ἐκ τοῦ σώματος αὐτοῦ πλασθείσῃ συνήφθη, καὶ οὐκ ἦν ἀθέμιτον. οἵτε τοίνυν υἱοὶ συνήφθησαν ὁ μὲν Καΐν τῇ ἀδελφῇ τῇ μείζονι Σαυήν, ἥτω καλουμένῃ, ὁ δὲ Σὴθ τρίτος υἱὸς μετὰ τὸν Ἄβελ γεννηθεὶς, τῇ λεγομένῃ αὐτοῦ ἀδελφῇ Ἀζουρᾶ.

Extant in Jubilæis, qui liber Geneſis parva dicitur, uxorum Caini Sethique nomina, ut qui confictas illas fabulas in hominum vitam invexerunt, pudore omnino ſuffundantur. Etenim cum Adamus utriusque ſexus liberos ſuſcepiſſet, neceſſe per illa tempora fuit, ut filii matrimonia cum ſororibus inirent. Neque id erat interdictum, propterea quod genus aliud erat hominum nullum. Quin etiam Adamus ipſe cum ſua, ut ita dicam, filia conjugio ſociatus eſt, quam de ejus corpore Deus effinxerat, nefas enim illud non erat. Et ex illius liberis Cainus ſororem natu majorem duxit, *Saven* nomine. Sethus porro, Adami filiorum tertius poſt Abelem * Γεγό-

* Antequam connubio jungeretur interfectum. Hinc paſſim Abel veteribus *Virgo*, ut Cosmæ Indopleuſtæ lib. V. p. 212.

Γεγόνασι ὴ τῷ Ἀδὰμ καὶ ἄλλοι υἱοὶ, ὡς ἡ λεπτὴ γένεσις σημαίνει, ἐννέα μετὰ τὰς τρεῖς τούτους, ὡς εἶναι αὐτῷ δύο μὲν θυγατέρας, ἄρρενας ὴ δεκαδύο, ἕνα μὲν ἀποκταν θέντα, ἑνδεκα ὴ καταλειφθέντας τῷ βίῳ. Ἔχεις ὴ καὶ τούτων τὴν ἔμφασιν ἐν τῇ Γενέσει τοῦ κόσμου, καὶ πρώτῃ βίβλῳ τοῦ Μωυσῆ οὕτω φασκούσῃ, καὶ ἔζησεν Ἀδὰμ ἔτη ἐννακόσια τριάκοντα, καὶ ἐγέννησεν υἱὸς καὶ θυγατέρας, καὶ ἀπέθανε.

genitus cum alia sorore *Azura* conjunctus est. Fuerunt & alii Adamo liberi ut in parva illa Genesi scriptum est, novem scilicet secundum priores illos tres: ut in totum filias duas, mares duodecim susceperit, è quibus occisus unus, undecim superstites relicti sunt. Quæ omnia in Mundi Originibus ac primo Moysis volumine his verbis significantur: *Et vixit Adam annis DCCCC XXX. & genuit filios & filias, & mortuus est.* Gen. V. 4.

Joel in limine Chronographiæ:

Ὁ μὲν Καὶν ἔλαβε γυναῖκα τὴν πρώτην αὐτοῦ ἀδελφὴν Ἄζουραν, ὁ ὴ Σὴθ τὴν δευτέραν Ἀσουὰμ, ὁ ὴ Ἄβελ παρθένον καὶ δικαίαν ὑπῆρχεν. Ὁ δὲ Καὶν τ' οἰκίας αὐτῷ πεσούσης ἀπέθανεν.

Cainus majorem sororem *Azuram*, Sethus minorem *Asuamam* uxorem duxit. Abelus virgo justitiam colebat. Cainus propriæ domus ruina emoritur.

XLV. Filius Adami Rocail, ejusque ultima verba. Filius alter Abdal Hareth.

Bartholomæus Herbelotus in Bibliotheca Orientali p. 716.

ROcail, ben Adam ſelon la tradition fabuleuſe des Muſulmans etoit le frere puisné du Patriarche Seth, & poſſedoit les ſciences les plus élevées & les plus cachées. Il étoit doné d'un eſprit ſi vif & ſi penetrant, qu'il paroiſſoit tenir plus de l'Ange que de l'homme. Surkhrage, qui étoit un puiſſant Div, ou Geant, vivoit en ce temps-là, & commandoit abſolument dans toute l'étenduë du mont Caf, que les Muſulmans croyent étre une chaine oú ceinture de montagnes qui entourent toute la terre. Ce Geant pria Seth de lui envoyer Rocail ſon frere, pour l'aider à gouverner ſes Etats, & pour tenir bride ſes ſujets. Seth luy accorda ſa demande, & Rocail devint auſſi le Vizir ou premier miniſtre de Surkhrage dans la Montagne Caf, ou aprés avoir gouverné pendant pluſieurs années ou ſiecles, & connoiſſant ou par revelation divine ou par les principes des ſciences ſecretes qu'il poſſedoit, que le temps de ſa mort approchoit, il parla à Surkhrage en ces termes : *Je ſuis ſur le point de paſſer en l'autre vie. Mais avant de vous quitter, je veux vous laiſſer quelque ouvrage inſigne de mes mains, dont la memoire ſe conſerve, & me faſſe vivre long temps aprés ma mort.* L'effet ſuivit ces paroles, car Rocail fit bâtir un palais, & un

& un ſepulchre d'une ſtructure ſi magnifique & avec tant d'artifice, que l'on y voyoit un tres grand nombre de ſtatues de differens metaux, faites par Art Talismanique, lesquelles operoient par des reſſorts ſecrets, ce que tout le monde auroit crû ſe faire par des hommes vivans.

De altero filio Adami Abdal Hareth *vide quæ Hottingerus in loco allato ſupra cap. XXXI. p.* 100.

XLVI Cainus Græcorum Caunus.

GUilelmus Bonjour Ordinis Eremitarum S. Auguſtini in dialogis ad Hiſtoriam ſacram primæ Mundi ætatis Romæ A. 1705. 4. editis dialogo ſecundo per capita ſedecim comparationem inſtituit inter Cainum Adami filium & Caunum Græcorum. Primo ait, *Cain* adhibita terminatione Græca eſſe & Καανὶς & Καανεὺς & Καανὸς. Secundo, *Cainum* eſſe *Caunum*; ſicut פעו *Pau*, (civitas in qua regnavit Adar Rex Edom, Gen. XXXVI. 39.) ſit פעי *Pai*, 1. Paral. I, 50. quia literæ *Jod* & *Vau* invicem facile commutentur. Tertio, uſu evenire in lingua Hebraica, ut haſta dicatur קין *Cain*, & in proverbii conſuetudinem veniſſe τὸ Καανέως δόρυ, *Cainei haſtam*. Quarto obſervat, quod Heva conceperit & pepererit Cain dicens: *poſſedi Hominem per Deum*. Geneſ. IV, 1. In textu vero Hebraico legi את יהוה *eth-Jahh* vel *eth adonai*, hoc eſt *a Domino*, quod alio modo diceretur מאל *meel*, hoc eſt, *a Deo*, juxta loquendi genus, quod eodem in libro cap. XLIX. v. 25. reperiatur; אל ſcilicet eſſe unum ex Hebraicis

- - - ſuper ne ſaucius ullis
Vulneribus fieri, ferrove occumbere poſſet.

Undecimo, *egreſſum Cain a facie Domini habitaſſe profugum in terra - - & ædificaſſe civitatem:* urbem condidiſſe *Caineum* ſive *Caunum* peregrinatum procul a patria terra. Duodecimo, ante conditam a *Caino* civitatem homines fuſos per agros ac diſperſos fuiſſe, cum ea fuerit omnium urbium prima: regionem, in qua *Caunus* ædificaverit civitatem, fuiſſe primum a Lelegibus, hoc eſt, hominibus erraticis inhabitatam. Decimo tertio, *Hanochum* terminatione Græca Ἀνωχαῖον & per ſyncopen Ἀγχαῖον, eſſe illum *Caini* filium, qui principatum obtinuerit in condita primis orbis Lelegibus civitate: principem Lelegum haberi Ἀγχαῖον, ejusque originem referri ad Neptunum, quem fabula copulaverit cum *Caine* velut cum muliere, quæ Neptuni beneficio in virum, Caineum nomine, ſit mutata. Decimo quarto, Hebræis vocantibus urbem matrem, proclive fuiſſe celebrare antiquam civitatem *Hanoch* velut Hanochii ſeu Hanchæi matrem: Ἀσυπαλαῖα enim, Hebræus inquit, hoc eſt, *urbs antiqua*, ferebatur mater *Ancæi*. Decimo quinto, Hanochæum Cainitam exhibere ὑπερήνωρα fabulæ Cadmeæ: Ἀγχαῖον ὑπέρβιον eſſe Ἀγχαῖον ὑπερήνωρα, ſicut & Ἀγχαῖον κορωνόν, Coronum vero filium eſſe *Cainei*. Decimo ſexto, Hanochæum, filium agricolæ, facile in patris veſtigia incucurriſſe: Ancæum fuiſſe Φιλογέωργον amantem agriculturæ.

XLVII. De Abeloniis, Ophitis, Caianis & Sethitis.

ABELONII.

S. Augustinus hæresi 87. *Est quædam hæresis rustica na in campo nostro, id est, Hipponensi, vel potius fuit. Paullatim enim diminuta in una exigua villa remanserat, in qua quidem paucissimi, sed omnes hic fuerunt; qui omnes modo correcti & Catholici facti sunt, nec aliquid illius supersedit erroris.* Abelonii * *vocantur Punica declinatione nominis. Hos nonnulli dicunt ex filio Adæ* ** *nominatos, qui est vocatus Abël, unde* Abelianos

* Bochartus Geograph. S. lib. 2. c. 16. Fallor aut eo penetraverat fabula quæ totum Orientem jampridem pervagata est, Adamum post Abelis necem ab uxore abstinuisse per annos centum & triginta. Ita habetur in vetustissimo libro Bereshith Rabba, quem citat Rabbi Moses filius Maimon in More Nebochim lib. 1. cap. 7. & Tanchuma in Commentario quod vocant Jelammedenu, editionis Venetæ p. 4. & R. Selomo in Genes. IV. 25. & Elias in Thisbi voce לוליח Inde Arabicum verbum ex Abele factum תאבל *thabbala* est ab uxore continere se. Giggejus: תאבל אדם *Adam ab Eva abstinuit ob necem Abelis.* Item תאבל עז אמרתה *sic se continuit, ne cum uxore congrederetur.* Eodem exemplo Abelonii אבלונים dici potuere המתאבלין: id est, qui ab uxoribus se continebant, quomodo ab Eva putatur Adam abstinuisse post Abelem interemptum. Hæc Bochartus.

** *Habel* non *Abel* scribendum esse contendit Drusius in commentar. priore ad voces N. T. p. 5. & de sectis Judæorum IV. 6. & 7. Ac sane in Hebræo scribitur הבל non אבל. Hinc Abelonios ab Abele nomen sortitos negat Reinesius c. 14. de

lianos vel Abeloitas *eos possumus dicere. Non miscebantur & eis tamen sine uxoribus vivere sectæ ipsius dogmate non licebat. Mares ergo & fœmina sub continentiæ professione simul habitantes puerum & puellam sibi adoptabant in ejusdem conjunctionis pacto successores suos futuros. Morte præventis quibusque singulis alii subrogabantur, dum tamen duo duobus disparis sexus in illius domus societate succederent. Utrolibet quippe parente defuncto, uni remanenti usque ad ejus quoque obitum filii serviebant, post cujus mortem etiam ipsi puerum & puellam similiter adoptabant. Nec unquam eis defuit unde adoptarent, generantibus circumquaque vicinis, & filios suos inòpes ad spem hæreditatis alienæ dantibus libenter.*

14. de lingua Punica, quod non vocantur Habelonii. Sed certum est veteres discrimen id neglexisse, Judæos pariter & Christianos, qui Abelem πένθος interpretantur. Igitur etiam Auctor prædestinati qui in plerisque Augustini legit vestigia c. 87. *Abeloitas nominamus qui cum sint priores pene omnibus hæreticis, nunc nostris temporibus fuisti. Isti ex filio Ade sibi nominis derivationem adsumpserunt, id est ab Abel Abeloitas se nominari voluerunt. Hi non miscebantur uxoribus, & tamen non licebat sectæ ipsi ut sine uxoribus viverent —— ... Hæc sola erat inter nos atque illos distantia, in quo nostros arguebant, ita non in Lege nostra exerceri conjugia, ut qui nubunt tanquam non nubentes sint* I. Cor. VII. 20.

Ex Philaſtri Brixienſis.

Catalogo eorum qui ante adventum a) CHRISTI hæreſeos arguuntur.

OPHITÆ.

PRimi ſunt Ophitæ, b) qui dicuntur Serpentini, c) iſti colubrum venerantur, dicentes, quod hic prior initium nobis ſcientiæ boni & mali attu-

a) *Eorum qui ante adventum CHRISTI*) Quedam hæreſes ex his quæ uſque ad caput duodetrigeſimum à Philaſtro referuntur non fuerunt ante adventum CHRISTI, neque ſub Judæis, ut in præfat. Philaſter loquitur defluxerunt, licet è Veteri teſtamento anſam erroris ſui arripuere, ut ſtatim Ophitæ, & Cajani, Sethianique. Rectius itaque Tertullianus, qui illos vocat *Judaicmi hæreticos*, alios *qui ex Evangelio hæretici eſſe ſoluerunt*, ſive ut Hieronymi verbis utar, *qui Evangelia laniaverunt*.

b) *Primi ſunt Ophitæ*) Non temporis ratione, ſed quod in primo ſtatim principio ac limine veluti primi libri veteris Teſtamenti impegerunt Mentio eorum apud Auguſtinum de hæreſibus & auctorem Prædeſtinati c. 17. alioſque.

c) *Qui dicuntur Serpentini*) i. e. quorum nomen latine ita efferre poſſis. Pro Ophitis ſive ut perperam in Pſeudo Hieronymi indiculo ſcribitur *Oſſitis*, apud Origenem & Theodoritum eſt etiam nomen *Ophianorum*, & corruptum apud Sophronium *Sophianorum*. niſi ita etiam dicti ſunt, quod Σοφίαν ſerpentis imaginem aſſumſiſſe dixerunt teſte Ireneo lib I. c. 34. Apud Theodoritum & Procopium Gazæum in 4. Regg. 18. Hebraica appellatione veniunt, Ναασηνοί (ita

attulerit. Unde ei Dominum d) invidisse asserunt, quia scientiam primus detulerit mulieri bonæ rei atque malæ e), perque illam ita ad omne genus hominum permanaverit, propter quod & de cœlo primo f) dejectus est, inquiunt, in alterum

15

(ita enim legendum, non Ἔθηνοί) à נחש quod Hebræis serpentem ut Græcis ὄφις denotat. Vide Cotelerium T. 1. monument Eccles. Græcæ p. 769. & Tho Ittigium τὸν μαχαίτην diss. de hæresiarchis Apostolicæ ætati proximis. E Gnosticis Valentinianis, vel Marcionitis hos Ophitas prodiisse mihi persvadeo, quod Ophitarum doctrina apud Epiphanium XXXVII. 3. seq. in Tertullianea appendice de præscript c. 47. apud Origenem VI. contra Celsum p. 295. seq. & Nicetam IV. thesauri cap. 9. valde affinis est nugis æonum Valentinianorum, & Gnosticis Prunicum colentibus, quibus etiam à S. Irenæo Ophitæ junguntur: Præterea Theodoritus lib. 1. de hæreticis fabulis c. 24. ac Nicetas IV. 14. thesauri auctor est Marcionitas serpentem Creatori prætulisse, & singulari cultu veneratos esse. Mirum vero quod tradit idem Origenes p. 294. neminem Ophianos Euphrate auctore in suum cœtum admisisse, ἐὰν μὴ ἀρὰς θῆται κατὰ τοῦ Ἰησοῦ. Idem Ophianos & Cajanos omnino à JESU doctrina alienos scribit lib. 3. p. 119. & JESUM omnino ab eis abnegari lib. 7. p. 358. Absurdissimum eorum dogma vocat, ne simplicissimis persuasum, & hæresin ipsorum ἀσημοτάτην lib. 6. p. 291. ut Procopius δυσσεβεστάτην,

d) *Dominum invidisse*] Patrem Jaldabaoth, Deum Judæorum. Vide Epiphan. XXXVII. 3. 4. 5.

e) *Bona rei atque malæ*] idem est quod paulo ante dixerat, scientiam boni & mali ex Genes. 2. 9. τὸ εἰδέναι γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ.

f) *De cœlo primo dejectus in alterum*] octo enim cœlos ponebant, ut docet Epiphanius XXXVII. sect. 4. licet deinde sect. 5. simpliciter scribit dejectum ἀπὸ τοῦ ἑβδόμου.

rum unde eum & de cœlo ajunt adventurum, & velut g) aliquam Dei virtutem esse eundem æstimant, atque eum adnunciant adorandum.

CAIANI.

CAjani, a) qui Cain laudant b) fratricidam, primogenitum Patris nostri ac beati Adæ protoplasti,

g) *Et velut*] male priores editiones, *ut velut*. Porro cultus quo Ophitæ serpentem prosecuti sunt, & cistæ qua serpentem alere consueverunt, meminit etiam præter Epiphanium XXXVII. 5. Scholiastes *Βασιλικῶν* ad lib. 21. p. 581. Ejusmodo cistarum etiam in sacris apud gentes usus fuit, de quibus Laur. Begerus V. C. in disquisitione de numis serpentiferis.

a) *Cajani*] Cainæi auctori appendicis ad Tertull. c. 47. *Cainiani* Augustino de hæres. & auctori prædestinati c. 18. Sed Irenæo quoque lib. 1. c. 35. atque Epiphanio & Damasceno hæresi 38. *Καϊανοί*, nam & Cainus Flavio Josepho Κάϊν. Theodorito lib. 1. hæret. fab. c. 15. *Καϊνοὶ* & *Καϊνιτᾶι*, at Clementi Alex. VII. Strom. p. 549. *Καϊανιτᾶι*. *Cajana hæresis* Tertulliano c. 33. de præscript. & Hieron. Epist. 83. qui lib. adversus Vigilantium notat Tertullianum in Scorpiaco suo Cajanos perstrinxisse. *Καϊνοὶ*, etiam Sophronio in indiculo hæres actione XI. Concilii VI. general. & Nicetæ IV. 11. thesauri & 12. ubi etiam *Καϊανοί*, & ante hos Origeni 3. contra Cels. p. 119. quo loco eos à JESU doctrina plane alienos esse scribit, perinde ut Ophitas. Ab hac Gnostica hæresi diversi Cajanitæ Aphthartodocetæ, à Cajano quodam Alexandrino nomen consecuti, de quibus Damascenus hæresi. 84.

b) *Qui Cain laudant*) *δοξάζουσι*, honorant, colunt. Apud Honorium Augustodunensem in libello de hæresibus *Cajani dicti qui Cain oderunt*, legendum ex Augustino, *onorant* hoc est *honorant*.

toplasti, dicentes ex altera virtute, id est diaboli, c.) Cain factum, ex altera autem Abel beatissimum natum, & virtutem majorem quæ erat in ipso Cain, invaluisse ut suum interficeret fratrem.

SETHIANI.

SEthianorum a) hæresis, quæ Seth filium Adæ postea genitum, hocque appellatum nomine veneratur, quod post interfectionem Abel beatisimi natus est, ex quo & Sethiani appellantur, colentes eum & dicentes, quod duobus creatis

c) *Ex altera virtute, id est Diaboli*) Verba, *id est Diaboli* puto vel à Philastrio vel ab alio adjecta contra Cajanorum mentem. Nam licet Archonticos narrat Theodoritus lib. I. de hæreticis fab. c. 11. docuisse quod Cain & Abel, sive ut Muhamedanis appellantur Cabel & Habel, tuerint Ἐκ Διαβόλου παῖδες, uti in Pirke R. Elieser dicitur Cain Sammaëlis progenies, atque ab aliis Rabbinis apud Gaulmium de morte Moysis p. 216. traditur ex semine primi serpentis natus Magiæ per serpentes pater: tamen à Cajanorum opinione hoc remotum esse videtur, qui à fortiore & præstantiore virtute Cainum quam Abelem prognatum statuebant teste Epiphanio & aliis. Huc refer & quod capite sequente ex sententia Sethianorum à Philastrio dicitur: *Angelis in dissensione constitutis tenuit virtus in cœlo fœminea.*

a) *Sethianorum*) Setthoitæ appellantur auctori appendicis ad Tertull. de præscript c. 47. Alii hoc genus Gnosticorum vocant Sethitas, ut indiculus pseudo Hieronymi c. 9. qui tamen c. 17. & ipse vocat Sethianos, ut Epiphanius quoque & Damascenus hæresi 39. Augustinus & Prædestinati auctor c. 19. Nicetas IV. thesauri c. 12. Rabanus Maurus lib. 2. de clericor. institutione c. 58. & Honorius Augustodunensis hæresi 31. Apud Gennadium autem de dogmatibus c. 52. pro Sethiano videtur scribendum Scythianus.

tis hominibus in initio, & Angelis in diſſenſione conſtitutis, tenuit virtus in cœlo fœminea b); apud eos enim maſculi & fœminæ, Dii Deæque eſſe putantur. Quod pervidens, inquiunt, mater, quia occiſus eſt Abel juſtus, cogitavit ut pareret juſtum Seth, in quem & collocavit magnæ virtutis ſpiritum, ut poſſent deſtrui virtutes inimicæ c.) De Seth autem ipſo Chriſtum Dominum genus deducere d) ajunt: quidam autem ex eis non

b) *Virtus in cœlo fœminea*) Epiphanius XXXIX. 2. ἦν δὲ ἡ ϛάσις τοῖς Ἀγγέλοις, ἀγωνιζομένοις περὶ τῶν γενεῶν τῶν ἀνθρώπων τούτων τῶν δύο, ϗ γεγεννηκότος τὸν Καΐν ϗ ϗ γεγεννηκότος τὸν Ἄβελ, κεκρατηκέναι ὑ τὴν ἄνω δύναμιν ἣν μητέρα Φάσκουσι καὶ θήλειαν. Δοκεῖ δὲ αὐτοῖς εἶναι καὶ μητέρας ἄνω, καὶ θηλείας καὶ ἄρσενας. Vide ſi placet quæ ibi ſequuntur, & quæ Philaſter latine vertit atque in compendium miſit. Solet enim ille ſubinde ut ſuis locis annotabo, Epiphanii veſtigiis inſiſtere, quo nemo melius de hæreſibus ſcripſit ſi credimus Theodoro Studitæ Epiſtola ad Naucratium T. 5. Opp. Sirmondi p. 324.

c) *Ut poſſent deſtrui virtutes inimicæ*) minus bene priores editiones, *poſſint*. Plenius autem hæc apud Epiphanium efferuntur ſic: ὅπως διὰ τ ταύτης συϛάσεως ϗ τοῦτο ϗ σπέρματος καθαιρεθῶσιν αἱ δυνάμεις τῶν Ἀγγέλων τῶν τὸν κόσμον πεποιηκότων, καὶ τοὺς δύο ἀπ' ἀρχῆς ἀνθρώπους.

d) *De Seth autem ipſo Chriſtum Dominum genus deducere*) Nihil in hoc errabant ſi ita ſentiebant Sethiani, quoniam Chriſti genus à Setho etiam S. Lucas deducere haud dubitat. Sed Philaſter non ſatis cepit Epiphanii mentem, qui Sethianorum ſententiam exponit his verbis XXXIX. 4. ἀπὸ δὲ τοῦ Σὴθ καὶ σπέρμα ϗ καὶ διαδοχὴν γένους ὁ χρι-

non ſolum genus de eo deducere, ſed etiam ipſum Chriſtum eſſe aſſerunt atque opinantur.

SETHUS.

XLVIII. Sethus edoctus ab Angelis, & per quadraginta dies raptus in cælum.

Fauſtus Manichæus apud S. Auguſtinum lib. IX. Operis contra illum editi c. 3.

UBI verum horum (*Judaicorum præceptorum*) quidem nihil memorat (*CHRISTUS*, ſola vero recenſet antiquiora præcepta, id eſt, non occides, non mœchaberis, non pejerabis: hæc autem erant antiquitus in nationibus ut eſt in promtu probare, olim promulgata per Enoch & Seth, & cæteros eorum ſimiles juſtos quibus eadem illuſtres tradiderunt Angeli, temperandæ in hominibus gratia veritatis, cui non videatur hoc (*non veni ſolvere Legem*) de veritatis dixiſſe Lege & ejus Prophetis?

Geor-

χριστὸς ἦλθεν αὐτὸς Ἰησοῦς οὐχὶ καταγένη, ἀλλὰ θαυμαστῶς ἐν τῷ κόσμῳ πεφηνώς, ὡς ἐστιν αὐτὸς ὁ Σὴθ ὁ τότε, καὶ χριστος νῦν ἐπιφοιτήσας τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων ἀπὸ τ̃ μητρὸς ἄνωθεν ἀπεσταλμένος. Senſus eſt. Chriſtum à Setho non communi & naturali modo genus deducere, ſed rediiſſe per miraculum ipſum Seth in mundum, ut idem qui tunc Sethus, jam Chriſtus eſſet.

Georgius Syncellus p. 10. è parva Geneſi.

Τῷ σό ἔτει ͵ϛ Ἀδὰμ ὁ Σὴθ ἁρπαγεὶς ὑπὸ ἀγγέλων ἐμυήθη τὰ ϖερὶ τῆς ϖαγκοσμίου καταβάσεως μελλόντων ἔσεσθαι τῶν ἐγρηγόρων, καὶ τὰ ϖερὶ τῆς ͵ϛ παρουσίας τοῦ Σωτῆρος. Καὶ γενόμενος ἄφαντος ἡμέρας μ' ἐλθὼν ἐξηγήσατο τοῖς ϖρωτοπλάστοις ὅσα ἐμυήθη ὑπ' ἀγγέλων. Ἦν δὲ τότε ἐτῶν μ. Ὁ Σὴθ εὐσεβὴς ἦν καὶ εὐδιάπλαστος σφόδρα, καὶ οἱ ἐξ αὐτοῦ ϖάντες εὐσεβεῖς καὶ ὡραῖοι ἦσαν. Οὗτοι κατὰ ϖρόσταγμα ͵ϛ Ἀδὰμ τὴν ὑψηλοτέραν γῆν ὤκουν τῆς Ἐδὲμ κατέναντι ͵ϛ ϖαγκάλει σὺν ἀγγελικῶς βιοῦντες ἕως ͵ϛ χιλιοστοῦ κοσμικοῦ ἔτους. Τούτων τὴν ἐναρέτου ϖολιτείαν μὴ φέρων ὁ ἀρχέκακος βλέπειν, εἰς τὴν ὡραιότητα τῶς τότε θυγατέρων τῶν ἀνθρώπων αὐτὸς ἔτρωσεν, ϖερὶ ὧν φησι καὶ ὁ θεῖος Μωϋσῆς, ὅτι ἰδόντες οἱ υἱοὶ τοῦ Θεοῦ τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων ὅτι καλαί εἰσιν, ἔλαβον

Adami anno ducenteſimo ſeptuageſimo Seth ab angelis raptus futurorum Egregororum crimen, aquas quoque diluvio inundaturas Salvatorisq; adventum arcane & ſecreto didicit, diebusque quadraginta oculis hominum raptus, quæ ſecreto edoctus fuerat ab Angelis, primis parentibus reverſus expoſuit. Annis porro quadraginta ipſe provectus habebatur. Pietate in Deum ac ſumma corporis venuſtate excellebat, & ex eo cuncti progeniti, pii quoque ac corpore elegantes viſi ſunt. Iſti ex Adami mandato terram ſuperiorem Eden è regione Paradiſi, Angelicam ducentes vitam, ad milleſimum usque mundi annum habitavere: quorum ſtudioſum adeo vivendi

Bou

βον ἑαυτοῖς γυναῖκας ἐξ αὐτῶν. Τῷ υκ΄ ἔτει ὁ Σὴθ ἔλαβεν γυναῖκα Ἀζουρὰν τὴν ἰδίαν ἀδελφὴν. ἦν δὲ ὁ Σὴθ ἐτῶν ἑκατὸν ἐννενήκοντα ἑνός.

genus non ferens malorum adinventor, ad filiarum hominum pulchritudinem exoptandam impulit & dejecit, de quibus divinus Moyſes *ait: Videntes filii DEI filias hominum quod eſſent pulchræ, conjuges ex illis ſibi delegerunt. Anno quadringenteſimo viceſimo Azuram ** propriam ſororem Seth duxit uxorem, erat autem ille annorum unius & nonaginta ſupra centeſimum.

XLIX. Sethus Deus.

Matthæus Raderus S. I. animadverſ. ad Chronicon Alex. p. 18. Cur Sethus appellatus fuerit DEus, cauſſas reperio tres. Primam hauſi e fragmento Chronici ex Palatina Bibliotheca ab Hœſchelio accepti, Sethum *quadrageſimo anno ætatis, hoc eſt CCLXX. Adami, ſubito raptum ab Angelo, & quadraginta diebus ut Moſes non viſum, quo tempore divinitus didicit filios ſuos Egregoros dictos, quos & filios Dei nominabant, peccaturos, & orbem univerſum aquis inundatum iri, ac præter paucos periturum, venturum etiam ſalutis auctorem Chriſtum, atque hæc omnia parentibus Adamo Evæque quæ ab Angelo accepiſſet, expoſuiſſe; in illo ergo cum Angelo congreſſu cæleſti circumfuſum ſplendore quem per reliquam vitam retinuerit, uti & Moyſes*

* Gen. VI. 2.

** Aliis Sethi uxor ſororque dicta Norea vel Ὡρῆα, de qua ſupra p. 127.

ſes quadraginta annis totis faciem velavit. Hanc ergo primam ferunt cauſam, cur Sethus fuerit dictus Deus, quam ego in medio relinquo, veritus ne ex Sethianorum, qui hæretici fuere, libris ſint decerpta, qui raptum ferebant Sethum, quamquam alia abſurda, quæ hic non tanguntur, attexuerint. Lege Epiphan. hæreſi 39. & 40. contra Sethianos & Archonticos. Alteram affert tertiamque Svidas in voce Σήθ, cujus hæc ſunt verba:

Σὴθ ὁ υἱὸς Ἀδάμ. Περὶ τούτου εἴρηται, καὶ εἰσῆλθον οἱ υἱοὶ τοῦ Θεοῦ πρὸς τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων, ἤτοι τὰς ἀπὸ τοῦ Καΐν. Θεὸν γὰρ τὸν Σὴθ οἱ τότε ἄνθρωποι προσηγόρευον, διὰ τὸ ἐξευρηκέναι τότε Ἑβραϊκὰ γράμματα, τάς τε τῶν ἀστέρων ὀνομασίας, καὶ πρὸς τούτοις πολλὴν εὐσέβειαν αὐτοῦ θαυμάσαντες, ὥστε καὶ πρῶτον ἐπικαλεῖσθαι Θεὸς καὶ ὀνομάζεσθαι.

Seth filius Adami. De hoc dictum eſt Gen. VI. 2. Et filii Dei ingreſſi ſunt ad filias hominum *videlicet* (filii Seth) *ad filias Caini. Illius enim ſeculo homines Sethum vocabant Deum, quod inveniſſet & Hebraicas litteras, & ſtellarum appellationes; præterea vero quod magnam hujus pietatem admirarentur, adeo ut etiam primus cognomento Deus vocatus fuerit.*

Theodoritus quæſt. XLVII. in Geneſin.

Εἰρηκὼς ὁ συγγραφεὺς ὅπως ἐκ μὲν τοῦ Ἀδὰμ ὁ Σὴθ ἐγεννήθη, ἐκ δὲ τοῦ Σὴθ ὁ Ἐνώς, προσέθηκεν, ὅτε ἤλπισεν ἐπικαλεῖ-

Cum dixiſſet ſacer ſcriptor natum ex Adamo Sethum, ex Setho Enoſum, adjungit Gen. IV. 26. *Hic ſperavit in-*

ὄν τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ. Ὁ δὲ Ἀκύλας οὕτως τοῦτο ἡρμήνευσεν. τότε ἤρχθη τοῦ καλεῖν ἐν ὀνόματι Κυρίου. Αἰνίττεται δὲ ὁ λόγος ὡς διὰ τὴν εὐσέβειαν τοῦτον πρῶτον τὸ θείας προσηγορίας τεύχησαν, καὶ ὑπὸ τῶν συγγενῶν ὠνομάσθη Θεός, ὅθεν οἱ ἐκ τούτου φύντες υἱοὶ Θεοῦ ἐχρημάτιζον. ὥσπερ δὴ καὶ ἡμεῖς ἐκ τῆς τοῦ δεσπότου Χριστοῦ προσηγορίας Χριστιανοὶ καλούμεθα.

vocare nomen Domini DEI. At Aquila hæc ſic eſt interpretatus. *Tunc cœptus eſt vocari nomine Domini.* Innuunt igitur hæc verba ob pietatem Sethum primum divino mactatum cognomine, & à cognatis Deum appellatum eſſe, unde & ex eo geniti, Dei filii dicti ſunt, perinde ut nos à nomine Domini noſtri JEſu CHriſti Chriſtiani appellamur.

L. Sethus * Chriſtus, Pater Prophetarum.

S. Epiphanius de Sethianis XXXIX. 1. ἃ μὲν δὲ ἄλλα καὶ χριστὸν αὐτὸν ὀνομάζουσι καὶ αὐτὸν εἶναι τὸν Ἰησοῦν βεβαιοῦντα. *Eundemque Sethum Chriſtum nominant, & ipſummet JEſum fuiſſe confirmant.* & cap. 3. ἀπὸ οὗ τοῦ Σὴθ καλὰ σπέρματα καὶ καλὰ δο-

K

* Sethi nomen exponunt veteres plerique cum Hieronymo *poſitum* vel *poſitionem* aut θεμέλιον *fundamentum*, ut Cosmas Indopleuſtes lib. V p. 210. Chronicon Paſchale p. 77. Interpretatio nominum Hebr apud Marcianæum T. 2. Hieronymi, ἀνάστασιν, (uti Auguſtinus XV. 17. & 18. de C. D. & p. 235. ἀνάστασιν ὠφαίαν & p. 267. ἐπιλησμονὴν κακῶν. Epiphanio T. 1. p. 287. Cain explicatur κτίσις *poſſeſſio*, Sethus ἀνταλλαγὴ *compenſatio*.

δοχὴν γένους ὁ χριστὸς ἦλθεν αὐτὸς Ἰησοῦς, οὐχὶ καθ' γέ-νη, ἀλλὰ θαυμαστῶς ἐν τῷ κόσμῳ πεφηνὸς, ὃς ἐστιν αὐτὸς ὁ Σὴθ ὁ τότε, καὶ χριστὸς νῦν ἐπιφοιτήσας τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, ἀπὸ τ μητρὸς ἄνωθεν ἀπεσταλ-μένος. *Caterum à Setho continuata ſucceſſione* JEſus *Chriſtus prodiit, non ipſe quidem generis ſtirpe procreatus, ſed in hunc mundum admirabiliter introductus. Idem enim qui illis temporibus Sethus fuit, modo Chriſtus appellatus, à cœleſti Matre de cœlo miſſus ad homines deſcendit.*

LI. Litteræ à Setho repertæ.

Sethus primus ſcriptor.

Jo. Tzetzes Chiliad V. Hiſt. 26.

Ἑρμῆς ὁ κ Τρισμέγιστος γονεῦσι τοῖς Αἰγυπτίων
Λέγεται πρῶτον εὑρεῖν γραμμάτων τὰς συνθέσεις,
Κἂν Σὴθ Ἑβραῖοι λέγωσιν εὑρετὴν γραμμάτων.

Mercurius termaximus Ægyptiorum filiis
Dicitur primum inveniſſe litterarum compoſitiones,
Quamvis Seth Hebræi dicant inventorem litterarum.

Confer locum Suidæ ſupra allatum, & quæ ex Chronologicis Excerptis Malalæ præmiſſis adduxi cap. 53. Eadem leguntur in Joëlis Chronographia ſub init. Caterum lepidus eſt Sgambatus, cujus hæc ſunt p. 114. Archiv. V. T. Quid ſi non totius Alphabeti auctor fuit Sethus, ſed duarum litterarum quæ id claudunt, quæque ſunt ejus nominis propriæ שת, nam videri poteſt Adamus has duas litteras omiſiſſe, contentus duabus

bus ב ד, quæ ſunt iis ſimiles. Certe ſi hujus Alphabeti Sethus eſt auctor, non temere videtur Elementa ſic diſpoſuiſſe, ut extrema duo ejus nomen redderent, velut operi ſubſcriberetur nomen auctoris. *Hæc ille.*

Michaël Glycas p. 121. Annalium.

Καὶ τὰ μὲν τὸν Γεώργιον πρῶτον ἐξεῦρεν ὁ Σὴθ γράμματα Ἑβραϊκὰ, καὶ τὰ σημεῖα τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τὰς τροπὰς τῶν ἐνιαυτῶν καὶ τοὺς μῆνας καὶ τὰς ἑβδομάδας. Καὶ τοῖς ἄστροις καὶ τοῖς πέντε πλανήταις ἐπέθηκεν ὀνόματα, ὥστε γνωρίζεσθαι.

Georgius * tradit Sethum primum invenisse litteras Hebraicas, ſigna cœleſtia, converſiones annorum, menſes, ſeptimanas: eundem ſideribus & ſtellis ſeptem erraticis indidiſſe nomina de quibus agnoſcerentur.

Abulpharajus Hiſtoriæ Dynaſtiarum p. 5.

Seth filius Adami. Fertur ille primus ſcribendi auctor fuiſſe, & progeniei ſuæ vitæ beatæ, quæ parentibus ſuis in Paradiſo fuerat, deſiderium ingeſſiſſe, adeo ut in montem Hermon ſeceſſerint, cultui DEI pietati & continentiæ dediti, neutiquam ad mulieres accedentes, unde vocati ſunt Filii DEI.

* Alius à Syncello, apud quem iſta non reperio.

LII. Filiorum ac Nepotum Sethi binæ columnæ. Βίβλος Σώθεως. Σέθως Assyriorum Rex.

Flavius Josephus a) lib. I. Antiqu. Judaic. c. 2.

ὁ Σὴθος τραφεὶς καὶ παρελθὼν εἰς ἡλικίαν ἤδη τὰ καλὰ κρίνειν δυναμένην, ἀρετὴν ἐπεδήδωσε. Καὶ γενόμενος αὐτὸς ἄριστος, μιμητὰς τῶν αὐτῶν καὶ ἀπογόνους κατέλιπεν. Οὗτοι πάντες ἀγαθοὶ φύντες γῆντε αὐτὴν ἀστασίαστοι κατῴκησαν εὐδαιμονήσαντες, μηδενὸς αὐτοῖς ἄχρι καὶ τελευτῆς δυσκόλως προσπεσόντος. Σοφί-

Seth nutritus & perveniens ad ætatem quæ jam posset ea quæ sunt bona discernere, virtuti studuit: & cum fuisset vir egregius, imitatores sui filios dereliquit. Illi autem omnes cum boni fuissent orti, in eadem terra sine aliqua vexatione viventes felicissime commorati sunt; nihilque ejus us-

αὐτε

a) Easdem columnas è Josepho memorant Eustathius Antiochenus p. 47. in Hexaëm. & juniores, Jo. Malala, Mich. Glycas, Zonaras, Cedrenus, Joël, Nicephorus in eclogis ineditis laudatus Ed. Bernhardo ad Josephum, Nicetas T. 25. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 118. aliique quam plurimi. *Adamo* ipsi tribuit Gotfridus Viterbiensis, ut notavi supra c. 16. *Cainani* Enosi F. Gorionides, *Chamo* Cassianus, Jo. Tzetzes *Noæ*, Marianus Scotus *Abrahamo*. *Thubali* denique Auctores Historiæ scholasticæ & fasciculi temporum, Chroniconque Norimbergense. Confer si placet que de *Mercurii* Trismeg. sive *Taauti* στήλαις quas cum his Sethianorum easdem esse putat H. Dodvvellus diss. de Sanchoniatone p. 24. seq. & de more antiquissimo præclara inventa, observationes, res gestas leges, aliaque columnis incidendi notavi lib. I. Bibl. Græcæ cap. XI.

πλὴ τὴν πρὸ τὰ ἀφάνια- καὶ τὴν τούτων διακόσμησιν ἐπενόησαν. Ὑπὲρ ἧς μὴ διαφυγεῖν τοὺς ἀνθρώπους τὰ εὑρήματα, μηδὲ πρὶν εἰς γνῶσιν ἐλθεῖν φθαρῆναι, προειρηκότος αἰφανισμὸν ἀδάμας τῶν ὅλων ἔσεσθαι, τὸν μὲν κατ' ἰσχὺν πυρὸς, τὸν ἕτερον δὲ κατὰ βίαν καὶ πλῆθος ὕδατος, στήλας δύο ποιησαμένους τὴν μὲν ἐκ πλίνθου, τὴν δὲ ἑτέραν ἐκ λίθων, ἀμφοτέρας ἐνέγραψαι τὰ εὑρήματα b) ἵν' εἰ καὶ συμβῇ τὴν πλινθίνην ἀφανισθῆναι ὑπὸ τ' ἐπομβρίας, ἡ λιθίνη μείνασα παρέχῃ μαθεῖν τοῖς ἀνθρώποις τὰ ἐγγεγραμμένα c), δηλοῦσα καὶ

que ad vitæ terminum crudele provenit. Disciplinam vero rerum cœlestium & ornatum earum primitus invenerunt. Et ne dilaberentur ab hominibus quæ ab eis inventa videbantur, aut antequam venirent ad cognitionem, deperirent, cum prædixisset Adam exterminationem rerum omnium, unam ignis virtute, alteram vero aquarum vi ac multitudine fore venturam: duas facientes columnas, aliam quidem ex lateribus, aliam vero ex lapidibus, ambabus quæ invenerant con-

b) *Nec desunt è doctoribus Ecclesiæ* (inquit B. D. Dorsheus in diss. Theologiæ Zacharianeæ præmissa) *qui conjiciunt, capita illa fidei simul columnis fuisse exarata, quæ tum orbi revelata fuerint.* Jo. Cario sive Philippus Melanchton lib. I. Chron. *Tabulas illas lapideas existimo tanquam templum fuisse & certi loci signum, in quem solitus est convocare suam Ecclesiam, & ubi sacrificia facta sunt & recitata doctrina.* Confer Jacobum Boulducum de Ecclesia ante Legem p. 28. sq. & Gilb. Genebrardum lib. I. Chronograph.

c) Hoc loco recte στιγμὴν ponere jubet Vossius lib. I. Aristarchi cap. 9.

πλινθίνην δ' ὑπ' αὐτῶν ἀναστεθῆναι. Μένει δ' ἄχρι τοῦδε d) καὶ ἐν τῇ Σειριάδι.

scripserunt, ut etsi constructa lateribus exterminaretur ab imbribus, lapidea permaneret hominibus conscripta cognoscere, simul & quia lateralem aliam posuissent; quæ tamen lapidea permanet hactenus in terra Sirida.

LIII.

d) Manetho apud Syncellum p. 40. testatur se profecisse ἐκ τῶν ἐν τῇ Σειριαδικῇ γῇ κειμένων στηλῶν ἱερᾷ διαλέκτῳ καὶ ἱερογραφικοῖς γράμμασιν κεχαραγμένων ὑπὸ Θὼθ τοῦ πρώτου Ἑρμοῦ. Hinc terram Σειριαδικὴν in Ægypto quærendam non abre suspicantur Scaliger ad Euseb. & Dodvvellus in appendice ad diss. Cyprianicas Nam γλυπτὰ in Seirath, lib. Judicum III. 6. sunt idola. Ac verisimile videtur Iosephum hæc Manethonis Ægyptii respexisse, atque librum Σωθέως Manethonianum eodem Syncelli loco memoratum atque ex columnis illis excerptum habuisse pro libro *Sethi*, præcipue cum Scaliger ad Græca Eusebii p. 408. seq. notet apud Vettium Valentem Antiochenum . ex libris Petosiridis dici non Σῶθιν verum Σήθ. Apud Theophilum Antiochenum III. p. 130. Ægyptus dicta ἀπὸ τοῦ βασιλέως Σέθως. Apud Africanum memoratur etiam Rex Assyriorum Σέθως, cui cum Sethi non magis commune est quicquam quàm cum Typhone, qui Σὴθ sive prævalens dictus apud Ægyptios teste Plutarcho de Iside atque Osiride p. 367. 371. 376. vel cum Sothi, quæ Isidem vel Osiridem apud Ægyptios, ut idem notavit Plutarchus p. 359 & 375. significat. Cæterum exigua fide digna esse quæ de Sethi filiorum columnis feruntur, disputant Jo. Henricus Ursinus libro de Moysis antiquitate p. 212. seq. Rich. Simon in Bibl. Critica Gallice edita T. 2. p. 341. seq. & Hallenses T. 1. Observatt. select. p. 293. seq. Isaacus Jaquelotus libro de DEI existentia p. 241.

LIII. Aſtris nomina à Setho impoſita. Menſes & hebdomades annique partes obſervatæ.

Excerpta Chronologica Jo. Malalæ præmiſſa p. 4.

Ὁ δὲ Ἀδὰμ σλ' ἐτῶν ἦν ὅτε ἐγέννησε τὸν Σήθ. Οὗτος ὁ Σὴθ πρῶτος ἐξεῦρε γράμματα Ἑβραϊκά, καὶ σοφίαν, καὶ τὰ σημεῖα, καὶ ὁράνιον, καὶ τὰς τροπὰς τῶν ἐνιαυτῶν, καὶ τοὺς μῆνας καὶ τὰς ἑβδομάδας, καὶ τοῖς ἄστροις ἐπέθηκεν ὀνόματα καὶ τοῖς πέντε πλανήταις, εἰς τὸ γνωρίζεσθαι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, καὶ μόνον * καὶ τὸν μὲν α' πλανήτην ἀστέρα ἐκάλεσε Κρόνον, τὸν δὲ β' Δία, τὸν δὲ γ' Ἀφροδίτην, τὸν δὲ δ' Ἑρμῆν. Τοὺς δὲ δύο φωστῆρας ἥλιον καὶ σελήνην ὁ Θεὸς ἐκάλεσε.

Adamus autem annos natus CCXXX. genuit Sethum. Sethus vero iſte primus invenit litteras Hebraicas & ſapientiam, ſigna item cœleſtia annorumque converſiones, menſes etiam & ſeptimanas, ſtellis etiam nomina indidit, & quinque Planetis tantum ut ab hominibus dignoſcerentur: quorum 1. Saturnum nominat, 2. Jovem, 3. Martem, 4. Venerem, 5. Mercurium. Duobus enim Luminaribus Soli nempe & Lunæ DEUS nomina impoſuit.

241. Stephanus le Moyne notis ad Varia ſacra p. 569. ſeq. qui anſam putat dediſſe *Lapidem Sethia* ſive *fundationis* Eſ. 28. 16.

* In Joëlis Chronographia ſub init. ubi eadem leguntur, excuſum καὶ μόναν.

De eodem Setho Constantinus Manasses in Annalibus p. 17.

Ὃς ἔθηκεν ὀνόματα τοῖς οὐρανίοις ἄστροις.
Qui cœlestibus astris nomina imposuit.

Michaël Glycas p. 121. Annalium.

Λέγεται δὲ ὅτι ὁ ἐν τοῖς ἀστράσι τεταγμένος Ἄγγελος, ὁ θεόπτης δηλαδὴ Οὐριὴλ προσῆγε τὸν Σὴθ καὶ τὸν Ἐνὼχ κατιὼν ἐδίδαξεν αὐτοὺς ὡρῶν, μηνῶν καὶ ἐνιαυτῶν διαφοράς.

Perhibetur etiam divinum Angelum Urielem cujus est inter astra statio, descendisse ad Sethum & Enochum, eosque de temporum anni, mensium conversionum, ipsorumque adeo annorum discriminibus erudiisse.

LIV. Astronomia Setho tradita ab Angelo.

SUb Sethi nomine Græce exstat MS. in Bibl. Vindobonensi. Vide Lambecium lib. VII. p. 261. De Cainane Arphaxadi F. Joel in Chronographia: συνεγράψατο τὴν Ἀστρονομίαν, εὑρηκὼς τὴν ἐν Σὴθ, καὶ τῶν αὐτοῦ τέκνων ὀνομασίαν καὶ τῶν ἀστέρων ἐν τῇ πλατεῖ λιθίνῃ γεγλυμμένην. *Astronomicam scientiam commentario complexus est, cum Sethi & filiorum ejus nomenclaturam & siderum saxeo cippo insculptam invenisset.* Addit deinde narrationem de duabus columnis è Josepho.

LV.

LV. Liber Sethi de ſtella in ortu Meſſiæ apparitura.

Auctor Operis imperfecti in Matthæum Homilia II.

AUdivi aliquos referentes de quadam ſcriptura, etſi non certa, tamen non deſtruente fidem, ſed potius delectante, quoniam erat quædam gens ſita in ipſo principio Orientis juxta Oceanum, apud quos ferebatur quædam Scriptura inſcripta nomine Seth, de apparitura hac ſtella (*Magis poſt CHriſtum natum viſa*) & muneribus ei hujusmodi offerendis, quæ per generationes ſtudioſorum hominum, patribus referentibus filiis ſuis habebatur deducta. Itaque elegerunt ſeipſos duodecim quidam ex ipſis ſtudioſiores & amatores myſteriorum cœleſtium, & poſuerunt ſeipſos ad exſpectationem ſtellæ illius. Et ſi quis moriebatur ex eis, filius ejus aut aliquis propinquorum qui ejusdem voluntatis inveniebatur, in loco conſtituebatur defuncti. Dicebantur autem Magi lingua eorum, quia in ſilentio & voce tacita DEum glorificabant. Hi ergo per ſingulos annos poſt meſſem trituratoriam aſcendebant in montem aliquem poſitum tibi, qui vocabatur lingua eorum Mons victorialis, habens in ſe quandam ſpeluncam in ſaxo, fontibus & electis arboribus amœniſſimus, in quem aſcendentes & lavantes ſe offerebant & laudabant in ſilentio DEum tribus diebus: & ſic faciebant per ſingulas generationes, exſpectantes ſemper ne forte in generatione ſua ſtella illa beatitudinis oriretur, donec apparuit eis

ſcendens ſuper montem illum Victorialem, habens in ſe formam quaſi pueri parvuli, & ſuper ſe ſimilitudinem Crucis, & locuta eſt eis, & docuit eos, & præcepit eis ut proficiſcerentur in Judæam. Proficiſcentibus autem eis per biennium, præcedebat ſtella, & neque eſca neque potus defecit in peris eorum. Cætera autem quæ geſta referuntur ab eis, in Evangelio compendioſe poſita ſunt. Tamen cum reverſi fuiſſent, manſerunt colentes & glorificantes DEum ſtudioſius magis quam primum, & prædicarunt omnibus in genere ſuo, & multos erudierunt. Denique cum poſt reſurrectionem Domini Thomas Apoſtolus iſſet in provinciam illam, adjuncti ſunt ei, & baptizati ab eo, facti ſunt adiutores prædicationis illius.

LVI. Libri Setho à Gnoſticis ac Sethianis ſuppoſiti.

S. Epiphanius hæreſi XXVI. Gnoſticorum c. 8.

Καὶ τὰ μὲν βιβλία αὐτῶν πολλά. Ἐρωτήσεις γάρ τινας Μαρίας ἐκτίθενται. Ἄλλοι δὲ εἰς τὸν προειρημένον Ἰαλδαβαὼθ, εἰς ὄνομα δὲ Σὴθ πολλὰ βιβλία ὑποτίθενται.

Cæterum libri penes illos quam plurimi ſunt. Nam interrogationes quasdam Mariæ venditant. Alii de eo quem diximus Jaldabaoth, & ſub Sethi cognomine complures libros ſuppoſititios obtrudunt.

Idem hæreſi XXXIX. Sethianorum c. 5.

Βίβλους δέ τινας συγγράφοντες ἐξ ὀνόματος.

At enim certos libros clariſſimorum virorum

μεγά-

μεγάλων ἀνδρῶν. Ἐξ ὀνόματος δὲ αὐτῷ Σὴθ ἑπτὰ λέγονται εἶναι βίβλοι. Ἄλλας δὲ βίβλους ἑτέρας ἀλλογενεῖς ἄλλως καλοῦσιν.

nominibus inſcriptos circumferunt. Ex quibus ſeptem omnino Setho tribuunt, alios vero ἀλλογενῖς, hoc eſt generis alterius nuncupant.

LVII. Libri ſub Sethi nomine jactati apud Arabes, Æthiopes, Samaritanos.

Libros quinquaginta ad Sethum demiſſos de cœlo ferunt Muhamedani, ut notavi ſupra cap. XIX. Samaritanos quoque & Æthiopas de libris Sethi gloriari notat Kircherus in Obeliſco Pamphilio p. 6. qui & hæc affert è Gelaldino: *Adam inſtruxit filium ſuum Seth, & fuit in illo & in filiis ejus Prophetia, & deduxit Deus ſuper ipſum* XXIX. *paginas* (libros) *& ſucceſſit ei filius ejus Kainan & Kainani Mahalaliel, & Mahalalileli filius ejus Jared. Et accepit inſtructionem ab Adamo Sethus, & docuit eum omnes ſcientias & hiſtorias quæ erant futuræ in mundo, & exercuit Aſtronomiam quam & didicit ex libris quos tradidit ipſi Adam Pater ejus, ſuper eum pax.* Keſſæus itidem Arabs ſcriptor apud Hottingerum Hiſt. Oriental. lib. 1. c. 8. p. 171. *Edris* (Enoch) *ſuper quo pax, primus fuit qui poſt Enos filium Sethi, filii Adami, ſuper quo pax, calamo ſcripſit. Hoc ipſum poſtea Edris filios ſuos docuit, iisque dixit, o filii, ſcitote vos eſſe Sabæos — — Nec ceſſarunt hereditario jure libros Sethi & Edris poſſidere inter ſe invicem, ad Noachi usque & Abrahami tempora — — Poſtea aperuit Abrahamus ciſtam Adami, & ecce*

in ea libri Adami, Codex item Sethi & Edris, nomina etiam omnia Prophetarum poſt Abraham mittendorum.

LVIII. Liber Sethi apud Syros prohibitus.

Stephanus Petrus, Patriarcha Antiochenus in litteris datis Canobini ad D. Robertum Huntingtonum 2. Decembr. 1680. In quante à quel che ci ſignifica V.S. del commento di ſ. Efrem, del Lexicon Bar Bahlul & il libro di Seth, circa l' ultimo non è poſſibile che ci lo moſtrino, eſſendo ciò appreſſo di loro prohibito, & il lexicon di Bar Bahlul è opera molto ſteſa imperfetta &c. *In Epiſtolis Huntingtonianis Lond.* 1704. 8. *à Thoma Smitho editis p.* 109.

LIX. Liber Sethi inventus apud Toletanos in Hiſpania, regnante Ferdinando Caſtellæ Rege.

De hoc Alphonſus de Spina libro III. fortalitii fidei, apud Caſparem Schottum p. 555. technicæ curioſæ: Mirabile accidit in regno Caſtellæ civitate Toleti circa Annum Domini 1243. imperante Friderico II. qui fuit nonageſimus ſecundus Imperator, & ſedente in cathedra Petri Honorio Papa, & regnante in prædicto regno Rege Ferdinando. Tunc Judæus quidam comminuendo unam rupem pro vinea amplianda, in medio lapidis invenit concavitatem unam, nullam penitus dimenſionem habentem neque ſciſſuram, & in concavi-

tate

tate illa reperit unum librum quaſi folia lignea habentem. Qui liber tribus linguis ſcriptus eſt videlicet Hebraice, Græce & latine. Tantum de littera habebat quantum unum Pſalterium, & loquebatur de triplici mundo ab Adam usque ad Anti-Chriſtum, proprietates hominum cujusque mundi exprimendo. Principium vero tertii mundi poſuit in Chriſto ſic: *In tertio mundo Filius DEI naſcetur ex virgine Maria & pro ſalute hominum patietur.* Quod legens Judæus ſtatim cum tota domo ſua baptizatus eſt. Erat autem in libro ſcriptum, quod tempore Ferdinandi Caſtellæ Regis debebat inveniri. *Hujus autem libri auctorem Sethi affirmare, abſque ratione, abſque fundamento, abſque auctoritate eſt,* inquit Jo. Euſebius Nierembergius, Alphonſi verba & ipſe producens libro 2. de Origine S. Scripturæ c. 14.

LX. ENOSUS. *

Gilb. Genebrardus lib. 1. Chronographiæ p. 10. ait Enoſum ſcripſiſſe *de religione, & modo grandi DEUM & de diſciplinis.* Nullo autem antiquo nec fide digno teſte hoc probat, ſed ut notavit Lambecius p. 8. prodromi Hiſtoriæ litterariæ,

* Nomen Enoſi Philo de præmiis & pœnis, aliique plurimi interpretantur ἄνθρωπον, Euſebius VII. 8. præparat. ἄνθρωπον ἀληθῆ, idem IX. 6. ἐπιλήσμονα, à *maſa* obliviſci, in lexico Nom. Ebr. ἐπιληθόμενον alii *miſerum* ab *anas* dolere. Vide Druſium III. 78. quæſt. Hebr. Hieronymus de Nom. Ebr. *Enos homo, ſive deſperatus ſel lugubris,*

riæ, omne iſtud hauſit ex incerta interpretatione verborum ultimorum capitis quarti Geneſeos: *Iſte cœpit invocare nomen Domini.* Verùm haud dubie pietatis in DEUM exemplum ab Adamo, Abele, Setho, Enoſus acceperat, non DEUM ſive privatim ſive cum aliis primus coluit. Neque placet altera interpretatio *tunc profanatum eſt invocando nomen Domini.* Licet paſſim probatur Judæis apud Cartwrightum ad h. l. & in capite 1. mellificii Hebraici, Druſio quæſit. per Epiſt. c. 18. Antonio van Dalen de origine & progreſſu Idololatriæ c. 2. aliisque. Nam inauditum ſacris litteris, per verba הוחל לקרא ſignificari *profanatum eſt invocando.* Igitur merito hanc expoſitionem rejicit D. Auguſtus Pfeifferus ὁ μαχαιρίτης in dubiis Vexatis.

Præſtat adeo cum antiquis Chriſtianis ſcriptoribus verba Moyſis ſic exponere: *Tunc cœptum eſt vocari de nomine Domini*, hoc eſt, Sethitæ à Cainitis per nomen cultorum filiorumque Dei diſtingui cœperunt. Vide quæ pro hâc ſententia Bertramus lucubrat. Franckenthalenſ. c. 1. D. Jo. Mich. Langius ſingulari diſſ. Altorf. 1705. & D. Jo. Fabricius diſſ. de reverentia erga ſacra Helmſt. 1706. §. 11. Cedrenus p. 9. Ὅτι τὸ, Ἐνὼς ἤλπισεν ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ πρῶτος, προσαγορεύεσθαι ὀνόματι Θεοῦ ἔσω. Ehotius Fpiſt. 162. πρῶτος ἦ ἡ κλήσεως τυγχάνει ὁ τοῦ Σήθ παῖς Ἐνώς, αἰνῆ δὲ εὐσέβειαν καὶ χρηστότητα τρόπων ὑπὸ τῶν τότε ἀνθρώπων τῇ τοῦ Θεοῦ κλήσει τελιμημένος, ἐξ οὗ καὶ τὸ γένος ἅπαν Θεοῦτε καὶ Θεῶν παῖδες ὠνομάσθησαν.

LXI. CAI-

LXI. CAINAN, * Enoſi F.

Pſeudo Joſephus Gorionides lib. 2. cap. 18. p. 131. edit. Clariſſ. Breithauptii.

ALexander epiſtolas multas ad Ariſtotelem, præceptorem ſuum, ſcripſit, in qvibus eidem narravit, quæ ſibi in India evenerint, inter alia ſic ſcripſit: Ego, poſteaquam regionem Perſiacon, quæ Indiæ provincia eſt, intravi, ad maris inſulas perveni atque ibidem masculos reperi fœminis ſimiles, qui vivis piſcibus veſcebantur & humana lingua loquebantur eaque Græca, hi mihi dicebant, ecce in hac inſula ſepulchrum eſt regis antiquiſſimi, qui Kainan appellabatur & Enoſi filius erat, is ante diluvium univerſo terrarum orbi imperavit atque omnigena ſapientia inclaruit, & ſpiritus ac dæmones malosque genios in poteſtate ſua habuit; hic ſapientia ſua, qua præditus erat, intellexit, quod Deus ille Benedictus diluvium Noachi ætate inducturus ſit, quocirca id, quod poſtea eventurum erat, tabulis lapideis inſculpſit, quæ hodienum ibidem extant; ſcriptura autem Hebraicis literis exarata erat; idem quoque ſcripſit, quod Oceanus tertiam mundi partem ipſius ætate inundaverit, quod etiam tempore Enoſi, Sethi filii, qui Adami primi parentis filius fuit, accidit. In eadem inſula, Kainan urbem condidit amplisſimam, muris cinctam ſimulque ar-

* Hujus Cainanis uxor Μαλεὲθ memoratur apud Syncellum p. 11. ex parva ut conjicio Geneſi. De altero Cainano Arphaxadi F. Noachi pronepote, infra ſuo loco.

arcem ingentem ex marmore ædificavit, in qua gemmas, uniones atque auri argentiqve vim maximam recondidit; præterea turrim excelsam suprà sepulchrum suum exstruxit, ubi sibi esset monimento; ad hanc verò nemo mortalium accedere poterat, quia astronomica septem planetarum arte ac vi magica ædificata erat, quicunque enim muris ejus appropinquabat, is repentina morte interibat.

ENOCH.

LXII. ENOCHI Prophetiæ.

S. Judas Apostolus Epistolæ Catholicæ v. 14.

Προεφήτευσε δὲ καὶ τούτοις ἕβδομος a) ἀπὸ Ἀδὰμ Ἐνὼχ, λέγων· Ἰδοὺ ἦλθε Κύριος ἐν μυριάσιν ἁγίαις b) αὐτοῦ ποιῆσαι κρίσιν κατὰ πάντων, καὶ ἐξελέγξαι c) πάντας τοὺς ἀσεβεῖς αὐτῶν περὶ πάντων

Prophetavit autem de his septimus ab Adam *Enoch*, dicens: Ecce venit Dominus in sanctis millibus suis, facere judicium contra omnes, & arguere omnes impios de omnibus

των

a) Sic Moysen septimum ab Abrahamo, Phineam septimum à Jacobo notant Iudæi. Vide Jacobi Rhenferdi V. C. diss. 2. ad loca Hebræa Novi Fœderis.

b) al. μυριάσιν ἁγίαις ἀγγέλων vel ἁγίων ἀγγέλων αὐτοῦ, addito ἀγγέλων ex Hebr. XII. 22. ut notat doctissimus Millius. Auctor ad Novatianum, qui legitur inter opera S. Cypriani: *Ecce venit cum multis millibus nunciorum suorum facere judicium de omnibus, & perdere omnes impios, & arguere omnem carnem de omnibus factis impiorum quæ fecerunt impie.*

c) al. ἐλέγξαι.

ἔργων τῶν ἔργων ἀσεβείας αὐτῶν ὧν ἠσέβησαν καὶ περὶ πάντων τῶν σκληρῶν ὧν ἐλάλησαν κατ' αὐτοῦ ἁμαρτωλοὶ ἀσεβεῖς.

operibus impietatis eorum quibus impie egerunt, & de omnibus duris quæ locuti sunt contra eum peccatores impii.

Testamentum duodecim Patriarcharum, testamento Simeonis c. 5.

Ἑώρακα γὰρ ἐν χαρακτῆρι γραφῆς Ἐνὼχ ὅτι οἱ υἱοὶ ὑμῶν μεθ' ὑμῶν ἐκπορνεία φθαρήσονται καὶ ἐν Λευὶ ἀδικήσουσιν ἐν ῥομφαίᾳ, ἀλλ' οὐ δυνήσονται πρὸς Λευὶ ὅτι πόλεμον Κυρίου πολεμήσει καὶ νικήσει πᾶσαν παρεμβολὴν ὑμῶν.

Vidi enim in charactere scripturæ *Enoch*, quoniam filii vestri vobiscum in fornicatione corrumpentur, & Levi, injustitiam facient in gladio. Sed non prævalebunt ad Levi, quoniam bellum Domini bellabit, & vincet omne castrum vestrum.

Testamento Levi cap. 10.

Καὶ διασπαρήσεσθε αἰχμάλωτοι ἐν τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἔσεσθε εἰς ὀνειδισμὸν καὶ κατάραν, καὶ εἰς καταπάτημα. Ὁ γὰρ οἶκος ὃν ἂν ἐκλέξηται Κύριος, Ἱερουσαλὴμ κληθήσεται, καθὼς περιέχει βίβλος Ἐνὼχ τοῦ δικαίου.

Et dispergemini captivi in Gentibus, & eritis opprobrium, maledictio & conculcatio. Domus tamen quam eliget Dominus, Hierusalem vocabitur, quemadmodum continet liber *Enoch* justi.

Cap. 14.

Καὶ νῦν, τέκνα, ἔγνων ἀπὸ γραφῆς Ἐνὼχ, ὅτι ἐπὶ τέλει ἀσεβήσετε, ἐπὶ Κύριον χεῖρας ἐπιβάλλοντες ἐν πάσῃ κακίᾳ, καὶ αἰσχυνθήσονται ἐφ' ὑμᾶς οἱ ἀδελφοὶ ὑμῶν, καὶ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι γενήσεσθε χλευασμός.

Et nunc, filii, cognovi ex ſcriptura *Enoch*, quoniam in fine impie agetis, in Dominum manus imponentes in omni malitia, & confundentur in vobis fratres veſtri, & omnibus gentibus fietis illuſio.

Cap. 16.

Καὶ νῦν ἔγνων ἐν βιβλίῳ Ἐνὼχ, ὅτι ἑβδομήκοντα ἑβδομάδας πλανηθήσεσθε, καὶ τὴν ἱερωσύνην βεβηλώσετε, καὶ τὰς θυσίας μιανεῖτε, καὶ τὸν νόμον ἀφανίσετε, καὶ λόγους προφητῶν ἐξουδενώσετε, ἐν διαστροφῇ διώξετε ἄνδρας δικαίους, καὶ εὐσεβεῖς μισήσετε, ἀληθινῶν λόγους βδελύξεσθε, καὶ ἄνδρα ἀνακαινοποιοῦντα τὸν νόμον ἐν δυνάμει ὑψίστου πλάνον προσαγορεύσετε, καὶ τέλει, ὡς νομίζετε, ἀποκτενεῖτε αὐτὸν, οὐκ εἰδότες αὐτοῦ τὸ ἀνάστημα, τὸ ἀθῷον αἷμα ἐν κακίᾳ ἐπὶ κεφαλὴς ὑμῶν ἀναδεχόμενοι. Καὶ δι' αὐτὸν ἔσονται

Et nunc cognovi in libro *Enoch*, quoniam ſeptuaginta hebdomadas errabitis, & Sacerdotium inquinabitis, & ſacrificia polluetis, & Legem exterminabitis, & ſermones Prophetarum contemnetis, in perverſitate perſequemini viros juſtos, & pios odio habebitis, veracium ſermones abominabimini, & virum renovantem Legem in virtute Altiſſimi, erroneum appellabitis. Et in fine, ut æſtimabitis. occidetis eum, neſcientes ipſius reſurrectionem, innocentem ſanguinem

τὰ

τὰ ἅγια ὑμῶν ἔρημα ἕως ἐδάφους μεμιαμμένα. Καὶ οὐκ ἔσται τόπος ὑμῶν καθαρὸς, ἀλλ' ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἔσεσθε εἰς καταράν, καὶ εἰς διασκορπισμὸν, ἕως αὐτὸς πάλιν ἐπισκέψεται, καὶ οἰκτειρήσας προσδέξεται ὑμᾶς ἐν πίστει καὶ ὕδατι.

guinem in malitia super capita vestra recepturi. Propter ipsum erunt sancta vestra deserta, usque ad pavimentum profanata, & non erit locus vester mundus, sed in gentibus eritis maledictio, atque desperatio anget vos, donec ipse rursus visitabit, & miserens recipiet vos in fide & aqua.

Testamento Dan. c. 5.

Ἀνέγνων δὲ ἐν βίβλῳ Ἐνὼχ τοῦ δικαίου, Legi enim in libro Enoch justi, quoniam princeps vester est Satanas, & quoniam omnes spiritus fornicationis & superbiæ Levi se applicabunt ad insidiandum filiis Levi ut faciat eos peccare coram Domino.

Testamento Jude c. 18.

Καίγε ἔγνων ἐν βιβλίοις Ἐνὼχ τοῦ δικαίου, ὅσα κακοποιήσετε ἐν ἐσχάταις ἡμέραις.

Quoniam & legi in libris *Enoch* justi, quod mala facietis in extremis diebus.

Testamento Zabulon c. 3.

Διὰ τοῦτο ἐν γραφῇ νόμου Ἐνὼχ γέγραπται, τὸν μὴ θέλοντα σπέρμα ἀναστῆναι τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, ὑπολυθήσεσθαι τὸ ὑπόδημα, καὶ ἐμπτύεσθαι εἰς τὸ πρόσωπον.

Ergo in scripturis Legis *Enoch* scriptum est, non volenti suscitare semen fratri suo, * solvi calceamentum & spui in faciem.

* Confer quæ viri docti ad Deut. XXV. 9. Selden. uxore Hebr. I. 14. Wagenseilii Sota p. 663. Benedictus Balduinus de calceo c. 24. & Ant. Bynæus II. 6. de calceis Hebr.

Teſtamento Nephtalim c. 4.

Ταῦτα λέγω, τέκνα μου, ὅτι ἔγνων ἐν γραφῇ (ἁγίᾳ*) Ἐνὼχ, ὅτι καὶγε ὑμεῖς ἀποστήσεσθε ἀπὸ Κυρίου, πορευόμενοι κατὰ πᾶσαν πονηρίαν ἐθνῶν, καὶ ποιήσετε κατὰ πᾶσαν ἀνομίαν Σοδόμων. Καὶ ἐπάξει ὑμῖν Κύριος αἰχμαλωσίαν, καὶ δουλεύσετε ἐκεῖ τοῖς ἐχθροῖς ὑμῶν, καὶ πάσῃ κακώσει καὶ θλίψει συγκαλυφθήσεσθε, ἕως ἀναλώσῃ Κύριος πάντας ὑμᾶς. Καὶ μετὰ τὸ ὀλιγωθῆναι ὑμᾶς καὶ σμικρυνθῆναι, ἐπιστρέψετε καὶ ἐπιγνώσεσθε Κύριον τὸν Θεὸν ὑμῶν. Καὶ ἐπιστρέψει ὑμᾶς εἰς τὴν γῆν ὑμῶν, κατὰ τὸ πολὺ ἔλεος αὐτοῦ. Καὶ ἔσται ὅτ' ἂν ἔλθωσιν ἐν γῇ πατρώᾳ αὐτῶν, πάλιν ἐπιλαθοῦνται Κύριον, καὶ ἀσεβήσουσι. καὶ διασπείρει αὐτοὺς Κύριος ἐπὶ προσώπου πάσης τῆς γῆς, ἄχρι τοῦ ἐλθεῖν τὸ σπλάγχνον Κυρίου, ἄνθρωπος ποιῶν δικαιοσύνην,

Hæc dico, filii mei, quoniam legi in ſcriptura ſancta *Enoch*, quod & vos recedetis à Domino, ambulantes ſecundum iniquitatem Sodomorum. Et inducet Dominus vobis captivitatem, & ſervietis illic inimicis veſtris, & omni pœna & tribulatione comprehendemini, usque quo conſumat Deus omnes vos. Et poſtquam pauci effecti fueritis & minorati, revertemini & cognoſcetis Dominum Deum veſtrum, & convertet vos in terram veſtram, ſecundum multam miſericordiam ſuam. Et erit, cum venerint in terram patrum ſuorum, rurſus obliviſcentur Domini, & impie agent, & diſperget eos Dominus ſuper faciem univerſæ terræ, usque quo venerit miſericordia Domi-

num,

* Vox ἁγίᾳ non legitur in MS. Cantabrig.

νην, καὶ ποιῶν ἔλεος εἰς πάντας τὰς μακρὰν καὶ τὰς ἐγγύς.

ni, homo faciens misericordiam & justitiam in omnes qui longe sunt & qui prope sunt.

Testamento Benjaminis. c. 9.

Νοῶ δὲ καὶ πράξεις ἐν ὑμῖν κακὰς ἔσεσθαι, ἀπὸ λόγων Ἐνὼχ τῶν δικαίων, Πορνεύσετε γὰρ πορνείαν Σοδόμων, καὶ ἀπολεῖσθε ἕως βραχύ, καὶ ἀναστήσεται ἐν γυναιξὶ σφῆνες, καὶ ἡ βασιλεία κυρίου οὐκ ἔσται ἐν ὑμῖν· ὅτι εὐθὺς αὐτὸς λήψεται αὐτήν. Πλὴν ἐν μερίδι ὑμῶν γενήσεται ναὸς θεοῦ, καὶ ἔνδοξον ἔσται ἐν ὑμῖν. Ὅτι αὐτὸς λήψεται αὐτὴν, καὶ δώδεκα φυλαὶ ἐκεῖ συναχθήσονται, καὶ πάντα τὰ ἔθνη. ἕως ὅτου ὕψιστος ἀποστείλῃ τὸ σωτήριον αὐτοῦ, ἐν ἐπισκοπῇ μονογενοῦς. Καὶ εἰσελεύσεται εἰς τὸν πρῶτον ναὸν, καὶ ἐκεῖ κύριος ὑβριωθήσεται, καὶ ἐπὶ ξύλου ὑψωθήσεται. Καὶ ἔσται τὸ ἄπλωμα τοῦ ναοῦ σχιζόμενον, καὶ μεταβήσεται τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ

Intelligo autem ex sermonibus Enoch justi, & actus in vobis malos fore. Fornicabimini enim fornicatione Sodomorum, & peribitis usque ad paucos, & renovabitis in mulieribus motus inordinatos, & regnum Domini non erit in vobis, quoniam confestim ille accipiet illud. Verumtamen in parte nostra fiet templum Dei, & glorioſum erit in vobis. Quoniam ipse Dominus accipiet regnum, & duodecim tribus illic congregabuntur, & omnes gentes, usquequo altissimus mittat suum Salutare in visitatione unigeniti. Et ingredietur in primum templum, & illic Dominus injuriam

ἐπὶ τὰ ἔθνη, ὡς πῦρ ἐκχυνόμενον. Καὶ ἀνελθὼν ἐκ τοῦ ᾅδου, ἔσται ἀναβαίνων ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανόν. Ἔγνων δή, οἷος ἦσται ταπεινὸς ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ οἷος ἔνδοξος ἐν οὐρανῷ.

patietur, & contemnetur, & in ligno exaltabitur. Et erit velum templi ſciſſum, & deſcendet ſpiritus Domini ſuper gentes, ut ignis effuſus. Et aſcendens ex inferno, aſcendet à terra in cœlum. Recordabitur, quam fuerit humilis in terra, & quam glorioſus in cœlo.

Ex eodem Henochi libro videntur petita quæ De Egregoris *leguntur in Teſtamento Ruben c. 5.*

Φεύγετε οὖν τὴν πορνείαν, τέκνα μου καὶ προσάσσετε ταῖς γυναιξὶν ὑμῶν, καὶ ταῖς θυγατράσιν, ἵνα μὴ κοσμῶνται τὰς κεφαλὰς καὶ τὰς ὄψεις αὐτῶν, ὅτι πᾶσα γυνὴ δολιευομένη ἐν τούτοις εἰς κόλασιν τοῦ αἰῶνος τετήρηται. Οὕτω γὰρ ἠθέλξαν τοὺς Ἐγρηγόρους πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ. Καὶ κεῖνοι συνέχως ὁρῶντες αὐτὰς ἐγένοντο ἐν ἐπιθυμίᾳ ἀλλήλων, καὶ συνέλαβον τῇ διανοίᾳ τὴν πρᾶξιν, καὶ μετεσχηματίζοντο εἰς ἀνθρώπους, καὶ ἐν τῇ συνου-

Fugite ergo fornicationem, filii mei, præcipite mulieribus veſtris & filiabus, ut non ornent ſe in capitibus, & viſus earum caſtigent, quoniam omnis mulier doloſe agens in his, in punitionem ſeculi reſervata eſt. Ita enim ſeduxerunt Vigiles ante diluvium, & illi continuo videntes eas, affecti ſunt deſiderio ad invicem, & conceperunt mente operationem, & transfigurati ſunt in ho-

σίᾳ

σία τῶν ἀνδρῶν αὐτῶν συνεφαίνοντο αὐταῖς, καὶ ἐκεῖναι ἐπιθυμήσασαι τῇ διανοίᾳ τὰς φαντασίας αὐτῶν, ἔτεκον Γίγαντας. Ἐφαίνοντο γὰρ αὐταῖς Ἐγρήγοροι ἕως ἐκ ἀρανῦ φθάνοντες.

mines, & in coitu virorum ſuorum apparuerunt eis, & illæ deſiderantes mente imaginationes eorum, pepererunt Gigantes. Apparuerunt enim eis Vigiles usque ad cœlum attingentes.

S. Juſtinus Martyr. Apologiâ breviore p. 44.

Ὁ Θεὸς τὸν πάντα κόσμον ποιήσας καὶ τὰ ἐπίγεια ἀνθρώποις ὑποτάξας, καὶ τὰ οὐράνια στοιχεῖα εἰς ἄνθρωπον καρπῶν καὶ ὡρῶν μεταβολαῖς κοσμήσας καὶ θεῖον τοῦτον νόμον τάξας, ἃ καὶ αὐτὰ δὴ ἀνθρώπους φαίνεται πεποιηκώς, τὴν μὲν τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν πρόνοιαν ἀγγέλοις ἃς ἐπὶ τούτοις ἔταξε, παρέδωκεν. οἱ δ' ἄγγελοι παραβάντες τήνδε τὴν τάξιν, γυναικῶν μίξεσιν ἡττήθησαν, καὶ παῖδας ἐτεκνώσαν οἵ εἰσιν οἱ λεγόμενοι δαίμονες. καὶ προσέτι λοιπὸν τὸ ἀνθρώπειον γένος ἑαυτοῖς ἐδούλωσαν. τὰ μὲν διὰ μαγι-

DEus qui mundum univerſum fecit, & terram hominibus & cœleſtia elementa ſubjecit, quæ & ipſa hominum gratia eum condidiſſe apparet, propter frugum proventum temporum etiam mutationibus exornavit, divinamq; hanc legem ordinavit hominum ipſorum atque eorum quæ ſub cœlo ſunt providentiam angelis ad hæc diſpoſitis attribuit, Angeli autem diſpoſitionem eam transgreſſi cum mulierum concubitus cauſa amoribus ſunt victi, tum filios procrearunt eos qui Dæmones

κῶν γραφῶν, τὰ ὃ ἀφ' ἑαυτῶν, τὰ ὃ ἀφὸ φόβων καὶ τιμωριῶν ἐπέφερον, τὸν ὃ ἀφὸ διδαχῆς θυμάτων καὶ θυμιαμάτων καὶ σπονδῶν, ὧν ἐνδεεῖς γεγόνασι μετὰ τὸ πάθεσιν ἐπιθυμιῶν δουλωθῆναι. καὶ εἰς ἀνθρωπους φόνους, πολέμους, μοιχείας, ἀκολασίας καὶ πᾶσαν κακίαν ἔπεισαν.

sunt dicti, atque insuper reliqui genus humanum in servitutem suam redegerunt. Id vero effecerunt vel per scripta magica, vel per terrores & supplicia vel etiam institutionem victimarum & incensorum & libationum quarum indigentes esse cœperunt postquam animi pasionum & concupiscentiarum servi sunt effecti, atque exinde inter mortales cædes, bella, adulteria, libidines & vitiositatem malitiamque omnem disseminarunt.

S. Irenæus lib. IV. c. 30.

Sed & Enoch sine circumcisione placens DEO, cum esset homo, legatione ad Angelos fungebatur, & translatus est *, & conservatur usque nunc testis judicii DEI, quoniam Angeli quidem transgressi deciderunt in terram in judicium, homo autem placens, translatus est in salutem.

Tertullianus de Idololatria cap. 4.

Anteceserat Enoch prædicens omnia elementa, omnem mundi censum, quæ cœlo, quæ mari, quæ terra

* In Paradisum perinde ut Elias, ubi manebunt usque ad consummationem, προοιμιαζόμενοι ἀφθαρσίαν, *conspicantes incorruptibilitatem*, ut ait idem Irenæus V. 5. Henochum æternitatis candidatum, qui nondum mortem gustavit, vocat Tertullianus adversus Judæos cap. 2.

terra continentur, in idololatriam verſuros dæmonas & ſpiritus deſertorum Angelorum, ut pro DEO adverſus Dominum conſecrarentur — — Denique idem Henoch ſimul & cultores idoli & fabricatores in comminationem prædamnat.

Eodem libro cap. 15.

Hæc igitur ab initio prævidens Spiritus S. etiam oſtia in ſuperſtitionem verſura præcecinit per antiquisſimum Prophetam Henoch.

Idem lib. 2. *de cultu fœminarum c.* 10.

Quod ſi iidem Angeli qui & materias ejusmodi & illecebras detexerunt, auri dico & lapidum illuſtrium, & operas eorum tradiderunt, & jam ipſum calliblepharum, vellerumque tincturas inter cetera docuerunt, damnati à DEO ſunt, ut Henoch refert, quomodo placebimus DEO, gaudentes rebus illorum qui iram & animadverſionem DEI propterea provocaverunt?

Idem lib. 1. *de cultu fœminarum c.* 2.

Nam & illi qui ea (*ornamenta*) conſtituerunt, damnati in pœnam mortis deputantur, illi ſcilicet Angeli qui ad filias hominum de cœlo ruerunt, ut hæc quoque ignominia fœminæ accedat. Nam cum & materias quasdam bene occultas, & artes plerasque non bene revelatas, ſeculo multo magis imperito prodidiſſent, ſiquidem & metallorum operta nudaverant, & herbarum ingenia traduxerant, & incantationum vires provulgave-

rant, & omnem curioſitatem usque ad ſtellarum interpretationem deſignaverant, proprie & quaſi peculiariter fœminis inſtrumentum iſtud muliebris gloriæ contulerunt lumina lapillorum quibus monilia variantur, & circulos ex auro quibus brachia artantur, & medicamenta ex fuco, quibus lanæ colorantur, & illum ipſum nigrum pulverem quo oculorum exodia producuntur — — Si doctrinæ dicendæ ſunt, mali magiſtri male docuerint neceſſe eſt. Si mercedes pro libidine, nullius rei turpis merces decora eſt — — Hi ſunt nempe Angeli quos judicaturi ſumus *, Hi ſunt Angeli quibus in lavacro renunciamus — — *Cap.* 3. Scio ſcripturam Enoch, quæ hunc ordinem Angelis dedit, non recipi à quibusdam, quia nec in armarium Judaicum admittitur. Opinor non putaverunt illam ante cataclyſmum editam, poſt eum caſum Orbis, omnium rerum abolitorem, ſalvam eſſe potuiſſe. Si iſta ratio eſt, recordentur pronepotem ipſius Enoch fuiſſe ſuperſtitem cataclyſmi Noë, qui utique domeſtico nomine & hereditaria traditione audierat & meminerat de proavi ſui penes DEum gratia, & de omnibus prædicatis

* Num Tertullianus ſenſit Paulum quoque I. Cor. VI. 3. illud de Angelis per ſanctos homines judicandis ex Enochi libro hauſiſſe? Nam de mundo judicando reſpexiſſe videtur Apoſtolus Dan. VII. 22. καὶ τὸ κρίμα ἔδωκεν ἁγίοις ὑψίστου. Hinc de juſtis in libro Sapientiæ III. 8. κρινοῦσιν τὰ ἔθνη, & Sir. IV. 16. Ὁ ὑπακούων αὐτῆς κρινεῖ ἔθνη. In actis Pauli & Theclæ p. 97. μακάριοι οἱ δι' ἀγάπην χριστοῦ ἐξελθόντες τοῦ κρίματος τοῦ κόσμου, ὅτι αὐτοὶ ἀγγέλους κρινοῦσι.

catis ejus: quum Enoch filio ſuo Matuſalæ nihil aliud mandaverit, quam ut Notitiam eorum poſteris ſuis traderet. Igitur ſine dubio potuit Noê in prædicationis delegatione ſucceſsiſſe, vel quia & alias non tacuiſſet, tam de DEI conſervatoris ſui diſpoſitione, quam de ipſa domus ſuæ gloria. Hoc ſi non tam expedite haberet, illud quoque aſſertionem ſcripturæ illius tueretur: perinde potuit abolefactam eam violentiâ cataclysmi in ſpiritu rurſus reformare, quemadmodum & Hieroſolymis Babylonia expugnatione deletis, omne inſtrumentum Judaicæ litteraturæ per Esdram conſtat reſtauratum. Sed cum Enoch eâdem ſcripturâ etiam de Domino prædicarit, à nobis quidem nihil omnino rejiciendum eſt *quod pertineat ad nos. Et legimus omnem ſcripturam ædificationi habilem divinitus inſpirari. A Judæis poteſt jam videri propterea rejecta, ſicut & cætera fere quæ CHriſtum ſonant. Nec utique mirum hoc, ſi ſcripturas aliquas non receperunt de eo locutas, quem & ipſum coràm loquentem non erant recepturi. Eo accedit quod Enoch apud Judam Apoſtolum teſtimonium poſſidet.

Clemens Alex. in ἐκλογαῖς προφητικῶν p. 801.

Εὐλογημένος εἰ ὁ βλέπων ἀβύσσους καθήμενος ἐπὶ χερουβίμ, ὁ Δανιὴλ λέγει ὁμοδοξῶν τῷ Ἐνὼχ τῷ

Benedictus es qui intueris abyſſos ſedens ſuper Cherubim, *ait Daniel***, *pari ſenſu ad Enoch* εἰρη-

* Volſellis non gladiis pugnat bonus Tertullianus, ut Apocrypho Henocho fidem conciliet.

** Dan. III. 55.

εἰρηκότι, καὶ εἶδον τὰς ὕλας πάσας.

qui ait: ** & omnes materias perſpexi.

Idem p. 808.

Ἤδη γὰρ καὶ Ἐνὼχ φησιν, τοὺς ἀγγέλους διδάξαι τοὺς ἀνθρώπους ἀστρονομίαν καὶ μαντικὴν καὶ τὰς ἄλλας τέχνας.

Jam vero etiam Enoch ait transgreſſores Angelos docuiſſe homines Aſtronomiam & Divinationem ac reliquas artes.

Angelos propter mulierum amorem de cœlo lapſos idem commemorat III. 2. pædagogi p. 222. atque lib. 3. p. 450. & 5. Strom. p. 550. ubi ex Henochi libro itidem petitum quod ait ὡς οἱ ἄγγελοι ἐκεῖνοι οἱ τὸν ἄνωκλῆρον εἰληχότες καταλιωθήσαντες εἰς ἡδονὰς ἐξεῖπον τὰ ἀπόῤῥητα τοῖς γυναιξὶν, ὅσα τε εἰς γνῶσιν αὐτῶν ἀφῖκτο, κρυπτόντων τῶν ἄλλων ἀγγέλων, μᾶλλον δὲ τηρούντων εἰς τὴν τοῦ Κυρίου παρουσίαν. Ἐκεῖθεν ἡ τῆς προνοίας διδασκαλία ἐῤῥύη, καὶ ἡ τῶν μετεώρων ἀποκάλυψις. *Angeli illi quibus ſuperna ſors obtigerat, delapſi ad voluptates enunciarunt arcana mulieribus & quæcunque adeorum venerunt cognitionem, cum alii celarent angeli, vel potius reſervarent in adventum Domini. Illinc profluxit doctrina providentiæ, & ſublimium rerum revelatio.* Omitto infinita aliorum † veterum teſtimonia qui Geneſ. VI. 2. in Græca verſione legerunt ἰδόντες οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ τὰς θυγα-

** Eadem verba laudat Origenes 4. περὶ ἀρχῶν in loco infra allato.

† Vide Suicerum in ἄγγελος. Pamelium paradoxo Tertullianeo I. Halloixium in vita Papiæ p. 665. Eugubinum VIII. 3. de perenni philoſophia.

γαλέρας τῶν ἀνθρώπων ὅτι καλαί εἰσιν, quomodo legit etiam Philo libro de Gigantibus & Josephus lib. I. Antiqv. c. 4. πολλοὶ ἄγγελοι Θεῷ γυναιξὶ συμμιγέντες ὑβρισὰς ἐγέννησαν παῖδας. Sed in recognitionibus tributis Clementi Romano lib. I. c. 29. ex versione Rufini: *Homines justi qui Angelorum vixerant vitam, illecti pulchritudine mulierum* &c. Ita & Chrysost. in Genes. VI. homil. 22. rejiciens illas de Angelis quas vocat μυθολογίας.

Origenes V. contra Celsum † *p.* 267.

Πολλῷ γὴ πλέον ἀ προσεῖσεν ἄπερ ἔοικε θηρεύσας ἀπὸ τῶν ἐν τῷ Ἐνὼχ γεγραμμένων τεθεικέναι ὁ Κέλσος — — Πάνυ δὲ συγκεχυμένως ἐν τῇ περὶ τῶν ἐληλυθότων πρὸς ἀνθρώπους ἀγγέλων ἐξετάσει τίθησι τὰ ἀτρανώτως ἐλθόντα εἰς αὐτὸν ἀπὸ τῶν ἐν τῷ Ἐνὼχ γεγραμμένων, ἅττινα δὲ αὐτὰ φαίνεται ἀναγνὰς, δὲ γνωρίσας ὅτι ἐν ταῖς ἐκκλησίαις δ' πάνυ φέρεται ὡς θεῖα τὰ ἐπιγεγραμμένα Ἐνὼχ βιβλία, ὅθεν νομισθείη ἂν ἐρρῆφθαι τὸ ὁμῶ ἑξήκοντα ἢ ἑβδομήκοντα

Multo autem minus admitteret (*Apelles*) quæ (*Celsus*) adducit ex libro Enochi non intellecto — — Quanquam hic valde confuse calumniator loquitur, in hac disquisitione de angelis missis ad homines, ut qui obscure inaudivit nescio quid ex Enochi scriptis, quæ nec legisse videtur, nec scire quod neutiquam pro divinis in Ecclesia habentur libri Enochi nomine inscripti, unde videtur sumtum, Angelos sexagenos aut septuagenos

† *Grotius ad Epist. Judæ, librum quo usus fuit Celsus, putat dictum fuisse* Ἀποκάλυψιν Ἐνὼχ, quia Æthiopes jactant librum hoc titulo, de quo infra.

κοντα καταβεβηκέναι κακὰς γενομένους. descendiſſe, eosque malos redditos.

Idem Origenes libro IV. περὶ ἀρχῶν cap. ult. ex verſione Ruffini.

Sed & in libro ſuo Enoch ita ait: Ambulavi usque ad imperfectum. *Quod ipſum puto poſſe ſimiliter intelligi, quod ſcilicet ambulaverit mens Prophetæ perſcrutans & diſſerens ſingula usque quo ad principium veniret illud in quo imperfectam materiam absque qualitatibus pervidet, ſcriptum namque eſt in eodem libello, dicente Enoch:* Univerſas materias perſpexi (apud Clementem Alex. καὶ εἶδον τὰς ὕλας πάσας) *Quod utique ita ſentitur, quaſi omnes materiæ diviſiones pervidi, quæ ab una in ſingulas quasque diruptæ ſunt ſpecies, id eſt hominum vel animalium, vel Cœli vel Solis, vel omnium quæ in hoc mundo ſunt.*

Idem Origenes in Numeror. XXXIV. homil. 28.

Qui fecit multitudinem ſtellarum, ut ait Propheta, omnibus eis nomina vocat. De quibus quidem nominibus plurima in *libellis* qui appellantur *Enoch* ſecreta continentur & arcana: ſed quia libelli ipſi non videntur apud Hebræos in auctoritate haberi, interim nunc ea quæ ibi nominantur, ad exemplum vocare differemus, ſed ex his quæ habemus in manibus, de quibus dubitari non poteſt, rerum proſequamur imaginem.

Idem lib. I. περὶ ἀρχῶν cap. 3.

Nam & in eo libro qui Paſtoralis dicitur de angeli

geli positione quem Hermes conscripsit, ita refertur: *Primo omnium crede quia unus est DEUS qui omnia creavit atque composuit: qui cum nihil esset prius, fecit omnia, qui est omnia capiens, ipse vero a nemine capitur.* Sed & in *Enoch* libro his similia describuntur.

Idem Tomo VIII. in Johannem p. 132, edit. Huetii.

Ἰωρδάνης μὲν ἑρμηνέυεται καταβάσεις αὐτῶν. τούτῳ δ' ἴν' ὅτως εἴπω, γενιᾷ τὸ ὄνομα Ἰαρέδ, ὃ καὶ αὐτὸ ἑρμηνέυεται καταβαίνων, ἐπειδήπερ γεγέννηται τῷ Μαλελεὴλ, ὡς ἐν τῷ Ενὼχ γέγραπται, εἴ τῷ φίλον ἀποδέχεσθαι ὡς ἅγιον τὸ βιβλίον. Ταῖς ἡμέραις τ' τῶν Θεοῦ καταβάσεως ἐπὶ τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων, ἥνπερ καταβάσιν αἰνίσσεσθαί τινες ὑπειλήφασι τὴν τῶν ψυχῶν κάθοδον ἐπὶ τὰ σώματα, θυγατέρας ἀνθρώπων τροπικώτερον τὸ γηΐνον σκῆνος λέγεσθαι ὑπειληφότες.

Jordanus interpretatur *descensus ipsorum*, huic autem ut ita dicam vicinum est nomen Jared, quod & ipsum interpretatur *descendens*, quoniam genitus est Malaleeli, ut in *Enoch* est scriptum, si cui placet admittere librum ut sanctum, his diebus cum filii DEI descenderent ad filias hominum: quo descensu quidam suspicati sunt innui animarum ad corpora descensum, filias hominum metaphorice terrenum habitaculum dici existimantes.

Anatolius Alex. in Canonibus Paschalibus apud Eusebium VII. ult. Historiæ Eccles. p. 287.

Τῷ δ' τὸν πρῶτον παρ' Ἑβραίοις

Cæterum primum

Ἑβραίοις μὴνα τὸν ἰσημερίαν εἶναι, ὡς ἔξ ἁλιχὰ καὶ τὰ ἐν τῷ Ἐνὼχ μαθήματα.

menſem apud Hebræos circa æquinoctium incipere, manifeſte convincitur vel ex iis quæ in libro Enoch leguntur.

S. Hilarius in Pſal. CXXXII. 3.

Hermon mons eſt in Phœnice, cujus interpretatio anathema eſt, quod enim nobis anathema nuncupatur, id Hebraice Hermon dicitur. Fertur autem id de quo etiam neſcio cujus liber exſtat, quod Angeli concupiſcentes filias hominum, cum de cœlo deſcenderent, in hunc montem maxime convenirent excelſum.

Commentarius Hieronymo tributus in eundem Pſalmi locum.

Legimus in quodam libro Apocrypho, eo tempore quo deſcendebant filii Dei ad filias hominum, deſcendiſſe illos in montem Hermon, & ibi iniiſſe pactum, quomodo venirent ad filias hominum & ſibi eas ſociarent. Manifeſtiſſimus liber eſt, & inter Apocryphos computatur, & veteres interpretes de iſto locuti ſunt, nonnulla autem nos diximus non in auctoritatem ſed in commemorationem. Legi in cujusdum libro (*Origenis in Joh.*) de iſto libro Apocrypho ſuam hæreſim confirmantis. Quid enim dicit? Filii, inquit, Dei qui de cœlis deſcendebant, venerunt in Hermon & concupierunt filias Hominum, Angeli, inquit, ſunt de cœleſtibus deſcendentes & animæ quæ deſideraverunt corpora.

S. Hie-

S. Hieronymus in Catalogo S. E. c. 4.

JUDAS frater Jacobi parvam quidem quæ de ſeptem Catholicis eſt Epiſtolam reliquit. Et quia de libro Henoch qui Apocryphus eſt in ea aſſumit teſtimonium, à plerisque rejicitur: tamen auctoritatem vetuſtate jam & uſu meruit, & inter ſanctas ſcripturas computatur.

Idem in cap. 1. Epiſt. ad Titum.

Qui putant totum librum debere ſequi eum qui libri parte uſus ſit, videntur mihi ex Apocryphum Enochi, de quo Judas in Epiſtola ſua teſtimonium poſuit, inter Eccleſiæ ſcripturas recipere, & multa alia quæ Apoſtolus Paulus de reconditis eſt locutus.

S. Auguſtinus lib. XV. de C. D. cap. 23.

Omittamus igitur earum ſcripturarum fabulas quæ apocryphæ nuncupantur, eo quod earum occulta origo non claruit patribus, à quibus usque ad nos autoritas veracium ſcripturarum certiſſima & notiſſima ſucceſſione pervenit. In his autem apocryphis, etſi invenitur aliqua veritas, tamen propter multa falſa nulla eſt canonica autoritas. Scripſiſſe quidem nonnulla divina Enoch illum ſeptimum ab Adam, negare non poſſumus, cum hoc in Epiſtola canonica Judas apoſtolus dicat. Sed non fruſtra non ſunt in eo canone ſcripturæ, qui ſervabatur in templo Hebræi populi ſuccedentium

diligentia ſacerdotum. Cur autem hoc, niſi quia ob antiquitatem ſuſpectæ fidei judicata ſunt, nec utrum hæc eſſent quæ ille ſcripſiſſet, poterat inveniri, non talibus proferentibus, qui ea per ſeriem ſucceſſionis reperirentur ritè ſervaſſe. Unde illa quæ ſub ejus nomine proferuntur, & continent iſtas de gigantibus fabulas, quod non habuerint homines patres, rectè à prudentibus judicantur non ipſius eſſe credenda, ſicut multa ſub nominibus & aliorum prophetarum, & recentiora ſub nominibus Apoſtolorum ab hæreticis proferuntur, quæ omnia ſub nomine apocryphorum, autoritate canonica diligenti examinatione remota ſunt.

Idem lib. XVIII. cap. 38.

Quid Enoch ſeptimus ab Adam? Nònne etiam in canonica epiſtola Apoſtoli Judæ prophetaſſe prædicatur? quorum ſcripta ut apud Judæos, & apud nos in autoritate non eſſent, nimia fecit antiquitas, propter quam videbantur habenda eſſe ſuſpecta, ne proferrentur falſa pro veris. Nam & proferuntur quædam quæ ipſorum eſſe dicuntur ab eis, qui pro ſuo ſenſu paſſim, quod volunt, credunt. Sed ea caſtitas canonis non recepit, non quod eorum hominum, qui Deo placuerunt, reprobetur autoritas, ſed quod iſta eſſe non credantur ipſorum.

Geor-

Georgius Syncellus a) *in Chronographia p.* 11.

Ex τῦ πρώτυ b) Βιβλίυ Ενὼχ, περὶ τῶν Εγρηγόρων.

I. Καὶ ἐγένετο, ὅτε ἐπληθύνθησαν οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, ἐγεννήθησαν αὐτοῖς θυγατέρες ὡραῖαι, καὶ ἐπεθύμησαν αὐτὰς οἱ c)

Ex libro primo Enoch, de Egregoriis.

I. Hominum verò in immensum crescente numero, filiæ natæ sunt illis speciosissimæ, in quas exarserunt E-

M 2 Εγρή-

a) Quæ sequuntur Enocho tributa fragmenta, non dubito esse ex eodem Apocrypho opere quod sub Enochi nomine legerunt Patres Ecclesiæ hactenus à me laudati, scriptum ab Helleniſta quodam Judæo antiquissimo ante Apostolorum ut videtur ætatem. Ea *Græce* primus è Syncello tuno nondum edito produxit Scaliger ad Græca Eusebii, atque exinde B. D. Aug. Pfeifferus ad calcem diſſ. de Henocho, edit. primæ. *Græce & Latine* Kircherus T. 2. Oedipi & Sgambatus in Archivis V. T. atque alia cum versione Christianus Schotanus in Historia sacra, itemque cum alia Godfridus Vockerodt ad calcem diatribæ de societatibus litterariis antediluvianis. *Latine* è Kirchero referunt Tho. Bangius in Cœlo Orientis, Heideggerus in Historia Patriarcharum, atque in Pseudo veteri testamento Rev D. Jo. Andreas Schmidius. *Gallice* Petrus Jurieu in Historia Critica rituum. Ego illa descripsi è Syncello cum Jacobi Goari versione, edito Pariſ. 1652. fol. contulique alias editiones, Scaligeri præcipue qui ex alio MS ediderat, emendationesque Clarissimi Grabii qui itidem ex Goari Syncello illa Græce & latine dedit p. 347. seq. T. 1. spicilegii Patrum.

b) Plures itaque libri fuerunt: nam & in testamento Judæ & ab Origene βίβλοι Enochi memorantur.

c) Ἐγρήγοροι vel ut apud Cedrenum ἐγρήγορες sunt vigiles. Thren IV. 14. ἐσαλεύθησαν οἱ ἐγρήγοροι αὐτῆς. Hoc nomen Angelis tributum Daniel. IV. 13. Theodotio: ἰδὼ ὁ ἐρ עיר καὶ ἅγιος ἀπ' οὐρανῦ κατέβη LXX.

Εγρήγοροι, καὶ ἀπεπλανήθησαν ὀπίσω αὐτῶν, καὶ εἶπον πρὸς ἀλλήλους, ἐκλεξώμεθα ἑαυτοῖς γυναῖκας ἀπὸ τῶν θυγατέρων τῶν ἀνθρώπων τ῀ γῆς. καὶ εἶπεν Σεμιαζᾶς d) ὁ ἄρχων αὐτῶν πρὸς αὐτούς. Φοβοῦμαι μὴ οὐ θελήσετε ποιῆσαι τὸ πρᾶγμα τοῦτο, καὶ ἔσομαι ἐγὼ μόνος ὀφειλέτης ἁμαρτίας μεγάλης. καὶ ἀπεκρίθησαν αὐτῷ πάντες, καὶ εἶπον. ὀμόσωμεν πάντες ὅρκῳ, καὶ ἀναθεματίσωμεν * ἀλλήλους, μὴ ἀποστρέψαι τὴν γνώμην ταύτην, μέχρις οὗ ἀποτελέσωμεν αὐτήν. τότε πάντες ὤμοσαν

gregori, & earum amore capti in varios errores abducti ſunt. Mutuis itaque ſermonibus ſeſe adhortantes: Eligamus, inquiunt, nobis uxores ex hominum terræ filiabus. Dixit autem Princeps eorum Semiazas: Vereor, ne hoc adimplere nolitis, & ego ſolus gravis hujus peccati reus agar. Reſpondcrunt autem eis omnes, dixeruntque: Jurejurando firmemus cuncti propoſitum hocce noſtrum,

LXX. ἰδοὺ ἄγγελοι. Aquilla & Symmachus: ἰδοὺ ἐγρήγοροι. Clemens Alex. II. 9. pædagog. ἀγγέλοις δὲ ἐγρηγόρσις καλοῦμεν. Suidas: ἐγρήγοροι ἄγγελοι, ὑοὶ Σὴθ. Hæc Scaliger ad Euſeb. Certum ordinem ſive gradum Angelorum eſſe ex Syrorum ſententia qui vigiles appellantur, notavit Cotelerius ad Conſtitutiones Apoſt. VIII. 12.

d) Scal. Σεμιεξᾶς. Judæis שמחזאי *Samchaſai*. Targum Jonathan in Geneſ. VI. 4. *Samchaſai & Azael deciderunt cœlis & erant in terra diebus illis.* R. Salomo Jarchi ad Num. XIII. 34. *Nephilim ſunt Gigantes de filiis Samchaſai & Azael qui de cœlo deciderunt tempore Enochi.* Vide Tho. Bangii Cœlum Orientis p. 32. De illo deſcenſu Angelorum Paulus Burgenſis interpretatur loca Eſ. XIV. 12. Luc. X. 18.

* Conſer Selden. IV. de jure Nat. c. 7. pag. 523.

ὤμοσαν ὁμοῦ, καὶ ἀναθεμάτισαν ἀλλήλους. ἦσαν δὲ ὅτοι ἑξηκόσιοι e) οἱ καταβάντες ἐν ταῖς ἡμέραις f) Ιαρὲδ εἰς τὴν κορυφὴν Ἑρμονιείμ ὄρους. καὶ ἐκάλεσαν τὸ ὄρος g) Ἑρμών, καθότι ὤμοσαν, καὶ ἀναθεμάτισαν ἀλλήλους ἐν αὐτῷ. καὶ ταῦτα τὰ ὀνόματα τῶν ἀρχόντων h) αὐτῶν. ά. Σεμιαζᾶς ὁ ἄρχων αὐτῶν. β'. Ατακιφ. γ'. Ακαμιήλ. δ'. Χωβαβιήλ. i) ε' Ὀζαμεμαμή ς'. Ραμιήλ. k) ζ'. Σαμψίχ. l) η'. Ζακιήλ. θ'. Βαλ-

dirisque invicem devoveamus nos, à ſententiâ, donec opere perficiatur, nusquam diſceſſuros. Juramento tunc devinxere ſe cuncti, maledictisque ſibi invicem imprecati ſunt. Erant autem hi numero ducenti, quæ in diebus Jared in montis Ermonim verticem profecti ſunt. Montem autem dixerunt Ermon, ex jurejurando, quo ſe invicem conſtrinxerunt, & ma-

e) Hunc numerum habet etiam Cedrenus. Male quidam ediderunt εἴκοσι. Nam infra poſt viginti enumeratos, additur: ὅτοι κ' καὶ οἱ λοιποὶ πάντες. De ſexagenis vel ſeptuagenis Angelis deſcendentibus mentio apud Origenem V. contra Celſum, ſupra p. 173.

f) Confer locum Origenis ex Tomo VIII in Johannem, paullo ante deſcriptum p. 175. & Epiphanii, infra nota r.

g) Hilarius ad Pſal. CXXXIII. ſupra p. 176. Cedrenus p. 10. edit. Pariſ.

h) Ex ducentis nominati viginti, δεκαδάρχας ſcilicet ſive Decanos, ut non abſurde Schotanus.

i) Scal. χαβαβιήλ.

k) In anathematiſmorum formulis, quorum apud Judæos uſus eſt, *Rumiel*. Hoc nomen reddendum etiam verſui Sibyllino lib. 2. p. 203. quem ita lege: Ἡρακιὴλ, Ῥαμιὴλ, Οὐριὴλ. Σαριὴλ, Ἀζαήλτε.

l) Scal. Σαψὶχ & Σακιήλ.

χιήλ. ι. Αζαλζήλ. m) ια'. Φαρμαρός. n) ιβ'. Αμαριήλ. ιγ'. Αναγημᾶς. ιδ'. Θαυσαήλ. ιε'. Σαμιήλ. ις'. Σαριναῖς. ιζ'. Ευμιήλ. ιη'. Τυριήλ. ιθ'. Ιωμιήλ. κ'. Σαριήλ. o)

ledictis, quibus se sponte subjecerunt. Hæc porro sunt Principum illorum nomina. 1. Semiazas princeps eorum. 2. Atarcuph. 3. Araciel. 4. Chobabiel. 5. Hosammame. 6. Ramiel. 7. Sampsich. 8. Zaciel. 9. Balciel. 10. Azalzel. 11. Pharmarus. 12. Amariel. 13. Anagemas. 14. Thausaël. 15. Samiel. 16. Sarinas. 17. Eumiel. 18. Tyriel. 19. Jumiel. 20. Sariel.

II. Οὗτοι, καὶ οἱ λοιποὶ πάντες, ἐν τῷ χιλιοστῷ ἑκατοστῷ ἑβδομηκοστῷ p) ἔτει τοῦ κόσμου ἔλαβον ἑαυτοῖς γυναῖκας, καὶ ἤρξαντο μιαίνεσθαι ἐν αὐταῖς, ἕως τοῦ καταχλυσμοῦ. καὶ ἔτεκον αὐτοῖς γένη τρία· q) πρῶτον γίγαντας μεγάλους.

II. Isti, cæterique cuncti, acceperunt sibi uxores anno mundi millesimo, centesimo septuagesimo, & ad diluvium usque in eas insanierunt. Hæ vero peperunt eis tria genera: quorum primum Gi-

m) Infra Ἐξαήλ & Ἀζαήλ. Cedreno quoque & Judæis *Azael*. Alii Uziel vel Achazel, quasi possessionem DEI dicas. Bochartus malit *Iscail* à יצק metalla fundere, quia infra Exaël dicitur docuisse homines πῶς τὰ μέταλλα τῆς γῆς καὶ τὸ χρυσίον ἐργάσωνται.

n) Scal. Φάρμαρος.

o) al. Χαριήλ.

p. In Grabii edit. per errorem calami vel typographi omissa verba ἑκατοστῷ ἑβδομηκοστῷ.

q) i. e. τρεῖς γενεὰς *tres generationes*: filiorum, nepotum & pro-

λας. οἱ δὲ γίγαντες ἐτέκνωσαν Ναφηλείμ. καὶ τοῖς Ναφηλείμ ἐγεννήθησαν Ελιούδ. καὶ ἦσαν αὐξανόμενοι κατὰ τὴν μεγαλειότητα αὐτῶν καὶ ἐδίδαξαν ἑαυτοὺς, καὶ τὰς γυναῖκας ἑαυτῶν φαρμακείας r) καὶ ἐπαοιδάς. πρῶτος Αζαὴλ, * ὁ δέκατος τῶν ἀρχόντων, καὶ ἐδίδαξεν ποιεῖν μαχαίρας, s) καὶ θώρακας, καὶ πᾶν σκεῦος πολεμικόν, καὶ τὰ μέταλλα τῆς γῆς, t) καὶ

gantes, homines procreri: Gigantes autem Naphelim procreaverunt: ex Naphelim porro Eliudæi orti ſunt. Cæterum juxta corporis eorum molem auctus eſt quoque numerus, ac ſeſe uxoresque ſuas veneficia & incantationes mutuo docuerunt. Primus Azael (*ſupra Azalzel*) in ordine Principum decimus, qui gladios,

M 4 τὸ

& pronepotum, quas diſtinguit triplici nomine Enakim, Nephilim & Eliud. Infra vocat τοὺς Γίγαντας, τοὺς νιβδήλους & υἱοὺς τῆς πορνείας. De variis Gigantum nominibus Hebraicis conſule B. D. Carpzovii diſputationes Academicas p. 154. & Alberti Voigtii Miſcellanea Biblica p. 6. ſeq.

r) Epiphanius: νῦν δὲ ἐν χρόνοις Ἰαρὲδ καὶ ἐπέκεινα φαρμακεία καὶ μαγεία, ἀστέλγεια μοιχεία τε καὶ ἀδικία. Adde Lactantium II. 16. & Juſtini ac Tertulliani loca ſupra deſcripta. Caſianum item VIII. collat. 21.

* Scal. ἐξαὴλ.

s) Ferri uſum ad Tubal Cainum, divinus ſcriptor Moyſes refert, Eutychius p. 20. ad Caini filios.

t) Zoſimus Panopolites apud Syncellum p. 13. Φάσκουσιν αἱ ἱεραὶ γραφαὶ ἤτοι βίβλοι, ὦ γύναι, ὅτι ἐστί τι δαιμόνων γένος ὃ χρῆται γυναιξίν. Ἐμνημόνευσε καὶ Ἑρμῆς ἐν τοῖς Φυσικοῖς, καὶ σχεδὸν ἅπας λόγος φανερὸς καὶ ἀπόκρυφος τοῦτο ἐμνημόνευσεν. Τοῦτο

τὸ χρυσίον πῶς ἐργάσωνται, καὶ ποιήσωσιν αὐτὰ κόσμια ταῖς γυναιξίν, u) καὶ τὸν ἄργυρον. ἔδειξεν ἢ αὐτοῖς καὶ τὸ στίλβειν, καὶ τὸ καλλωπίζειν, καὶ τοὺς ἐκλεκτοὺς λίθους, καὶ τὰ βαφικά. x) καὶ ἐποίησαν ἑαυτοῖς οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων καὶ ταῖς θυγατράσιν αὐτῶν, y) καὶ παρέβησαν, καὶ ἐπλάνησαν τοὺς ἁγίους. καὶ ἐγένετο ἀσέβεια πολλὴ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἠφάνισαν τὰς ὁδοὺς αὐτῶν. ἔτι ἢ καὶ ὁ πρωταρχος αὐτῶν Σεμιαζᾶς

thoracas, & omne bellicum inſtrumentum, & terræ metalla conflare docuit, nec non aurum & argentum quâ tractarent arte, ornatum muliebrem compoſituri: inſtruxit & oſtendit inſuper, quomodo polire, & electis lapidibus nitorem adjicere, & colores fucare poſſent. Iſta ſibi filiabusque ſuis comparaverunt filii hominum, & violato DEI mandato ſanctos in er-

ζᾶς

Τοῦτο δὲ ἔφασαν αἱ ἀρχαῖαι καὶ αἱ θεῖαι γραφαὶ, ὅτι ἄγγελοι ἐπεθύμησαν τῶν γυναικῶν, καὶ κατελθόντες, ἐδίδαξαν αὐτὰς πάντα τὰ τῆς φύσεως ἔργα. ὧν χάριν προσκεχόντες ἔξω ἢ ἀφανῆ ἔμειναν, ὅτι πάντα τὰ πονηρὰ καὶ μηδὲν ὠφελοῦντα τὴν ψυχὴν, ἐδίδαξαν τοὺς ἀνθρώπους. Ἐξ αὐτῶν φάσκουσιν αἱ αὐταὶ γραφαὶ καὶ τοὺς Γίγαντας γεγεννῆσθαι. ἔστιν δὲ αὐτῶν ἡ πρώτη ὠφέλεια χῆμα περὶ τούτων τῶν τεχνῶν. Ἐκάλεσαν ἢ ταύτην τὴν βίβλον χῆμα, ἔνθεν καὶ ἡ τέχνη χημία καλεῖται.

u) Vide Tertulliani locum ſupra adductum de cultu fœminarum, & Cyprianum de habitu virginum p. 99.

x) Verba καὶ τὰ βαφικὰ à Scaligero omittuntur.

y) al. καὶ ταῖς γυναιξὶν καὶ ταῖς θυγατράσιν αὐτῶν.

ζᾶς ἐδίδαξεν εἶναι ὀργὰς καὶ ἀπὸ τ νοὸς, z) καὶ ῥιζας βοτανῶν τ γῆς. ὁ ὕ ἐνδεκατ@ Φαρμαρὸς a) ἐδίδαξεν Φαρμακείας, ἐπαοιδίας, σοφίας, καὶ ἐπαοιδῶν λυτήρια. ὁ ἔνατ@ ἐδίδαξεν ἀστροσκοπίαν. b) ὁ ὕ τέταρτ@ ἐδίδαξεν ἀστρολογίαν. ὁ ὕ ὄγδο@ ἐδίδαξεν ἀεροσκοπίαν. ὁ ὕ ἕβδομ@ ἐδίδαξεν τὰ σημεῖα τ γῆς. ὁ ὕ ἕβδομ@ ἐδίδαξεν τὰ σημεῖα τ ἡλίυ. ὁ ὕ εἰκοστὸς ἐδίδαξεν τὰ σημεῖα τ σελήνης.

rorem inpulerunt; ac tandem perverſis juſtitiæ ſemitis ingens terram univerſam pervagata eſt impietas. Animo inſuper odia fovere, & herbarum radicibus aliis damna parare, Semiazas eorum dux aperuit: Pharmarus Princeps undecimus veneficia, incantationes, præſtigias & incantationum impedimenta: Nonus aſtrorum curſus, quartus aſtrologiam: o-

z) Verba εἶναι ὀργὰς καὶ ἀπὸ τ νοὸς puto eſſe corrupta, pro ἐνεργείας καὶ τὰς νόσυς.

a) Bocharto in Phaleg. IV. 1. Φαρμαρὸς corruptum videtur ex Φαρμακεὺς vel פרמקוס Φαρμακὸς, quo vocabulo à Græcis mutuato Hebræi veneficum ſignificant. Itaque & Hottingerus ex hac alluſione Helleniſtam Judæum Apocryphorum Henochi auctorem non minus manifeſto prodi putat, quam Hiſtoriæ Suſannæ ex verbis ἀπὸ τ σχίνα σχίσαι & ἀπὸ τ πρίνα πρίσαι, quæ Origeni objiciebat Julius Africanus.

b) Vide Clementis Alex. locum productum ſupra p. 172. ex eclogis προφητικῶν & Tatianum p. 147. Tertullianus c. 35 Apologetici: *Eadem officia dependunt & qui Aſtrologos & aruſpices & augures & Magos de Cæſarum capite conſultant, quas artes ut ab Angelis deſertoribus proditas & a Deo interdictas ne ſuis quidem cauſis adhibent Chriſtiani.*

πάντες ὅτοι ἤρξαντο ἀνακαλύπτειν τὰ μυστήρια ταῖς γυναιξὶν αὐτῶν, καὶ τοῖς τέκνοις αὐτῶν.

ctavus aëris inſpectionem: tertius terræ: ſeptimus ſolis: viceſimus Lunæ ſigna expoſuit: ſinguli denique arcana hæc uxoribus filiisque ſuis revelaverunt.

III. Μετὰ δὲ ταῦτα ἤρξαντο οἱ γίγαντες κατεσθίειν τὰς σάρκας τῶν ἀνθρώπων, καὶ ἤρξαντο οἱ ἄνθρωποι ἐλαττοῦσθαι ἐπὶ τῆς γῆς. οἱ δὲ λοιποὶ ἐβόησαν εἰς τὸν οὐρανὸν περὶ τῆς κακώσεως αὐτῶν, λέγοντες εἰσενεχθῆναι τὸ μνημόσυνον αὐτῶν ἐνώπιον κυρίου.

III. Gigantes poſtmodum carnes humanas vorare cœperunt. Hinc hominum numerus minor indies fieri, ac pene deficere viſus: tum reliqui quique tantæ nequitiæ pertæſi, vocem extulerunt in cœlum, & ſui memoriam ad Dei conſpectum deferri precati ſunt.

Idem Syncellus p. 24.

Πρὸ δὲ τούτων ἡ περὶ τῶν Ἐγρηγόρων ἀπόλουθος ἱστορία ἐκ τῆς πρώτης λόγου Ἐνὼχ ὡς καὶ συγγενεστέρα ταῖς ἡμετέραις γραφαῖς ἐκλεθήσεται, εἰ καὶ ἀπόκρυφός ἐστι καὶ ἔν τισι ἀμφίβολος, ἔχουσά πως ὧδε.

Inprimis vero exponemus quæ ex libro primo Enochi ſequitur narrationem de Egregoris, Scripturis noſtris conſentaneam, licet Apocryphum & in aliquibus incertæ fidei: Ita autem habet:

IV.

IV. Καὶ ἀκούσαντες οἱ τέσσαρες μεγάλοι ἀρχάγγελοι, Μιχαὴλ, καὶ Οὐριὴλ, καὶ Ραφαὴλ, καὶ Γαβριὴλ, c) καὶ παρέκυψαν ἐπὶ τὴν γῆν d) ἐκ τῶν ἁγίων τοῦ οὐρανοῦ· καὶ θεασάμενοι αἷμα πολὺ ἐκκεχυμένον ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ πᾶσαν ἀσέβειαν καὶ ἀνομίαν γενομένην, εἰσελθόντες εἶπον πρὸς ἀλλήλους· ὅτι τὰ πνεύματα καὶ αἱ ψυχαὶ τῶν ἀνθρώπων στενάζουσιν ἐντυγχάνοντα καὶ λέγοντα ὅτι εἰσαγάγετε τὴν κρίσιν * ἡμῶν πρὸς τὸν ὕψιστον. καὶ τὴν ἀπώλειαν ἡμῶν ἐνώπιον τῆς δόξης τῆς μεγαλοσύνης, ἐνώπιον τοῦ Κυρίου τῶν Κυρίων παντων τῇ μεγαλοσύνῃ. καὶ

IV. His auditis quatuor Archangeli magni, Michael, Uriel, Raphael & Gabriel de ſanctis cœli proſpexerunt in terram, & viſo plurimo ſanguine ſuper terram effuſo, & univerſa impietate & iniquitate cognita, regreſſi dixerunt ad invicem: Spiritus & animæ hominum ſuſpirant, dicentes: inducite ad Altiſſimum orationem noſtram, interneciónemque noſtram ad gloriam Majeſtatis, ad Dominum Dominorum omnium in Majeſtate. Tum Deum interpellantes quatuor

προ-

c) Horum quatuor Archangelorum nomina etiamnum celebria apud Judæos, ut ex Menaſſeh ben Iſraelis lib. de Creatione & aliis eorum ſcriptis conſtat. In Litania Carolina apud Jo. Mabillonium V. C. T. 2 Analect p. 682, præter Raguelem ac Tobielem diſerte invocantur hi quatuor: Michael, Gabriel, Raphaël, Oriel. In oratione Adelberti Concil. Rom. A. 745. *Precor vos & conjuro vos & ſupplico me ad vos Angelus Uriel. Raguel, Tuburl, Michael, Adimus*, (Adimis) *Sabaoc* (Sabaoth) *Tubuas, Simuel* (Simiel.)

d) Scal. ἐπὶ τῆς γῆς.

* Ita Syncellus p. 13. & 24. ſed Scal. τὴν δέησιν, quem ſequitur Grabius. Atque ita ſemel etiam apud Syncell.

προσελθόντες οἱ τέσσαρες ἀρχάγγελοι εἶπον τῷ Κυρίῳ τῶν αἰώνων· σὺ εἶ ὁ Θεὸς τῶν θεῶν, καὶ κύριος τῶν Κυρίων, καὶ Βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων, καὶ Θεὸς τῶν e) ἀνθρώπων καὶ ὁ θρόνος τῆς δόξης σου εἰς πάσας τὰς γενεὰς τῶν αἰώνων, καὶ τὸ ὄνομά σου ἅγιον καὶ εὐλογημένον εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας. σὺ γὰρ εἶ ὁ ποιήσας τὰ πάντα, καὶ πάντων τὴν ἐξουσίαν ἔχων, καὶ πάντα ἐνώπιόν σου φανερὰ καὶ ἀκάλυπτα, καὶ πάντα ὁρᾷς, καὶ οὐκ ἔστιν ὃ κρυβῆναί f) (δυνηθῇ) σὲ ἃ ἔπραξεν Ἀζαήλ, ὅσα ἐπέκρινεν, ὅσα εἰσήνεγκεν, καὶ ὅσα ἐδίδαξεν,

Archangeli dixerunt: Tu es Deus Deorum, & Dominus Dominorum, Regum Rex, & hominum Deus: Thronus gloriæ tuæ in omnes sæculorum generationes perseverat, & nomen tuum Sanctum & benedictum per omnia sæcula. Tu enim omnia condidisti, & omnium tua est potestas, cuncta tibi sunt aperta & manifesta; prospicis universa, nec est quod te possit latere. Vides quæ fecerit Azael, illata ab eo damna, invectam ab eo criminum luem, quas

e) Ita Syncellus p 24. sed p. 13. Θεὸς τῶν αἰώνων, ut paullo ante Κυρίων αἰώνων, atque infra c. 10. ὁ βασιλεὺς πάντων τῶν αἰώνων. Uti Judæis DEUS רב העולם. Vide Lud. Cappelli spicilegium ad 1. Timoth I. 17. Cæterum Θεὸς τῶν αἰώνων ex veterum quorundam sententia est *Deus Angelorum*. Ita quoque explicant Hebr. I. 2. δι' ὃν καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησε. *per quem & Angelos condidit*. Vide Grabii notas ad Irenæum p. 9. & Cotelerium ad Constitutt Apostol. VIII. 2. Alio tamen sensu noster inox, εἰς πάσας τὰς γενεὰς τῶν αἰώνων, & εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

f) Scal. ὃ κρυβῆναί σε δύναται.

ξεν,

ξειν, ἀδικίας καὶ ἁμαρτίας ἐπὶ τ῀ γῆς, καὶ πάντα δόλον ἐπὶ τ῀ ξηρᾶς. ἐδίδαξε γὰρ τὰ μυστήρια, καὶ ἀπεκάλυψε τῷ αἰῶνι g) τὰ ἐν ὑρανῷ. ἐπιῆθεύεσι τὰ ἐπιτηδεύματα αὐτῶν, εἰδέναι τὰ μυστήρια (τολμῶσιν) οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων. τῷ Σεμιαζᾶ τὴν ἐξουσίαν ἔδωκας h) ἔχειν τῶν σὺν αὐτῷ ἅμα ὄντων, καὶ ἐπορεύθησαν πρὸς τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων τ῀ γῆς, καὶ συνεκοιμήθησαν μετ' αὐτῶν, καὶ ἐν ταῖς θηλείαις ἐμιάνθησαν, καὶ ἐδήλωσαν αὐταῖς πάσας τὰς ἁμαρτίας, καὶ ἐδίδαξαν μίσητρα i) ποιεῖν,

fraudes, quæ crimina ſuper terram induxerit, artes, dolosque, quibus aridam corrupit. Secreta palam fecit, & iſta, quæ in cœlis occluſa erant, ſæculo revelavit. Genium ejus ſtudent aſſequi, & arcana quæque perſcrutari non verentur hominum filii. Omnium ſibi conjunctorum & familiarum Semiazæ contuliſti poteſtatem. Illi vero ad filias hominum terræ diverterunt, & cum eis dormierunt: polluti cum mulieribus, nihil non facinoroſum eis a-

καὶ

g) Ita Scal. & Grabius, pro quo in Syncello p. 24. τὰ ἐν αἰῶνι.

h) Scal. Οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων τῷ Σεμιαζᾷ τὴν ἐξουσίαν ἔδωκαν.

i) Ita Scal. & Goarus, qui exponit *exſe* ac ſi eſſet μισητα. Idem in MS. ſuo μίσιτρα reperit. Schotanus legit μυσητρὰ *ſcelerata*, ſed Kircherus: *inſtrumenta fornicationis*, & Vockerotus *incitamenta libidinis*. Nam Schol. Ariſtophanis & Suidas μισητίαν derivant non a μῖσος ſed a μίσγεσθαι, exponuntque τὴν εἰς τὰ Ἀφροδίσια ἀκρασίαν. Dicitur igitur μίσιτρον ut Φίλτρον.

καὶ νῦν ἰδὲ αἱ θυγατέρες τῶν ἀνθρώπων ἔτεκον ἐξ αὐτῶν υἱοὺς γίγαντας· κίβδηλα ἐπὶ τῆς γῆς k) ἐκκέχυται, καὶ ὅλη ἡ γῆ ἐπλήσθη ἀδικίας. καὶ νῦν ἰδὲ τὰ πνεύματα τῶν ψυχῶν τῶν ἀποθανόντων ἀνθρώπων ἐνστυγχάνουσι, καὶ μέχρι τῶν πυλῶν ἔ οὐρανοῦ ἀνέβη ὁ στεναγμὸς αὐτῶν, καὶ οὐ δύνανται ἐξελθεῖν ἀπὸ προσώπου τῶν ἐπὶ τῆς γῆς γινομένων ἀδικημάτων· καὶ σὺ αὐτὰ οἶδας πρὸ ἔ αὐτὰ γενέσθαι, καὶ ὁρᾶς αὐτοὺς καὶ οὐδὲν λέγεις. l) τί δεῖ ποιῆσαι περὶ τούτου;

peruerunt,& exosa quæque perpetrare edocuerunt, En insuper prolem Giganteam ex eis pepererunt hominum filiæ: tetra corruptionis labes superterram omnem grassata est, & totus orbis injustitia plenus est. En adstant Spiritus animarum hominum mortejam functorum, & ad portas usque cœli suspiria eorum pertigerunt, nec propter scelerum in terris commissorum gravitatem discedere queunt. Tu tamen, antequam fiant, illa nosti, vides, permittis, nec verbum eloqueris? Quid rei nunc agendum?

V. Τότε ὁ ὕψιστος εἶπεν, καὶ ὁ ἅγιος ὁ μέγας ἐλάλησε, καὶ ἐπεμψε τὸν Οὐριὴλ πρὸς τὸν υἱὸν ἔ Λάμεχ, λέγων· πορεύου πρὸς τὸν Νῶε, καὶ εἰπὸν αὐτῷ τῷ

V. Respondit altissimus, & Sanctus Excelsus loqvutus est: & misit Uriel ad filium Lamech, dicens: Vade ad Noe, & dic ei meo nomine: Ab-

ἐμῷ

k) Scal. addit, τῶν ἀνθρώπων.

l) Scal. hæc cum superioribus conjungit hoc modo: καὶ οὐδὲν λέγεις τί δεῖ ποιῆσαι αὐτοὺς περὶ τούτου.

ἐμῷ ὀνόματι. κρύψον m) σεαυτόν, καὶ δήλωσον αὐτῷ τέλος ἐπερχόμενον, ὅτι ἡ γῆ ἀπόλλυται πᾶσα. καὶ εἰπὸν αὐτῷ. ὅτι κατακλυσμὸς μέλλει γίνεσθαι πάσης τῆς γῆς, ἀπολέσαι n) πάντα ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς. δίδαξον τὸν δίκαιον, τί ποιήσει, τὸν υἱὸν Λάμεχ, καὶ τὴν ψυχὴν αὐτῷ εἰς ζωὴν σωτηρήσει, καὶ ἐκφεύξεται δι' αἰῶνος. καὶ ἐξ αὐτοῦ φυτευθήσεται φύτευμα, o) καὶ καθήσεται πάσας τὰς γενεὰς τοῦς αἰῶνος.

sconde temetipsum: & eventurum finem illi denuncia, quoniam terra peribit universa. Et dic ei: Totius terræ futurum est diluvium, ut è superficie terræ cuncta dispereant, & deleantur. Edoce justum filium Lamech quid agere debeat, & animam suam servabit incolumem, & per sæculum perniciem evadet. Ejus quoque industria novum germen pullulabit, & coletur, & per omnes sæculi generationes consistet.

VI. Καὶ τῷ Ραφαὴλ, εἶπεν. πορεύου Ραφαὴλ, καὶ δῆσον τὸν Αζαὴλ, χερσὶ καὶ ποσὶ συμπόδισον αὐτὸν, καὶ ἔμβαλλε αὐτὸν εἰς τὸ σκότος p) καὶ ἄνοιξον

VI. Et Raphaeli dixit: Vade Raphael, & Azaelem liga, manus & pedes ejus vinculis constringe, & in tenebras mitte; aperi deserti Du-

τὴν

m) Scal. κρύφου σεαυτόν.

n) id. ἀπολέσον πάντα ἀπὸ προσώπου τῆς ξηρᾶς.

o) Gen. IX. 20. de Noa Lamechi filio: καὶ ἤρξατο Νῶε ἄνθρωπος γεωργὸς γῆς, καὶ ἐφύτευσεν ἀμπελῶνα.

p) Scaliger, Grotius, Lud. Cappellus, Dan. Heinsius, Grabius,

τὴν ἔρημον τὴν ὄσαν ἐν τῇ ἐρήμῳ Δαδαὴλ, q) καὶ ἐκεῖ προελθεὶς βάλε αὐτὸν, καὶ ὑπόθες αὐτῷ λίθους ὀξεῖς. λίθους τραχεῖς, καὶ ἐπικάλυψον αὐτῷ σκότος, καὶ οἰκησάτω r) ἐκεῖ τὸν αἰῶνα, καὶ τὴν ὄψιν αὐτοῦ πώμασον, καὶ φῶς μὴ θεωρείτω. καὶ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως ἀπαχθήσεται εἰς τὸν ἐμπυρισμὸν ὁ πυρός. καὶ ἴασαι τὴν γῆν, ἣν ἠφάνισαν οἱ Ἐγρήγοροι. καὶ τὴν ἴασιν τῆς πληγῆς s) δήλωσον, ἵνα ἰάσωνται τὴν πληγὴν, καὶ μὴ ἀπόλωνται πάντες οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐν τῷ μυστηρίῳ ὃ ἔπον οἱ Ἐγρήγοροι, καὶ ἐδίδαξαν τοὺς υἱοὺς αὐτῶν, καὶ

dael defertum, & profectus illuc eum conjice: & ſuppoſitis ei lapidibus acutis & aſperis, induc ſuper eum tenebras, quas in æternum incolat, viſum deſuper obſtrue, nec lumen reſpiciat, ut in die judicii incendio conſumendus abducatur. Terram vero ab Egregoris corruptam ſana; plagæ cicatricem manifeſta, ut curetur hæc eorum plaga, ne arcanis ab Egregoris revelatis, quorum peritiâ poſteri eorum ſunt imbuti, & ex quibus univerſa terra operum. quæ Azael docuit, pra-

ἐρη-

biusque putant hunc locum in animo habuiſſe Judam Apoſtolum cum ſcriberet v. 6. ἀγγέλους ἀπολιπόντας τὸ ἴδιον οἰκητήριον εἰς κρίσιν μεγάλης ἡμέρας δεσμοῖς ἀϊδίοις ὑπὸ ζόφον τετήρηκεν. Similiter ante Judam, Grabio judice, S. Petrus in poſteriore Epiſt. cap. 2. verſ. 4. *cujus*, inquit, *obſcura quodammodo verba ex his Enochi bene explicantur.* Diſerte vero hæc citavit Tertullianus in locis quæ attuli ſupra p. 169.

q) Scal. Δοδοὴλ.

r) id. οἰκησάτω, rectius.

s) Scal. τῆς γῆς.

ἐρημώθη * πᾶσα ἡ γῆ ἐν τοῖς ἔργοις τῆς διδασκαλίας Αζαὴλ. καὶ ἐπ' αὐτῇ γράψον πάσας τὰς ἁμαρτίας.

VII. Καὶ πρὸς τὸν Γαβριὴλ εἶπεν πορεύου, Γαβριὴλ, ἐπὶ τοὺς γίγαντας, ἐπὶ τοὺς νοθοὺς, ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῆς πορνείας, καὶ ἀπόλεσον τοὺς υἱοὺς τῶν Ἐγρηγόρων ἀπὸ τῶν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων, πέμψον αὐτοὺς εἰς ἀλλήλους, ἐξ αὐτῶν εἰς αὐτοὺς, ἐν πολέμῳ καὶ ἐν ἀπωλείᾳ, καὶ μακρότης ἡμερῶν οὐκ ἔσται αὐτοῖς, t) καὶ πᾶσα ἐρώτησις u) οὐκ ἔσται τοῖς πατράσιν αὐτῶν, ὅτι ζήσεται ἕκαστος αὐτῶν ἔτη πεντακόσια.

vitate deserta est, omnes hominum filii funditus intereant: & omnia hucusque perpetrata scelera super eam describe.

VII. Et Gabrieli dixit: Tu Gabriel ad Gigantes, spurios, ex adulteriis ortos proficiscere: filios Egregororum à filiis hominum disperde: bellis excitatis partem eorum in sibi adversam excita, conserant invicem exercitus, ut cædibus, & mutua internecione conficiantur, resecetur diuturnior eorum vita, nec sit patribus eorum inquirendi locus: promittant sibi licet æternitatem vitæ, & ad quingentos usque annos luminis visum.

VIII. Καὶ πρὸς τὸν Μιχαὴλ εἶπεν· πορεύου Μιχαὴλ

VIII. Et Michaeli dixit: Vade Michael, Se-

* al. ἠρημώθη,

t) Haec verba: οὐκ ἔσται αὐτοῖς, apud Scaligerum desiderantur.

u) Ἐρώτησις significat votum, precationem, ut ἐρωτᾶν. petere, rogare Joh. XVI. 26. XVII. 9. 15. 20. Itaque sensus est votis parentum non responsuros eventus.

χαὴλ, δῆσον Σαμιαζᾶν, x) καὶ τὰς ἄλλας σὺν αὐτῶ, τὰς συμμιγέντας ταῖς θυγατράσι τῶν ἀνθρώπων ☞ μιανθῆναι ἐν αὐταῖς ἐν τῇ ἀκαθαρσίᾳ αὐτῶν, καὶ ὅταν καταφαγῶσιν οἱ υἱοὶ αὐτῶν, καὶ ἴδωσιν τὴν ἀπώλειαν τῶν ἀγαπητῶν αὐτῶν, δῆσον αὐτὰς ἐπὶ ἑβδομήκοντα γενεὰς εἰς τὰς νάπας τ῀ γῆς, μέχρι ἡμέρας κρίσεως αὐτῶν, μέχρι ἡμέρας τελειώσεως τελεσμοῦ, ἕως συντελεσθῇ κρίμα ☞ αἰῶνος τῶν αἰώνων. τότε ἀπενεχθήσονται εἰς τὸ χάος ☞ πυρὸς, καὶ εἰς τὴν βάσανον, καὶ εἰς τὸ δεσμωτήριον τ῀ συγκλείσεως ☞ αἰῶνος. καὶ ὃς ἂν καταχριωθῇ καὶ ἀφανισθῇ ἀπὸ ☞ νῦν μετ' αὐτῶν, δεθήσεται y) μέχρι

miazam aliosque filiabus hominum commixtos, & immunditiis eorum inquinatos vinculorum nexibus coërce; & mactati fuerint eorum filii, dilectorumque sibi stragem viderint, abduc eos in extremos terræ recessus usque ad septuaginta generationes, ad judicii eorum terminum, ad consummationis eorum finem, usque dum sæculi sæculorum judicium absolvatur. Tunc in ignis confusum chaos, in tormenta, & æterni carceris vincula rapientur: quivis autem cum eis nunc damnatus & suppliciis adjudicatus, ad consummatum usque generis eorum finem τελει-

x) Syncell. p. 11. τότε ὁ ὕψιστος ἐκέλευσε τοῖς ἁγίοις ἀρχαγγέλοις, καὶ ἔδησαν τοὺς ἐξάρχους αὐτῶν καὶ ἔβαλον αὐτοὺς εἰς τὴν ἄβυσσον, ἕως τ῀ κρίσεως.

y) Scal. βληθήσεται. MS. quo usus Goarus, δεθήσεται. Al. δοθήσεται.

τελειώσεως γενεᾶς αὐτῶν z).

compedibus vinctus concludetur.

Καὶ μεθ' ἕτερα.

Et aliis quibusdam interjectis.

IX. Καὶ νῦν οἱ Γίγαντες, οἱ γεννηθέντες ἀπὸ πνευμάτων καὶ σαρκὸς, a) πνεύματα πονηρὰ ἔσονται, τὰ πνεύματα ἐξελεύσεται ἀπὸ τοῦ σώματος τῆς σαρκὸς αὐτῶν, διότι ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων ἐγένοντο, καὶ ἐκ (τῶν ἁγίων) b) τῶν Ἐγρηγόρων ἡ ἀρχὴ τῆς κτίσεως αὐτῶν, καὶ ἀρχὴ θεμελίου. πνεύματα πονηρὰ ἐπὶ τῆς γῆς ἔσονται, τὰ πρῶτα c) τῶν Γιγάντων νεμόμενα, ἀδικοῦντα, ἀφανίζοντα, ἐμπίπτοντα, καὶ συμπα-

IX. Gigantes deinceps, à Spiritus & carnis copula procreati, erunt Spiritus nequam, Spiritus è corpore carnis suæ defectentes, eo quod ex hominibus nati sunt, & ex sanctis Egregoris ortus eorum principium ac fundamenti exordium fuit deductum: celerati Spirtus erunt super terram, inter Gigantes præcipui, hinc populabuntur, cædent, & vastabunt; illinc insi-

N 2 λαί-

z) Supra c. VI. καὶ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως ἀπαχθήσεται εἰς τὸν ἐμπυρισμὸν τοῦ πυρός. Notum est Iudæos & veteres Christianos multos in ea fuisse sententia, quod Angeli & homines reprobi tempore judicii extremi demum infernalibus flammis ustulandi serventur.

a) Scaligeri Codex addit: πνεύματα πονηρὰ ἐπὶ τῆς γῆς καλέσουσιν αὐτούς, ὅτι ἡ κατοίκησις αὐτῶν ἔσται ἐπὶ τῆς γῆς.

b) Verba τῶν ἁγίων desunt in Scal.

c) Scal. τὰ πνεύματα.

λαίσυτα καὶ ῥίπτοντα d) ἐπὶ τ̃ γῆς, καὶ ὁρόμους ποιοῦντα, καὶ μηδὲν ἐσθίοντα, ἀλλὰ ἀσιτοῦντα, e) καὶ φάσματα ποιοῦντα, διψῶντα, καὶ προσκόπτοντα. καὶ ἐξαναστήσονται τὰ πνεύματα ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, καὶ τῶν γυναικῶν, ὅτι ἐξ αὐτῶν ἐξελήλυθασι. καὶ ἀπὸ ἡμέρας καιροῦ σφαγῆς, καὶ ἀπωλείας καὶ θανάτου τῶν Γιγάντων, Ναφιλεὶμ καὶ ἰσχυροὶ τ̃ γῆς, f) οἱ μεγάλοι ὀνομαστοὶ, τὰ πνεύματα τὰ ἐκπορευόμενα ἀπὸ τ̃ ψυχῆς αὐτῶν, ὡς ἐκ τ̃ σαρκὸς, ἔσονται ἀφανίζοντα χωρὶς κρίσεως, οὕτως ἀφανίσουσι μέχρις ἡμέρας τ̃ τελειώσεως, ἕως τ̃ κρίσεως τ̃ μεγάλης, ἐν ᾗ ὁ αἰὼν ὁ μέγας τελεσθήσεται, ἐφ' ἅπαξ ὁμοῦ τελεσθήσεται.

lient, colluctabuntur, in terram prosternent, & incursibus alios impetent: absque ullo cibo victitabunt, immittent spectra, sitient ipsi, & in alios irruent. Et in filios virorum & mulierum, ceu ex iisdem prognati, insilient. A primo cædis, internecionis, & Gigantum mortis momento fiet, ut Naphilim & robusti terræ, proceres celebres, Genii ab animis suis digressi, quasi carne compacti, cuncta absque delectu devastent, hoc pacto cuncta susque deque mittent usque ad consummationis diem, ad magnum usque judicium, quo sæculum illud magnum absolvetur, & semel ac simul ultimo claudetur fine.

Καὶ

d) id. ῥιπτοῦντα. Et utrumque dicitur ῥίπτω & ῥιπτέω. ῥίπτειν de dæmone occurrit Luc. IV. 35.

e) Male Goarus σιτοῦντα.

f) Scal. οἱ ἰσχυροὶ τ̃ γ̃ς.

Καὶ αὖθις·

X. Περὶ ὄρους, g) ἐν ᾧ ὤμοσαν καὶ ἀναθεμάτισαν πρὸς τὸν πλησίον αὐτῶν, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα ἀ μὴ ἀποσῇ ἀπ' αὐτοῦ ψύχος καὶ χιὼν, καὶ πάχνη, καὶ δρόσος, ἀ μὴ καταβῇ εἰς αὐτὸ, εἰ μὴ εἰς κατάραν καταβήσεται ἐπ' αὐτὸ, μέχρις ἡμέρας κρίσεως τῆς μεγάλης. ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ καταικαυθήσεται, καὶ ταπεινωθήσεται, καὶ ἔσαι καταικαιόμενον * καὶ τηκόμενον ὡς κηρὸς ἀπὸ πυρὸς, οὕτω καταικαήσεται οἱ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ. καὶ νῦν ἐγὼ λέγω ὑμῖν ὑμῖς ἀνθρώποις· ὀργὴ μεγάλη καθ' ὑμῶν, καὶ κατὰ τῶν υἱῶν ὑμῶν, h) καὶ ἀ παύσεται ἡ ὀργὴ αὕτη ἀφ'

Et rursus.

X. A monte vero, in quo juramento sese invicem adstrinxerunt, ac ubi se diris mutuò devoverunt, nusquam deficient frigora vel nives; pruina vel ros ad diem usque judicii magni nusquam, nisi forte in perniciem, delabentur. Ardebit & deprimetur in illo tempore, horrendâ fœdabitur adustione, liquefiet ad instar ceræ, & omnes ejus fructus arescent. Nunc vero vobis filiis hominum edico; Magna vobis & filiis vestris pernicies instat: & usque ad filiorum vestrorum internecionem non deficiet.

 υμῶν,

g) Hermon supra c. 1. Cæterum quæ de rore in montem non demittendo sequitur imprecatio similis est illi 2. Sam. I. 21. quæ non ita est accipienda, ac si effectus ita revera sequi debuisset, nam & rorem pluviamque in montibus Gilboæ postea experti sunt iter facientes, & roris in monte Hermon meminit Davides Psal. CXXXIII.

* Scal. καταϊξόμενον.

h) Quæ sequuntur usque ad καὶ ἀπολῶλεια, in Scal. desiderantur.

ὑμῶν, μέχρι καιροῦ σφαγῆς τῶν ἡμῶν ὑμῶν. καὶ ἀπολοῦνται οἱ ἀγαπητοὶ ὑμῶν, καὶ ἀποθανοῦνται οἱ ἔντιμοι ὑμῶν ἀπὸ πάσης τῆς γῆς ὅτι πᾶσαι αἱ ἡμέραι τῆς ζωῆς αὐτῶν ἀπὸ τοῦ νῦν ἐπὶ μὴ ἔστονται πλείω τῶν ἑκατὸν εἴκοσι ἐτῶν· i) καὶ μὴ δόξητε ἔτι ζῆσαι ἐπὶ πλείονα ἔτη ἃ γὰρ ἔστιν ἐπ' αὐτοῖς πᾶσα ὁδὸς ἐκφεύξεως ἀπὸ τοῦ νῦν λέλοιπε τὴν ὀργήν, ἣν ὠργίσθη ὑμῖν ὁ βασιλεὺς πάντων τῶν αἰώνων. μὴ νομίσητε ὅτι ἐκφεύξησθε ταῦτα.

Dilecti veſtri peribunt, & præcipuo honore digniores habiti tollentur è terrâ: eo quod ab hoc momento dies vitæ eorum non niſi centum & viginti annorum ſint futuri: diuturniorem vitam ne vobis ipſis policeamini; à data ſiquidem hoc momento ſententia nullus defenſionis aut effugii dabitur locus, propter iram, qua ſæculorum omnium Rex motus eſt, à qua deflectendi ſpes vana eſt & fallax.

Καὶ ταῦτα μὲν ἐν τῷ πρώτῳ βίβλῳ τοῦ Ενωχ περὶ τῶν Ἐγρηγόρων.

Et hæc quidem ex primo libro Enoch, de Egregoris.

Idem Syncellus p. 32. ex Alexandro Polyhiſtore.

Παραλαβόντας ἀπὸ τοῦ τετάρτου τῶν Ἐγρηγόρων ἄρχοντας χωραβιὴλ τὸν τοῦ ἡλίου ἀναπυκλουμενικὸν μέτρον εἶναι ἐν ζῳδίοις δώδεκα, μοίραις τριακοσίαις ἑξήκοντα.

A quarto Egregororum Principe Chorabiele edoctos, menſuram periodi Solis abſolvi per duodecim ſigna gradibus trecentis & ſexaginta.

Idem

i) Sic multi Judæi & Chriſtiani interpretati ſunt verba Geneſ. VI. 3. *& erunt dies eorum centum & viginti anni.*

Idem Syncellus p. 33.

Ἐν τῷ ἑκατοστῷ ἑξηκοστῷ ἔτει τοῦ Ἐνὼχ ὅπερ ἦν κοσμικὸν ἄστρον καὶ ἐπίλοιπον τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ ὁ ἐπὶ τῶν ἄστρων Ἀρχάγγελος Οὐριὴλ ἐμήνυσε τῷ Ἐνὼχ τί ἐστι μὴν καὶ τροπὴ καὶ ἐνιαυτός, ὡς ἐν τῇ βίβλῳ τοῦ αὐτοῦ Ἐνὼχ φέρεται, καὶ τὸ ἔχειν τὸν ἐνιαυτὸν πεντήκοντα δύο ἑβδομάδας, καὶ ὅτι ἐτῶν ἄστρ' γίνονται ἡμερῶν μὲν μυριάδες μς' καὶ θτυι, ἑβδομάδων δὲ μυριάδες ς' καὶ ζνς' ἐν αἷς ὅτε μὴν, ὅτε τροπαὶ ὅτε ἐνιαυτοὶ ὅτε τὰ τούτων μέτρα τοῖς ἀνθρώποις ἐγνώσθησαν.

Anno Enochi 165. à Mundi conditu 1286. Conditoris omnium DEI nutu quid menſis, quid Solis converſio, quid annus, Archangelus Uriel aſtris præpoſitus Enocho revelavit, ut in libro ipſius Enoch habetur, & quod annus conſtat hebdomadibus duabus & quinquaginta: & quod anni 1286. conſtant myriadibus dierum quadraginta ſex, & 9390: hebdomadum vero myriadibus ſex & 7056. in quibus neque menſis ambitus, neque Cœli Solisve converſio, neque annorum numerus, neque horum ratio & menſura hominibus innotuerant.

LXIII. Recentium Virorum doctorum quædam de libro Henochi & teſtimonio S. Judæ Apoſtoli judicia.

Joſephus Scaliger ad Graca Euſebii p. 405.

ATque hæc hactenus ex primo libro Enoch commentitio, quæ omnia plusne otii Judæis ut confingerent, an mihi patientiæ ut de-

deſcriberem ſuperfuerit, equidem ſtatuere non poſſum. Tot enim ſunt in illis quorum piget, tædet pudetque, ut niſi ſcirem Judæorum eſſe mentiri, neque nunc eos illas nugas deſinere poſſe, ne digna quidem cenſuiſſem quæ legerentur. Sed quia ex Hebraiſmo converſa ſunt, ut etiam mediocriter Hebraice perito conſtare poteſt, & vetuſtiſſimus eſt liber, & à Tertulliano ex eo quædam adducuntur quæ huc alludunt, & quod caput eſt, locus qui in Epiſtola Judæ de Angelis prævaricatoribus producitur, manifeſto ex hoc fragmento * excerptus eſt, malui tædium deſcribendi devorare, quam committere, ut illis benevoli Lectores diutius carerent.

Hugo Grotius ad Epiſtolam Jude v. 14.

Solebant Rabbini & Angelis & viris magnis tribuere ea dicta quæ dixiſſe poterant. Ea vero verba quæ hic citantur ut Carpocratianis bene convenientia reperiebantur in libro qui dicebatur Ἀποκάλυψις Ἐνὼχ, quo uſus eſt Celſus, & particulam ex eo produxit quam habes apud Origenem contra Celſum libro V. inde etiam ſumſit Irenæus IV. 30. Tertullianus inde hauſit — —— Clemens Alex. in excerptis indidem citat — — — Judæi ei libro fidem tribuebant, nam citatur in Zohar. Habuit Georgius Syncellus librum Græcum eo nomine, unde nobis partem ſatis magnam dedit Joſephus Scaliger in doctiſſimis ad Euſebium notis, in qua & illa ſunt de artibus, quas homines An-

* Vide quæ notavi ſupra p. 191. 192.

Angelorum miniſterio acceperint. Credo initio librum fuiſſe exiguum. ſed cum tempore quemque ea quæ voluit ei addidiſſe, ut in libris illis abſtruſioribus factum eſt ſæpe.

Guil. Cavens in Vita S. Jude Apoſtoli. c. 5.

Quæ de Henocho Judas in ſua Epiſtola refert, non plane neceſſe eſt ex libro Apocrypho petita eſſe, potuit enim illa accipere ex prophetia, cujus fama ad ejus tempora propagata fuit, vel â ſancto Spiritu ſingulariter ipſi atque immediate * revelatam ſcripto ſuo inſerere. Sed fac eum ex libro ſub Enochi ambulante nomine iſta hauſiſſe, neutiquam tamen hoc vel tantillum fidei vel auctoritati Epiſtolæ ejus detrahere poteſt. Neque enim omnia falſa eſſe oportet quæ in libro Apocrypho ſeu haud Canonico leguntur. Neque exinde quod teſtimonium ex libro aliquo affert Apoſtolus, reliqua omnia ab eo probari vel pro veris haberi colligas, quemadmodum nemo dixerit Paulum omnia quæ in Ethnicis Poëtis exſtant probare voluiſſe quando unam alteram ve ſententiam Menandri, Arati, Epimenidis ſubinde allegavit. Ac ſane Judas Apoſtolus, ſiquidem ex libro illo teſtimonium repetiit, prudenter hac in parte ſe

* Hanc ſententiam ideo parum veriſimilem duxerim, quod teſtimonium cum minore fructu allegatur, quando ſoli ſcriptori non etiam aliis conſtat, illa dicta vel ſcripta eſſe ab eo, cujus auctoritate ſcriptor utitur. Igitur longe eſt credibilius de teſtimonio Henochi tum temporis inter Judæos rem fuiſſe notiſſimam, ſive quod conſtanti traditione ita eſſent perſvaſi, ſive ex libro aliquo edocti.

gesſit & oportune prorſus illo uſus eſt, ſiquidem Epiſtola ſua imprimis oppugnat Gnoſticos, qui præ cæteris ad traditiones ſcriptaque Apocrypha provocabant, ac forte hunc ipſum Enochi librum propugnandis impiis ſuis dogmatibus prætexebant. Atque idem ſentiendum de altero hujus Epiſtolæ loco, in quo de concertatione Archangeli Michaelis & Diaboli ſuper ſepultura corporis Moſis memoratur; de qua in tota S. Scriptura ne γρὺ quidem, communiter autem creditur Judam hoc accepiſſe è libro Judaico פטירת משה *liberatio Moſis*, cujus etiam Patres quidam Græci ſub titulo ἀνάλημψις Μώσεως mentionem faciunt. Nec magis mirandum hoc factum à Juda, quam quod Paulus Magos qui ſe Moſi oppoſuerunt memorat duos Jannem & Jambrem, quos & ipſos neceſſe eſt vel ex certa traditione vel ex libro haud Canonico hauſiſſe, ſiquidem in Hiſtoria Moſaica de illis altum ſilentium. Utcunque autem fuerit, & undecunque illa habuerit Judas, ſufficit nobis â S. Spiritu illa conſignata ut veriſima, atque Canonicis litteris inſerta eſſe.

Joannes Erneſtus Grabe in notis ad Spicilegium Patrum Tom. I. p. 345.

Neque Judas Apoſtolus, ad cujus Teſtimonium Tertullianus provocat, libros Enochi Canonicos fecit, dum quandam ex iis prophetiam de adventu Domini ad judicium allegavit; ſed eo ipſo ſolum declaravit, non omnino noxios eos fuiſſe, ſed quædam vera iis contineri, quæ ipſe ſancto Spiritu

tu repletus bene discernere potuit, uti Origenes Prologo Homil. in Canticum bene observavit. Cæterum & id inde colligitur, libros Enochi non à Christianis demum confictos esse, sed aliquamdiu ante ævum Apostolicum extitisse. Atque hoc probatur insuper ex eo, quod antiquus auctor libri Zohar Apocrypho Enoch usus sit, teste Rabbi Menachem Recanatensi, qui Seculo XIII. æræ Christianæ vixit, in ביאור על התורה i. e. *Explicatione legis Mosaicæ*, fol. 30. col. 1. edit. Venetæ 1545. & ipse Menachem Enochum passim citaverit: qui utrique id minime feciſſent, si librum istum à Christianis scriptum putassent. Validissimè autem hoc confirmatur exinde, quod Alexander Polyhistor, apud Eusebium Lib. IX. de Præparat. Evangel. c. 17. p. 419. C. testetur, Eupolemum de Enocho scripsisse. Τοῦτον εὑρηκέναι πρῶτον τὴν Ἀστρολογίαν, οὐκ Αἰγυπτίους — Ἕλληνας δὲ λέγειν τὸν Ἀτλαντα εὑρηκέναι Ἀστρολογίαν. εἶναι δὲ τὸν Ἀτλαντα τὸν αὐτὸν καὶ Ἐνώχ, *Eum primum invenisse Astrologiam, non autem Ægyptios — & Græcos quidem Atlantem Astrologiæ inventorem facere, sed Atlantem illum ipsum Enochum fuisse.* Quod Eupolemum ex libro Enochi didicisse, dubitare me non sinunt verba Georgii Syncelli p. 33. *Anno à mundi creatione* 1286. *Dei omnium dominatoris nutu, quid mensis, quid solis conversio, quid annus*, &c. *Archangelus Uriel astris præpositus Enocho revelavit, ut in ipsius Enochi libro legitur*, quæ Græce ita se habent: Ἐν ἔτει ͵αβπς΄ καὶ ἐπιτροπὴν ϛ΄ ἐπὶ πάντων Θεοῦ ὁ ἐπὶ τῶν ἄστρων ἀρχάγγελος Οὐριὴλ ἐμήνυσε τῷ Ἐνὼχ, τί ἐστι μὴν, καὶ τροπὴ, καὶ ἐνιαυτὸς, ὡς ἐν τῇ βίβλῳ τοῦ αὐτοῦ Ἐνὼχ φέρεται. Atqui Ale-

Alexander Polyhiſtor integro fere ante Chriſtum natum ſeculo ſcripſit, ante hunc vero aliquamdiu floruit Eupolemus, cujus ætatem haud exacte ſcimus. — Enochi libros integros penes Scaligerum extitiſſe, in Electis Scaligeranis p. 283. in voce Nazaretanus lego quidem, ſed non credo.

Brianus Waltonus prolegom. Bibl. 2. §. 7.

Enochum prophetaſſe, ejusque prophetiæ partem Apoſtolorum temporibus extitiſſe, ex Epiſtola Judæ certum eſt: ſine ſcriptura vero tot annorum millibus conſervatam fuiſſe, nullo modo probabile videtur.

Rich. Simon lib. III. Hiſt. Criticæ c. 21.

Immo probabilius eſt Enochum nullum unquam librum compoſuiſſe, ſed ejus verba tantummodo Judam allegaſſe, quemadmodum Judaica traditio illi tum temporis ea tribuebat, non ſecus ac Paulus Jannis & Jambris meminit ſecundum eandem traditionem. Innumeras iidem Judæi ſimiles traditiones habent, quas primis ſuis Patriarchis adſcribunt, qvorum nominibus poſtea ipſorum Doctores allegorici ac Cabbaliſtici libros dein vulgarunt, fabulis & gerris plenos. Quæ res nihil vetat quominus multa vera iis inſint, quæ quidem à falſis ſolus DEI Spiritus jam diſcernere poſſit.

Idem Simon notis ad verſionem Gallicam N. T. Epiſt. Judæ v. 14.

C' eſt d' eux qu' Enoch a prophetiſé) comme dire, a écrit, etant inſpiré de Dieu, en ſorte que S. Jude cite

cite un veritable livre attribué à Enoch, & que quelques Juifs regardoient comme un livre divin. Il nous reſte encore aujour d' hui de longs fragmens de cet ouvrage, qui eſt rempli de fables & de viſions, ayant été fort corrumpu dans la ſvite.

B. D. Auguſtus Pfeifferus Exerc. de Henocho cap. IV. §. 8.

Sed quid tandem dicemus de Prophetia Henochi, cujus diſertam mentionem facit Judas? Tria cogitari poſſunt. 1. Citaſſe Apoſtolum librum quemdam tum exſtantem, ſive ab Henocho profectum, ſive ab alio ſub ejus nomine vulgatum 2. Henochi Prophetiam per Παράδοσιν usque ad tempora Apoſtoli eſſe propagatam. 3. Apoſtolum Henochi verba ex ſingulari revelatione divina habuiſſe. Primum poſt alios aſſumit Scaliger, qui cenſet Apoſtolum fragmentum de Egregoris allegaſſe. Ita & Greg. Primaticcius Comment. in Epiſt. Jud. p. 167. Verum ne plura huc accerſamus, verba ab Apoſtolo adducta in fragmento de Egregoris non exſtant. Secundum placet Mich. Medinæ de recta in DEum fide lib. 6. c. 24. Joanni Mario Scribonio ſerm. 17. in Epiſt. Judæ p. 259. & aliis, qui hic urgent Prophetiam iſtam tanquam rem inter eos, ad quos Judas ſcribit, notam & celebrem propoſitam fuiſſe, id quod tamen e verbis Apoſtoli colligere non licet. Nos in poſtremo ſimpliciter acquieſcimus. * Recte clariſſ. Bangius p. 94.

* Probat hanc ſententiam quoque B. Calovius in Bibliis illuſtratis & Sam. Pomarius ad hunc Epiſt. Judæ locum p. 378.

94. Cœli Orientis, *Judæ viro ducto à Spiritu Dei non opus fuit ad scripta antediluviana aut traditiones recurrere, quippe qui gaudebat extraordinariâ & extemporali scribendi & loquendi promtitudine, atque ipsius Spiritus S.* ὑπομνήσει καὶ διδάξει. Quomodocunque ergo alias Prophetia ista propagata sit, *id tamen*, ut appositè B. D. Dorscheus, *constat suffragio Apostolico, divinæ veritatis quasi signaturam accepisse* Cæterum è citatione Prophetiæ Henochicæ Apostolica neque istud facile confecerit quisquam, Henochum Prophetiam illam suam litteris consignasse. Non dicit Apostolus ἔγραψε sed προεφήτευσε, neque introducit Henochum γράφουσα sed λέγουσα. Sic Petrus narrat Noachum fuisse κήρυκα τῆς δικαιοσύνης 2. Epist. II. 5. Nec tamen inde illico conficitur Noachum tomos Concionum vulgasse.

Hermannus Witsius Meletem. Leidens. p. 501. seq.

Animum inducere non possum ut credam Judam ex Apocrypho Henochi libro sua desumsisse, Cujus auctorem fuisse Judæum quendam, Christianæ fidei elementis tinctum, non sine ratione Viri Clarisimi Cavius & Dodwellus opinantur, scriptionem libri ad Christianismi sæculum secundum referentes — Scaliger quod mirum ex tam futili, nugatorio, atque omni ratione Apocrypho scripto B. Judam Prophetiam hanc Henochi arcessiviisse vult. Quod mihi nullo modo fit verisimile. Non enim certe id egit Apostolus, ut sanctissimis & sapientissimis litteris suis in materia momentosissima absurdi scripti allegatione fidem & reverentiam detraheret.

At neque dicit Judas Henochum ita ſcripſiſſe, neque in libro, qui Henochi dicitur, prophetiæ hujus vel vola vel veſtigium reperitur. Imo credibile eſt Judæ ætate ſuppoſititium hunc librum ne quidem in rerum natura fuiſſe, ſed vel à putido & portentoſo neſcio quo Cabbaliſta Græcanico, vel ab hæretico, & ſciolo aliquo Chriſtum profeſſo, ſub Henochi nomine procuſum eſſe. Quod multis rationibus erudite oſtendit in Hiſtoria Patriarcharum *Heideggerus*. Celeberrimus *Coccejus* conjectat Judam ex hiſtoria Moſaica * collegiſſe. *Nam*, inquit, *prophetaſſe Henochum, ſatis conſtat ex ſacris literis. Ambulavit enim cum Deo, ergo cum Deo fecit, defectoribus ſe oppoſuit, verbis, ſine dubio, in Spiritu Sancto dictis, & opere. Nemo eſt qui credat in Deum, qui non prophetet. .... Nullus patrum credens*

* Chunmannus ita Flinsbachius libro de conjectandis extremis temporibus putavit nullum quidem de Henocho editum voce vel ſcripto vaticinium, verum hanc ejus fuiſſe realem quandam Prophetiam à Juda expoſitam, quod typus fuerit Judicii atque æternitatis poſt ſex mundi millenarios exſpectandæ. *Sicuti* nempe *mors corporalis in priores ſex patres Eccleſiæ, ſcilicet in Adam, Seth, Enos, Kainan, Mahaleel, & Jared propter peccatum efficaciter dominata eſt, in ſeptimum vero Enoch ſuam vim atque potentiam exſerere non potuit: ita quoque per ſex millia annorum quibus mundus hic ſtabit, in omnes homines dominabitur ſed in ſeptimo millenario qui initium æternæ ac cœleſti vitæ futurus eſt, amiſſo aculeo ſuo prorſus abolebitur, ideo notantur etiam ſeptimus ab Adam dicitur.* Verum enim vero ad Prophetiam quandam voce vel ſcripto ab Enoho editam reſpexiſſe Apoſtolum, vix dubitare nos ſinit, quod non modo ait προεφήτευσε, ſed etiam προεφήτευσε αὐτὸς; & προεφήτευσε λέγων.

dens promissioni in Paradiso auditæ non propheravit de Christi adventu & regno. Porro Judas talia Henochum prophetasse testatur, quæ optime & pathetice ei attribuuntur in prosopopœia. Quæ quidem non male mihi animadversa videntur: attamen non validum satis fundamentum continere, cui Judæ allegatio commode inædificetur. Nam Judas formulam prophetiæ Henocho adscribit, quæ ex Mose disci non potest. Alii denique verisimilius arbitrantur, habuisse Judam ex nota & confessa eo tempore traditione: quam veram esse Spiritu Magistro cognovit, dignamque judicavit, quam sua hac epistola consecraret æternitati. Cui sententiæ ego quoque hactenus acquiesco.

LXIV. Liber Henoch laudatus in libro Zohar, & à Manahemo Ricinensi, s. Recanatensi.

Jo. Drusius libro de Henocho Cap. 22.

LIbrum hunc hodie adhuc exstare apud Judæos, dubitare me non patitur Manahemus Ricinensis, qui eum aliquoties laudat, ut fol. 30. col. 1. & 2. *Partim sapientum Cabbalæ*, hoc est Cabbalistarum, *posteriorum scripserunt se invenisse in libro Henoch filii Jared, quum abstulisset eum DEus, arcanum hoc una cum reliquis arcanis mirabilibus. Cæterum mentio illius libri à doctoribus nostris in* Zohar, * *& secundum verba*

* Liber Zohar apud Menasseh ben Israël III. 11. de resurrect. mortuorum p. 335. *Comperimus* בספרא רחנוך *in libro Hanochi, DEum illi postquam sustulisset eum in sublime.*

verba illius libri ſcito pandiſum inferiorem partum fuiſſe à die quo creati ſunt ſpiritus juſtorum ac commorandum illic in figura ſua. Vide quoque fol. 133. col. 1. In dicto loco ſpiritus juſtorum ſunt animæ ipſorum, de quibus idem Manahemus fol. 144. col. 2. *poſt obitum juſtus intrat regnum quod vocatur hortus Eden, ſive pandiſus, & fruitur vultu Divinitatis, ibique ſunt omnes animæ, quælibet juxta facta ſua usque ad reſurrectionem mortuorum & diem judicii: poſtea merentur vitam ſæculi futuri, quæ eſt poſtrema retributio.*

LXV. Liber Henoch quem jactant ** Æthiopes.

Jobus Ludolfus in Hiſtoria Æthiopica lib. III. c. 4.

ILlud autem prorſus vanum eſt, quod *Ægidius Lochienſis* Capucinus amplisſimo viro *Peireskio* * de Prophetia *Enochi* retulit, quaſi illa Æthiopice O adhuc

me, & oſtendiſſet ei omnes theſauros ſuperiores & inferiores, monſtraſſe etiam arborem vitæ & arborem illam quam interdixerat Adamo, & vidit locum Adami in Paradiſo, in quo ſi Adamus obſervaſſet præceptum illud, vixiſſet perpetuo & in æternum manſiſſet. Sed quia non obedivit præcepto Domini ſui, ideo damno ſuo ejectus & punitus eſt. Alium locum ex Zohar producit Lud. Capellus p. 309. 313. 366. Opp. poſtum. ubi de lapſu Angelorum Aza & Azaël, ac de Nephilim ſive Gigantibus. Alium profert Sgambatus p. 127. Archivorum Vet. Teſt. quo memoratur *liber Henoch, pueri.* Ibi Sgambatus bellus ſibi videtur quod Henochum confert cum Ganymede puero rapto a Jove.

** Hugo Grotius Epiſtola 737. ad Peireſcium: *Æthiopica ex Enochi Apocalypſi fide an eadem ſint quæ in Euſebianis poſuit Scaliger, pagina notarum 244. unde deſumtus eſt ille in Epiſtola Judæ locus & alia nonnulla quibus utuntur Chriſtiani ſcriptores veteres.*

* *Gaſſend. in Vita Petresk. L. V. p. 167.*

adhuc extaret, in libro *Liber Henochi* dicto. Quo audito, insignis ille vir nullis pepercit sumtibus, donec illum librum sibi compararet; sed improbi venditores falso titulo illi imposuerunt. Nam libellus postea in Bibliothecam Cardinalis *Mazarini* translatus fuit, illiusque exordium, medium atque finem ab amico exscriptum accepimus, quæ nihil de Enocho, neque prædictionibus futurorum, sed quendam *Abba-Bahaila-Michaëlem*, autorem habebant, *de mysteriis cœli, & terræ, & de S. S. Trinitate* lucide differentem, ut in commentario Lectori ostendemus.

Idem commentario in Hist. Æthiop. p. 347.

Gassendus in vita Peireskii *de Ægidio Lochiensi Capucino*, qui in Ægypto septennium egerat, inter alia scribit: *Quandoquidem inter cætera animadvertisse se dixit* Mazapha Einok * *seu* Prophetiam Enochi, *declarantem ea, quæ ad finem usque seculi eventura sunt: librum Europæ pridem invisum, illic autem charactere ac Idiomate Æthiopico seu Abyssinorum, apud quos is fuerit servatus, conscriptum*; *ideò* Peireskius *sic fuit accensus ejus quoquo pretio comparandi studio, ut nullis parcens sumptibus, ipsum denique sui fecerit juris,* Emanavit hinc fama de hoc libro ad eruditos, qui me hortati sunt, ut omnem operam impenderem, adipiscendi specimen saltem istius libri, de quo à tot seculis, an unquam extitisset, vel cujus momenti & autoritatis esset, apud scriptores disquisitum fuerit.

Igitur & ego nullis neque sumtibus neque laboribus

* Æthiopice est *Liber Henochi*. Hottingerus hæc exposuit in sua Bibliotheca Orient. L. 3. p. 2. c. 6. p. 319.

ribus peperci, donec ſpecimen iſtius libri adipiſcerer. Primo enim quæſivi *Aquis Sextiis*, ubi noveram *Peireskium* vixiſſe: mox audito Bibliothecam ejus à *Card. Mazarino* emtam, & *Lutetiam Pariſiorum* translatam, initium & finem libri depingi curavi, perverſè depictum enucleavi, atque cum *Hottingero* communicavi, qui ea occaſione *diſſertationem* integram de hoc libro edidit. Tandem ſub finem anni 1683. ipſe Lutetiam Pariſiorum veni, atque librum hunc in *Bibliotheca Regia*, quo ex Mazariniana translatus fuerat, reperi, deaurato in volucro, tanquam egregius aliquis liber eſſet, obtectum, cum titulo: *Revelationes Enochi Æthiopice.* Sed *Henochi* non eſſe ex ipſo ſtatim titulo apparet, in quo autor libri *Babaila-Michael*, diſertè nominatur; qui ex veteribus fragmentis has quisquilias compilavit, quales nobis *Joſephus Scaliger de Egregoris è libro Georgii Syncelli*, qui etiam titulum *Enochi* habuit, publicavit. Contuli locum illius, & ibi multo plures artes, quas Angeli homines docuiſſe dicuntur, quam in fragmento Scaligeri reperi. Henochus paſſim citatur. Continet etiam peculiarem tractatum de *nativitate Henochi*, unde fortaſſis libro nomen. Verum tam craſſas ac putidas fabulas continet, ut vix legere ſuſtinuerim.

Exordium † Libri paucis hic damus:

† Hottingerus initium libri ſic refert: *In nomine Patris, Filii & Spiritus S. unici DEI. Hic eſt liber myſteriorum Cœli & terræ, qui enarrat myſteria, qui conciſe refert primum & nobiſſimum, qui recenſet myſterium omnium Creaturarum, ſicuti creatæ fuerunt quæque ſuo ordine: Quæ didi-*

In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, unici Dei.

Hic eſt liber myſteriorum cœli & terræ. Qui enarrat myſterium tabernaculi primi & poſtremi: qui recenſet myſterium omnium creaturarum, quo pacto creatæ fuerint quæque ſuo ordine. Quæ didicit *Abba Babaila-Michael, & intellexit ex Tambana-Samai.*

Angelus autem qui miſſus fuit ad eum lucidus, dixit ei: *Auſculta* (ut) *narrem tibi ab initio, & certiorem te faciam omnium rerum ſecundum ordinem earum. De myſterio Divinitatis: Non eſt Pater ante Filium, neque eſt Filius ante Patrem, neque eſt Spiritus Sanctus ante Patrem & Filium, ſed exiſtentia eorum* (eſt) *ante creationem mundi: & una eſt eſſentia eorum.* &c.

Hæc ſufficiant ad demonſtrandum non eſſe Libruм Henochi.

Sed

cit Aba Bebaila Michael, & intellexit à Tambana Baſamai. Angelus autem qui miſſus fuit ad lucidum, dixit ei: Audi narrabo tibi ab initio, & certiorem te faciam omnium, ſicuti ſequuntur rerum. De myſterio Divinitatis: non eſt Pater ante Filium, neque eſt Filius ante Patrem, neque eſt Spiritus S. ante Patrem & Filium, ſed ſunt ante creationem Mundi &c Finis libri apud eundem Hottingerum in Enneade diſſ. 1 hic eſt: *Oleo lætitiæ præ conſortibus tuis.* Præ conſortibus tuis, *inquiens, de Prophetis locutus eſt,* & Deus tuus, *inquit, propterea quod induit carnem humanam. Vidi quod Trinitatem ſuam oſtenderet per hos quoque. Et ipſe quoque Dominus noſter ait, quo oſtenderet Trinitatem ſuam: aſcendo in cœlum ad Patrem meum & ad Patrem veſtrum, & Deum veſtrum, inquit Dabid de Trinitate. Gloria ei qui facit omnes creaturas, in ſæculæ ſæculorum, Amen.*

Sed paulo poſt ſequuntur futiles & abſurdiſſimæ narrationes, ex quibus unam tantum dabimus de bello *Setnaelis* (ſic vocat Diabolum) cum *Michaele Archangelo*, ubi prolixe refert copias innumerabiles equitum, *peltariorum*, *cataphractorum*, *funditorum*, *haſtatorum* & neſcio quorum amplius. Garrit, Exercitum Michaelis bis fuſum fuiſſe ab exercitu Setnaelis, at tertio conflictu Michaelem, accepta à Deo cruce ſplendidâ, in qua ſcriptum erat: *In nomine Dei Patris, Filii & Spiritus S. unici Dei* &c. victoriam reportaviſſe,

Putidiſſima *Setnaelis* deſcripto poterit referri ad Talmudiſtarum *Behemotum* & *Leviathanem*, nec non ad Judæorum בר יוכני *Bar-Juchne* ſeu immenſum illum Gallum cœleſtem, & Arabum *avem Ruch*. Ea ſe habet prout ſequitur:

Talis autem erat creatura Setnaelis: Centenorum millium & ſeptingentorum cubitorum Angelicorum (erat) ſtatura ejus. *Caput* ejus (erat) inſtar maximi montis. Et *os* ejus erat ferè quadraginta cubitorum. *Supercilia oculorum* ejus trium dierum itinere (diſtabant). Cum vellet convertere *pupillas oculorum* ſuorum, vix ſeptem dierum ſpatio id peragebat. *Manus* habebat LXX. cubitorum: *pedes* verò Septem millium. Et *facies* ejus unius diei itinere lata erat.

Quanta fuerint reliqua membra omnia portione tanti corporis atque capitis, lectoris arbitrio æſtimanda non relinquere voluit vecordiſſimus autor, ſed ipſe ineptiſſime menſuravit, etiam turpiſſimum, quod centum cubitis longum fuiſſe fabulatur. Latine reddere nolui. Æthiopicus lector

ctor intelliget, & multum ridebit; multo magis vero indignabitur, cum Ezechielem allegari cognoverit, quasi ille testetur: *Esse angelis vcto alas* (non sex ut Seraphinis apud Esaiam) *quibus non tantummodo faciem, & manus pedesque, sed & verenda contegant.* Tam effrenis mentiendi impudentia illi est. Mox tamen subjungit non dari inter Angelos mares & fœminas. Dimensionum corporis humani gnari monstrum sibi describi putabunt, dum ista legent. Latitudinem faciei unius diei itinere facit: superciliorum vero distantiam trium. Sputum oris ejus Jordani simile dicit. Judicent jam lectores. quam pulchræ hæ sint revelationes Enochi, tam pulchro involucro, tantisque sumtibus dignæ. Libentius de stultissimo hoc libro tacuissemus, nisi jam apud tot claros viros hic illic mentio illius facta fuisset.

Cæterum an Patriarcha Enoch librum, prædictionem futurorum continentem, scripserit, ex Epistola Judæ probari nequit. Apostolus enim nullum talem librum citat, sed duntaxat προεφήτευσε Ἐνὼχ *Prophetavit Enoch* inquit; Prophetia ista vel traditione inter pios Israelitas conservari: vel post diluvium in piorum libris consignari potuit, ut memoria ejus conservaretur.

Guil. Poſtellus libro de Originibus, excuſo Baſileæ apud Oporinum 1553. 8. atque ut habet titulus ex libris Noachi & Henochi, totiusque avitæ traditionis à Moyſis alumnis ad noſtra tempora ſervatæ & Chaldaicis litteris conſcriptæ collecto cap. 2. p. 11.*

Audivi eſſe Romæ librorum Enoch argumentum, & contextum mihi à ſacerdote Æthiope (ut in Eccleſia Reginæ Sabba habetur pro Canonico libro inſtar Moſeos) expoſitum, ita ut ſit mihi varia ſupellex pro Hiſtoriæ varietate.

Hic Genebrardus lib. 1. Chronographiæ, Poſtellum ſecutus ſcripſit apud Æthiopas in regno Reginæ Sabæ exſtare Abyſſinæ linguæ quibus tradantur DEI mandata, Leges, ceremoniæque de ſacerdotio, ſacrificiis alioque divino cultu, juxta quas Noë boſtias obtulerit de animalibus mundis, non immundis, Melchiſedech libamenta, & panis propoſitionis, & primitias Abrahamus atque decimas.

LXVI. Libri triginta Enocho tributi à ſcriptoribus, Arabibus, Enochus Edris, Annachus, Atlas, Aſtronomiæ repertor. Auctor librorum de Aſtronomia. Sartorum princeps.

Beidavi in Suratam Alcorani de Maria, apud Hottingerum Hiſtor. Orient. lib. 1. c. 3. p. 22.

ENoch dictus Edris † propter multiplex ſtu-

 dium,

* Henochi librum à Guil. Poſtello repertum ſcripſit Gesnerus appendice ad Bibliothecam. Grandi etiam pecunia emtum à Jo. Pico Mirandulano, multi teſtimonio Jo. Reuchlini referunt. Adde Vockerodtum de Societatibus Eruditorum p. 170.

† Ἴδρις peritus, Græcis.

dium. Demiſit enim ei altiſſimus triginta *volumina. Refertur etiàm primus fuiſſe calamographus & Aſtronomiæ ſtudioſus.

Elmacinus apud eundem Hottingerum.

Sunt qui dicunt Enochum eſſe Edris Prophetam, ſuper quo delapſum volumen Legis ab eo denominatum, ſcientiam item aſtrorum.

Confer quæ ex Eupolemo apud Euſeb. ſupra p. 203. *ubi Enochus Græcorum Atlas & Aſtronomiæ repertor fuiſſe traditur. Nec minus quod ex Origene* p. 174. *attuli, in libris Enochi multa fuiſſe de ſtellarum nominibus, ſecretisque earum virtutibus.*

R. Gedalias in Schalſchelet Haccabalæ, ſive Catena traditionis apud Sgambatum p. 126.

Archiv. V. T.

Henochum ajunt Gentiles prophetaſſe & ſcripſiſſe aliquot libros de rebus Divinis, qui tamen non recipiuntur in ipſorum religione, & fuiſſe primum qui ſcripſerit in ſcientia Aſtronomica.

R. Salomo Sullam additamentis ad librum Juchaſin fol. 134. *col.* 2. *ſimiliter tradit Enochum libras in Aſtrologia compoſuiſſe.*

B. D. Auguſtus Pfeifferus Exerc. de Henocho c. 4.

Ex Ebræis R. Schem Tof in ספר אמונות part. 3. cap. 4. producit librum cujus auctorem Henochum facit, de cœlo ſiderumque motibus & Magica ſcientia differentem. Sic auctor Juchaſin fol. 143.

* Confer ſupra p. 31.

143. *cæpisse eum componere libros Astronomicos* ait. Ex Arabibus Aben Nephius apud Kircherum T. 1. Oedipi p. 67. *Et Adris* * *ipse Hebræis Henoch, Ægyptiis Osiris & Hermes,* † *& ipse primus fuit ante diluvium qui*

O 5 *Astro-*

* Bochartus II. 13. Geographiæ Sacræ contendit Henochum latere sub *Annacho* (alii Cannacum vel Nannacum appellant) à quo Astronomiam primum excultam tradiderunt Phryges. Idem notat nomini *Edris* (quod Theophilus Galeus in philosophia generali p. 12. confert cum Hebræo דרשן) affine esse *Duris* vel *Dyris*, quod *Atlanti* tributum accepimus. At enim sub celebrato apud Mauritanos Atlante latere Henochum pluribus persuasum fuit, ut ex Eupolemo & aliis jam annotavi. Quod vero ob Chronologicas rationes absurdum id videtur Vossio de scientiis Math. p. 136. eumque secuto Lambecio p. 133. prodromi Hist. litterar. non valde movebit eos qui facile credunt Græcos in Mythologiis suis & antiquarum originum memoriis tempora mire confudisse. Non tamen inde statim certum esse puto nullum fuisse Atlantem vel Cannacum ab Enocho diversum, quin potius præfidens ne dicam temerarium mihi videtur ob qualemcunque nominis vel instituti convenientiam ita colligere, atque omnes aliarum gentium antiquas memorias atque origines ut falsas aspernari, nisi quatenus ex Hebraicis derivatæ fuerint. Quamvis enim demus Enochum primum astrorum contemplationem homines docuisse quod ipsum non usquequaque exploratum est, hoccine impedit quo minus postea etiam apud Phryges Cannacus, & apud Mauritanos Atlas idem facere atque exinde merere potuerit, ut cœlum humeris fere diceretur?

† Confer Kircherum p. 27. & 45. Obelisci Pamphilii, apud quem tamen p. 32. Henoch *Adris primus*, Hermes *Adris secundus* atque adeo Henocho posterior dicitur ab Abenuphio. Sed plures quoque Hermetes ab antiquis tradi notum est. Abulpharajus p. 7. *Autumant Græci antiquiores Enochum esse Hermetem qui Trismegistus cognominatus est, q. d. triplicis doctrinæ auctor, quod tribus attributis essentialibus DEum descripserit, viz. existentia, sapien-*

tia

Aſtrologiam & Geometriam †† *profeſſus eſt, & primus fuit qui de ejusmodi ſcientiis diſſeruit, & qui eas ex potentia deduxit in actum, librum quoque ſcripſit in quo ſignavit doctrinam eorum. Deinde profectus eſt in Æthiopiam & Nubiam aliasque provincias, convocatisque hominibus varia docuit eos, fuitque primus qui Nilum deduxit* ** *ſuper Ægyptum.* Eſt alias Arabum traditio, ſuper Henochum demiſſos eſſe *triginta libros.* Ita Beidavius commentar. in Suratam Mariæ. Kircherus in eandem ſententiam adducit Kaab Elachabarum, qui & *ſartorum* anteſignanum conſtituat Henochum. Verba Auctoris uti transtulit Kircherus, hæc ſunt: *Fuit autem Adris, ſuper eum pax, forma ſimilis Setho, & ipſe primus qui poſt Seth Prophetam ſcriptoriam artem docuit, & fuit Adris quoque ſolitus intereſſe cultui religionis, usquedum ad maturiorem ætatem venit, qua ſupervixit ac longe præceſſit in cultu religionis omnes ſuæ ætatis homines, poſuitque eum DEUS ideo Prophetam, deduxitq; ſuper eum triginta libros, libros quoque Seth hæreditate accepit, uti & arcam in qua cadaver Adam, ſuper eum pax, & vixit labore manuum ſuarum.*

tia & vita. Arabes autem ipſum Edriſum appellant. Ac dicitur tres fuiſſe Hermetes, quorum primus fuit Hermes ille qui Suidam Ægypti ſuperioris incoluit, ac primus omnium de ſubſtantiis ſuperioribus locutus eſt, & de diluvio præmonuit, veritusque ne perirent ſcientiæ atque obliterarentur artes, pyramides exſtruxit quibus omnia artificia & inſtrumenta inſculpſit, & in iisdem ſcientiarum ordines delineavit, eas conſervatas poſteris tradere cupiens, ſecundus, Hermes Babylonius, tertius Ægyptius cujus ſermones ad filium Tatium ex originario vetuſtate exeſo exſtant apud nos lingua Syriaca.

†† Addunt quidam, & *Arithmeticam.*

** i. e. Originem Nili explicavit.

rum. Fuit autem Adris ſartor, & primus qui conſuit veſtes, & omni acus trajectione laudabat DEUM & ſanctificabat eum. Sabæos porro ſe jactare hæredes & poſſeſſores librorum Edris, Keſſæus in vitis Patrum, referente Hottingero, teſtis eſt, qui & fabulatur Abrahamum cum ciſtam Adami aperuiſſet, inter alios libros etiam reperiiſſe codicem Edris. Sed fabulas haſce ad ſuos auctores remittimus.

LXVII. Literæ ab * Henocho inventæ.

QUod Adamo & Setho alii, ut ſupra ſuo loco annotatum eſt, hoc alii Enocho tribuerunt, & litterarum repertorem eum fecerunt. *Primum calamographum* appellari eum jam ex ſcriptore Arabe percepimus. *Quasdam litteras reperiſſe*, (quaſi aliis jam ab Adamo ac Setho repertis) ſcribunt Petrus Comeſtor in Hiſtoria Scholaſtica, Theodoricus Engelhuſius, & Joannes Chraws in Chronico MS. laudatus Clariſſimo Madero in diatriba de Bibliothecis antediluvianis. Honorius Auguſtodunenſis in Chronico lib. V. imag. mundi p. 317. *Enoch vixit trecentos ſexaginta quinque annos, & translatus eſt in Paradiſum. Hic litteras reperit & libros conſcripſit.* Non mirum hinc quod perinde ut Adami ac Sethi, ſic etiam Enochi nomine certum Alphabetum jactaverunt nugivenduli, quod videre licebit apud ſcriptores ſupra p. 1. a me laudatos, ac

* Henochi nomen exponitur à Philone χεχαριτωμένος, alibi p. 264. χάρις σοι, ab Euſebio χάρις Θεοῦ p. 308. præparat. Ab Hieronymo, Eucherio & aliis veteribus *dedicatio* ἐγκαινισμός.

ac præterea in præparatione ſive Apparatu Biblico, opere luculento edito Belgice a Joanne Gœree T. 1. f. 44. ubi Abrahami itidem Alphabetum ære deſcriptum exſtat.

LXVIII. Enoch Sacerdos. Auctor formulæ Excommunicationis.

IN Conſtitutionibus Apoſtolicis VIII. 5. Enoch traditur Sacerdos fuiſſe populi DEI perinde ut Abel, Seth, Enos, Noë, Melchiſedech & Job. Nam in precibus Ordinationi Epiſcoporum præmiſſis his inter alia verbis DEUM alloquuntur: ὁ προορίσας ἐξ ἀρχῆς ἱερεῖς εἰς ἐπισασίαν λαȣ σȣ. Ἄβελ ἐν πρώτοις, Σὴθ καὶ Ἐνὼς, καὶ Ἐνὼχ, καὶ Νῶε καὶ Μελχισεδὲκ καὶ Ἰωβ. Ad officium hoc Sacerdotis pertinet quod Judæi Henochum faciunt auctorem formulæ * qua in majore excommunicatione utuntur. Formulam excommunicationis ſolennem ex Sepher Colbo p. 144. deſcripſit Seldenus IV. 7. de jure Nat. & Gentium juxta diſciplinam Hebræorum, ſed in illa pleraque temporibus Henochi longe juniora memorantur.

LXIX.

* Jo. Colerus in Vita Spinoſæ p. 31. *Les Juifs avancent que le bienheureux Enoch eſt l' Auteur de cette excommunication, & que c' eſt de lui qu' ils la tiennent, & qu' elle a paſſé jusqu' à eux par une tradition certaine & inconteſtable.*

LXIX. Judicium Auctoris Constitutionum Apostolicarum de libris Enocho, Adamo, Davidi &c. suppositis.

Libro VI. 16. * Καὶ ἐν τοῖς παλαιοῖς δὲ τινες συνέγραψαν βιβλία ἀπόκρυφα Μωυσέως, καὶ Ἐνὼχ, καὶ Ἀδὰμ, Ἡσαΐου τε καὶ Δαβὶδ, καὶ Ἠλία, καὶ τῶν τριῶν πατριαρχῶν, φθοροποιὰ καὶ τῆς ἀληθείας ἐχθρά. Τοιαῦτα καὶ νῦν ἐποίησαν οἱ δυσώνυμοι Διάβαλλοντες δημιουργίαν, γάμον, πρόνοιαν, τεκνογονίαν νόμον, Προφήτας. Βάρβαρά τινα ὀνόματα ἐγγράφοντες, ὡς αὐτοί φασιν ἀγγέλων, τὸ δ' ἀληθὲς εἰπεῖν δαιμόνων τῶν αὐτοῖς ὑπηχόντων. Ὧν ἀποφεύγετε τὴν διδασκαλίαν,

Et vero apud Veteres ** nonnulli conscripserunt Mosis, Enochi, Adami, Esaiæ, Davidis, Eliæ & trium Patriarcharum libros Apocryphos, exitiales ac repugnantes veritati. Consimiles libros nunc quoque † ediderunt inauspicati homines calumniantes creationem, nuptias, providentiam, procreationem liberorum, Legem, Prophetas, adscribentes barbara quædam nomina, scilicet, ut ipsi dicunt Angelorum, ut verum autem proferatur, Dæmonum,

* Laudatur hic locus à Timotheo Presb. lib. de iis qui ad Ecclesiam accedunt & Niceta Pectorato lib. contra Latinos, ut Coelerio jam notatum.

** Sensus esse potest etiam sub Veteris Testamenti sanctorum Virorum nominibus scripta supposita, Ut non veteres vocet auctores librorum illorum Apocryphorum, sed eos quibus hi tributi à falsariis fuerunt.

† Sub CHristi puta & Apostolorum nomine, ut jam dixerat.

λίαν, ἵνα μὴ μεταίχηται ἡ ἀμωρίας τῶν αὐτὰ συγγραψαμένων ἐπ' ἀπάτῃ καὶ ἀπωλείᾳ τῶν πιστῶν καὶ ἀμέμπτων τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ * μαθητῶν.

* al. ἰμῶν καὶ κληρονόμων.

quorum afflatu loqvuntur. Fugite doctrinam eorum, ne participes efficiamini ſupplicii parati iis qui hæc ut fallerent ac perderent fideles & inculpatos CHriſti JEſu diſcipulos (filios ac hæredes) conſcripſerunt.

Plura de Henocho ſcriptisque ei tributis dabunt præter interpretes libri Geneſeos & Epiſtolæ Judæ,

Tho. Bangius in Cœlo Orientis Exerc. 1. de libro Henochi. Hafniæ 1657. 4. p. 16--95.

Jac. Boulduc de Eccleſia ante Legem lib. 1. c. 14. qui nimium tribuit fabulis quas ſub Henochi nomine antiqui lectitarunt.

Jo. Georg. Dorsheus in auctario Pentadecadis diſſ. 1. de Prophetia Henochi p. 555. ſeq.

Jo. Druſius libro de Henocho, Franekeræ 1615. 4. & Tomo VIII. Criticor. Sacr. Angl.

Idem de quæſitis per Epiſt. 102.

Jo. Erneſtus Grabe T. 1. Spicilegii Patrum p. 344. ſeq.

Jo. Henricus Heideggerus in Hiſtoria Patriarcharum p. 267. ſeq.

Jo. Henr. Hottingerus in Enneade diſſ. Heidelbergenſium diſſ. 1. de Prophetia Henochi & in Hiſt. Orientali p. 21. ſeq.

Petrus Jurieu in Hiſtoria dogmatum rituumque ſacro-

ſacrorum ab Adamo ad CHRISTUM usque, edita Gallice Amſt. 1704. 4. part. 1. cap. 4.

Athanaſ. Kircherus Oedipi Ægypt. T. 2. part. 1. p. 69. ſeq. in Arca Noæ & in Obeliſco Pamphilio &c.

Petrus Lambecius prodromo Hiſt. litterariæ p. 8. ſeq.

Joach. Joannes Maderus de Bibliothecis antediluvianis Helmſt. 1666. p. 19, ſeq.

D. Auguſtus Pfeifferus Exerc. de Henocho Witeb. 1670. ad calcem dubiorum Vexatorum S. Scripturæ, & inter Opera Philologica junctim excuſa Trajecti 1704. 4. p. 519.

Jac. Frid. Reimmannus in Hiſtoria litteraria antediluviana, edita Germanice Halæ Sax. 1709. 8.

Joſephus Scaliger ad Græca Euſebii p. 403. ſeq.

Jo. Andreas Schmidius in pſeudo Veteri Teſtamento, Helmſt. 1707. 4. p. 19. ſeq.

Chriſtianus Schotanus in Hiſtoria ſacra T. 1. p. 83. ſeq.

Scipio Sgambatus in Archivis Vet. Teſt. editis Neapoli 1703. fol. p. 125. ſeq.

Godfrid Vockerodt in Hiſtoria ſocietatum & rei litterariæ antediluvian. Jen. 1687. 4. & Commentatione de eruditorum Societatibus Gothæ 1704. 8.

Jo. Henr. Urſinus libro de Zoroaſtre, Hermete & Sanchoniathone p. 208. ſeq. & Chriſtophorus Arnoldus in Paralipom. p. 74.

Quæ de Enocho Patriarcha dixi, in memoriam mihi revocant, ut verbo etiam mentionem faciam alterius ſed commentitii Enochi, de Arimathia, quem cum Marco Evangeliſta ferunt veniſſe in Ægyptum, & poſt ipſius martyrium vitam egiſſe in monte Carmeli. Vide Apologiam præmiſſam T. 1. Act. Sanctorum Junii p. 36. ſeq.

LXX.

LXX. Mathuſalæ Schola.

Maimonides More Nevochim part. 2. c. 39.

DIcunt ſapientes de Prophetis qui anteceſſerunt Moſen, Domus judicii ſeu præfectura juridica Eberi, domus judicii Methuſalæ, Schola Methuſalæ, licet omnes, piæ memoriæ, Prophetæ eſſent, docebant homines ad morem Concionatorum, Doctorum & præceptorum. Nec tamen dixerunt, & Dominus Deus dixit ad me loquere ad N. Atque ita ſe res habuit ante Moſen. *Nimirum*, inquit Seldenus l. 3. de Synedriis Hebr. p. 31. *non ut Moſes, Legis alicujus novæ nuncios ſe exhibuere, ſed ut Naturalis ac Divini ante recepti, uti & Humani Iuris interpretes, monitores & præceptores.*

LXXI. Mathuſalæ proverbia, Traditiones &c. Mathuſalem Tithonus.

SCipio *Sgambatus in Archivis V. T. p.* 139. Mathuſale Parentem Henoch ſtudio Religionis æquaſſe dicitur, ſapientia vero, uti ætate, ſuperaſſe. Nam pari gradu ferme eo tempore progrediebatur ſapientia atque ætas. Siquidem vitæ hominibus prorogandæ non alia erat cauſa quam ut neceſſarias Vitæ artes longo uſu excolerent atque ad perfectum educerent. Hinc ille qui ſe doctiſſimis doctiorem dicere voluit, ajebat: *ſuper ſenes intellexi.* De hoc R. Abraham Seba in libro Zeror Hammor ſive faſciculo Myrrhæ ſic ſcribit: *Mathuſale juſtus vir fuit & magnus ſapientia, quemadmodum à noſtra*

noſtræ Gentis Sapientibus traditum eſt. —— Hebræi dicunt eum anno vitæ ſuæ centeſimo expleviſſe diſcipuli vices apud Henoch parentem: in univerſum autem, pene quot annos vixit, tot edidiſſe libros ſacrarum Commentationum in Traditiones Patrum. Vetus liber Midras Abchor de eo dicit: *Docuit* ſive *innovavit nongentos Ordines Miſnæ* a) —— Eupolemus apud Euſeb. IX. 17. præparat. Ἔ ϗ Ἐνὼχ γενέαϛ τὸν Μαθθσάλαν, ὃν πάνϛα δι' Ἀγγέλων Θεῦ γνῶναι, καὶ ἡμᾶς ἐπιγνῶναι. *Enochi filium fuiſſe Mathuſalam, qui ab Angelis DEI omnia didicerit, unde cognitio ad nos promanarit.* —— Hic primus eſt cui tribuitur antiquiſſimum illud genus Philoſophiæ, quod fabulis, comparationibus & Proverbiis conſtat. Midras Abchor. ex quo Jalkut in Geneſin: *Dixerunt de Mathuſale, Juſtus erat, perfectus, & quodcunque oris ejus effatum erat parabola ſeu proverbium, & pronunciabat CCCXXX. Parabolas in Laudem DEI Opt. Max.* Quidam dicunt nomen b) ipſum huc ſpectare, nam Mathuſale transpoſitis P litteris

a) Hoc qui credat, idem etiam fidem habeat Poſtello lib. de Originibus ſcribenti infinitos Hiſtoriarum & librorum antediluvianorum theſauros latere apud Brachmanes.

b) Nomen varie ſcriptum, Methuſaël ut eſt in Hebræo, aliis Mathuſaël, LXX. Μαθθσάλα Joſepho Μαθθσάλας. aliis Mathuſalam, Mathuſalem, Matuſſalam, Matuſaleel. Explicant interpretationes Nominum Hebraicorum Origenis, Hieronymi, Eucherii, Θανάτϕ ἀπόϛολὴ, ἀπεϛαλμένϕ. *Mortuus eſt & miſit, mortis emiſſio, mortuus eſt & interrogabit.* Etiam apud Marcianeum T. 2. Hieronymi p. 260. Διὰ πρόσωπον λαλήϛας.

litteris eſt מ׳ש׳ל ת׳ח h. e. *is qui parabolice ſive allegorice philoſophatur*: Duas vero literas ת׳ח explicant תכונה חידות *Aſtronomiam & Arcana*, ſive *Sententias*. Sed hæc more Judaico leviter obſervata cenſemus. De Mathuſale autem Jalkut in Geneſin de Noë agens ita ſcribit: *Mathuſale ſapientiſſimus vir erat: Hic monuit Lamechum Parentem Noë ne nomen ejus proprium in vulgus prodi pateretur. Viri enim ejus ætatis, qua Diluvium accidit, maleſici & magi erant, qui facile potuiſſent ad ejus perniciem nomine abuti.* Quidam —— Mathuſalem *Tithonum* faciunt, tum ob ſenium, tum quia ſiderum obſervationi deditus dictus eſt auroram conjugem duxiſſe. Tum ob quorundam opinionem, qui eum pluribus annis dicunt ſuperfuiſſe c) diluvio, raptum ſcilicet aliquo, & forte ad Patrem. Euſebius * ὁ περὶ παντοδαπῆς ἱστορίας· ἔτος μακροβιώτατος, πάντων τῶν πρὸ αὐτοῦ ἀποθανόντων γέγονεν· ἔτος καθ᾽ ὅλας παλαιὰς βίβλους ὑπερέβησεν καλακλυσμὸν ἔτη ιε, ὡς ἄπορον εἶναι πῶ διεσώθη. *Hic omnium qui ante ipſum obiere diutiſſime vixit. Hic juxta omnes editiones* d) *annus*

a) Georgius Syncellus p. 114. Chron. λοιπὸν ἂν πρεπῶδες εἶναι δοκεῖ ταῖς καθ᾽ ὅλην τὴν οἰκουμένην ἑπομένοις ἱεραῖς βίβλοις ἐννεακόσια ἑξήκοντα ἐννέα λέγειν τὰ ζωῆς Μαθουσάλα, εἰ καὶ τὸν καλακλυσμὸν ὑπερβέβηκεν ἔτεσιν ιε, ὃ θεῖν κἀκεῖνον ἕως ὡς τὸν Ἐνὼχ μεθισώσαι τοῦ παραδόξως, καθ᾽ ἃς οἶδεν τρόπους καὶ τόπους. Conſer quæ viri docti ad Auguſtinum XV. 11. de Civitate Dei, & 13. & Scaligerum ad Græca Euſebii p. 403.

* Pag. 4. Chron. Græc. editionis Scaligeri.

d) Editiones verſionis Græcæ LXX. Interpretum intellige. Nam

nos quindecim poſt diluvium vixit, adeo ut incertum ſit, ubinam ſervatus ſit. Verum Hebræi fatentur eum anno ipſo diluvii mortuum. Jalkut loco citato: *In ejus morte*, inquit, *audita vox de cœlo, tanquam illic quoque funus ei conclamaretur.* R. Salomo ſeptem diebus ante diluvium ſcribit obiiſſe, quibus Noe ejus nepos eum luxerit. Velut eousque producta vita, quo longior hominibus iram DEI pœnitentiâ mitigandi opportunitas eſſet, tanquam ejus vita Salus Orbis niteretur.

LXXII. Filiorum ac Nepotum Sethi jusjurandum per ſanguinem Abelis. Cainus à Lamecho interfectus.

Eutychius Patriarcha Alex. T. 1. Annalium p. 19. ſeq.

Seth, cum ducentorum & quinque annorum eſſet, natus eſt *Enoſh*. Poſt mortem autem *Adami* ſubduxit ſe familia *Sethi* à familia *Kaini* maledicti. *Seth* ergo, aſſumptis ſecum filio primogenito *Enoſho*. & *Kainano Enoſhi* F, & *Mahlaliele Kainani*, una cum uxoribus & liberis ipſorum, traduxit in montis faſtigium, ubi ſepultus eſt *Adam, Kain* vero

P 2

Nam Hebræos Codices, quibus etiam Samaritani ſuffraganter, ſi ut par eſt ſequimur, omnis illa difficultas ceſſat atque in fumum abit, ut jam olim monuit S. Hieronymus, reperiturque Methuſalah obiiſſe ipſo diluvii anno, atque adeo paullo antequam illud ingrueret, & Lightfooti conjecturæ ſi credimus, die quadrageſimo ante quam pluviæ diluviales cadere in terram inciperent. Hoc prævidentem Henochum idem Lightfootus putat nomen impoſuiſſe filio *Met-u-she-lah* quaſi dicas: *mortuus eſt, & miſſum eſt* ſcil. diluvium.

vero, omnesque ipsius filii infra substiterunt in valle ubi occisus est *Abel*.

Coluerunt autem filii *Sethi* in isto monte puritatem & sanctimoniam, vocem Angelorum, à quibus prope aberant, audientes, unaque cum ipsis Deum laudantes & celebrantes; appellatique sunt ipsi cum uxoribus & liberis suis, *Filii Dei*. Neque erat ipsis opificium, nec seges, nec messis; sed victum præbebant arborum fœtus: nec ullus apud ipsos locus invidiæ, injustitiæ, aut mendacio; juramentum ipsorum erat; *Non, per sanguinem Abelis*. Quotidie autem fastigium montis sancti conscendentes, proni Deum adorabant, & corpus *Adami* (visendo) benedictionem captabant. Cumque jam appropinquaret *Sethi* mors, filios suos per *Abelis* sanguinem adjuravit, neminem ex ipsis de monte isto sancto descensurum, nec permissuros se ut quispiam è liberis suis ad *Kaino* maledicto prognatos migraret. Totum ergo quod vixit *Sethus* erat annorum nongentorum & duodecim. *Enosho*, cum annorum esset centum & nonaginta, natus est *Kainan*; cujus tempore conficiebant filii *Kaini* maledicti tympana, cymbala, barbita & instrumenta musica, primique ferrum & æs elaborabant, quæque ex ipsis conficiuntur omnia: tabernacula etiam fixerunt in quibus degerent. Porro anno vitæ *Enosbi* trecentesimo occisus est *Kain* maledictus, *Adami* filius, qui fratrem suum *Abelem* interfecit. Septimus enim è posteris *Kaini*, nomine *Lamech*, qui pastor fuit, sagitta, quam inter ludendum jecit, corde avi sui *Kaini* trans-

transfixo, † ipſum interfecit; *Kain* ſcilicet in nemore circumvagabatur, utpote qui conſternatus uno in loco non conſiſteret. Mortuus eſt ergo *Kain* maledictus cum annos ſeptingentos & triginta vixiſſet.

LXXIII. Deſcriptio hominum antediluvianorum & NOACHI * ad eos prædicatio ** ex Sibyllinis Oraculis lib. 1. p. 164. ſeq. edit. Pariſ.

P 3 Καὶ

† Vide quæ notavi ſupra p. 121.

* Nomen נֹחַ diverſimode ſcriptum à Græcis & Latinis repetitio, Noachus, Noah, Nocha, Noëmus, Νῶε, Joſepho ὁ Νώεος, p. 13. edit. Eduardi Bernhardi & 27. pro quo alii minus bene Νώετος vel Νῶχος. Interpretantur illud communiter *ἀνάπαυσιν requiem* vel *requieſcentem*. Philo etiam *δίκαιον* & Lexicon nominum Hebr. apud Marcianeum T. 2. Hieron. p. 265. *δικαιοσύνην*. Alii denique *conſolationem*.

** Præconem juſtitiæ vocat S. Petrus 2. Epiſt. II, 5.

Καὶ τότε δὴ γενεὴ πληθύνετο, ὡς ἐκέλευσεν
Αὐτὸς ὁ παντοκράτωρ, καὶ αὔξανεν ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ
Λαὸς ἀπειρέσιος, οἵκοις ἔνι μὲν ἐζήσκησαν
Παντοίοις, οἱ δ' αὖτε πόλεις καὶ τείχε' ἐποίουν
Εὖ καὶ ἐπισταμένως, οἷσιν πολυχρόνιον ἦμαρ
Ὥπασεν εἰς ζωὴν πολυήρατον. οἱ δὲ ἀνίαις
Τειρόμενοι θνῆσκον, ἀλλ' ὡς δεδμημένοι ὕπνῳ,
Ὀλβιοι οἱ μέροπες μεγαλήτορες, οὓς ἐφίλησεν
Σωτὴρ ἀθάνατος βασιλεὺς θεός. ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ
Ἤλιτον ἀφροσύνῃ βεβολημένοι. οἱ δ' ἀναιδῶς
Ἐξαγέλων πατέρας, καὶ μητέρας ἠτίμαζον,
Γνωτὰς δ' οὐκ ἐγίνωσκον, ἀδελφεῶν ἐπίβουλοι,
Ἦσαν δ' ἀεὶ μιαροὶ, κεκορυθμένοι αἵματι φώτων,
Καὶ πολέμους ἐποίουν. ἴση δ' αὐτοῖς ἦλυθεν ἄτη,
Τσάτη, ὑρανόθεν βεβολημένη, ἣ βιότοιο
Δεινὰς ἐξεῖλεν, τὰς δ' αὖ ὑπεδέξατο ᾅδης.
Ἀδὴν δ' αὖτε κάλεσσαν, ἐπεὶ πρῶτος μόλεν Ἀδάμῳ
Γευσάμενος θανάτου, γαῖα δέ μιν ἀμφεκάλυψε.
Τοὔνεκα δὴ πάντες οἱ ἐπιχθόνιοι γεγαῶτες
Ἀνέρες εἰν ᾅϊδαο δόμοις ἴσαν καλέοντες.
Ἀλλ' ὅτοι πάντες καὶ εἰν ᾅϊδαο μολόντες,
Τιμὴν ἔσχηκαν, καὶ ἐπὶ πρῶτον γένος ἦσαν.
Αὐτὰρ ἐπεὶ τούτοις ὑπεδέξατο δεύτερον αὖθις
Τῶν καταλειφθέντων τε δικαιοτάτων ἀνθρώπων
Ἄλλο γένος τεύξεν πολυποίκιλον, οἷς ἐμελήσει
Ἔργ' ἐραλά, παιδάς τε καλὰ, καὶ ὑπερόχους ἀοιδῶς,
Καὶ πυκινὴ σοφίη, τέχνας δέ μιν ἐζήσκησαν
Παντοίας, εὑρόντες μηχανίας ἐπιοίσας.
Καί τις μὲν γαίην ἀρότροις ἐξοῦρε γεωργεῖν,

Ἄλλος

TUm genus humanum, ſicut mandaverat ipſe
Omnipotens, magno numero creſcebat, & amplus
Fiebat populus. tunc ſcite tecta, domosque
Diverſas alii cœperunt ædificare:
Urbes & muros alii, queis, longa dabantur
Tempora vivendi: nec enim tum ſollicitudo
Mortem conflabat: placidoque ſimillima ſomno
Mors obrepebat: felices, magnanimique,
Quos Deus æternus rex & ſervator amavit.
Sed tamen hos etiam peccandi amentia cepit.
Ridebant patres, & matres dedecorabant
Turpiter, & notos non norant, fratribus ipſis
Inſidiabantur, perverſi, ſanguine pleni
Humano, neque non crudelia bella gerebant,
Exitium ſed idem divinitus abſtulit illos
De cœlo tactos, aut dura morte peremptos
Quos Orcus cepit, qui Graiis nomine dictus
Eſt ἅιδης quod eo primus deſcenderit Adam,
Vita defunctus quando eſt tellure repoſtus.
Hinc homines quotquot fuerint telluris alumni,
Infernas Orci ſedes dicuntur adire.
Et tamen hi quamvis omnes acceperit Orcus
Ad primos primi generis referuntur honores.
His terra tectis, hominum genus inde ſecundum
Extitit ex reliquis, cui non certaverit ullum
Juſtitia: fuit his, diverſis cura ſtudere
Rebus, & egregiis ſtudiis, pulchroque pudori,
Et diſciplinis variis: artesque colebant
Omne genus, mentis quas extundebat acumen,
Hic terram docuit colere: ille fabrilia primus

Αλλ' τεκταίνειν, ἀλλῳ ἢ πλέειν μεμέλητο,
Αλλῳ δ' ἀστρονομεῖν καὶ ὀνειροπολεῖν τὰ πεπεινά,
Φαρμακίη δ' ἄλλῳ, αὐτὰρ μαγικὴ πάλιν ἄλλῳ.
Αλλοι δ' ἄλλα ἕκαστα μεμηλότε τεχνώοντο,
Γρήγορσι ἀλφηστῆρες, ἐπωνυμίης μετέχοντες
Ταύτης, ὅτι φρεσὶν ἀκύμαντον νόον εἶχον,
Απλητόν τε δέμας, σιβαροὶ μεγάλοι τ' ἐπὶ εἴδει.
Ησαν ὁμῶς, ἔμολον δ' ὑπὸ ταρτάριον δόμον, αἰνὸν,
Δεσμοῖς ἀρρήκτοις πεφυλαγμένοι ἐξαπολῖσαι,
Εἰς γέενναν μαλερὸν λάβρῳ πυρὸς ἀκαμάτοιο.
Τῶν δὴ καὶ μετέπειτα πάλιν γένος ὀμβριμόθυμον,
Εξιφάνη τριτάτον γε ὑπερφιάλων ἀνθρώπων,
Δεινῶν, οἱ κακὰ πολλὰ ϖ̃δὲ σφίσιν ἐξεπονεῖτο,
Καὶ τὰς δ' ὑσμίνη τ', ἀνδροκτασίαι τε, μάχαι τε
Ξυνεχέως ὤλεσκον, ὑπερβιον ἦτορ ἔχοντας.
Εκ τῶν δὴ μετὰ ταῦτα καλήλυθεν ὀψιτέλεστον,
Οπλότατον γένος ἄλλο, μιαιφόνον, ἀκριβόβλαν,
Ανδρῶν ἐν τετάρτῃ γενεῇ, οἱ πολλὰ χέεσκον
Αἵματα, ἕτε θεὸν δειδιότες, ἕτ' ἀνθρώπους
Αἰδόμενοι. μάλα γὰρ τοι ἐπ' αὐτοῖσιν βεβόλητο
Οἰστρομανὶς μῆνις, καὶ δυσεβὴς ἀλεγεινή.
Καὶ τὰς μὲν πόλεμοί τ', ἀνδροκτασίαι τε, μάχαι τε
Εἰς ἔρεβος προΐαψαν, οἱ ζυγὸς περ ἐόντας
Ανδρας δυσεβέας. τὰς δ' αὖ μετόπισθε χόλοισιν
Οὐρανίος θεὸς αὐτὸς ἐὸν μετέθηκε κόσμον,
Ταρτάρῳ ἀμφιβαλὼν μεγάλῳ ὑπὸ πυθμένι γαίης.
Καὶ πάλιν ἄλλο γένος πολὺ χειρότερον, μετόπισθεν
Ανθρώπων, ποιήσας ἐκ ἀγαθὸν μετέπειτα,
Αθάνατος θεὸς τεῦξεν, ἐπεὶ κακὰ πολλ' ἐπονεῖτο
Οἱ γὰρ ὑβριστῆρες πολλῷ πλέον, ἢ ὅτ' ἐκεῖνοι,
Γίγαντες σκολιοὶ, μιαρῶς δύσφημα χέοντες,

Μὲ-

Invenit: quidam torrentia flumina tranat.
Sidera ſuſpectant alii volucrumque feruntur
Auguriis: alii medicam, magicamve ſequuntur.
Quisque ſuo indulgent ſtudio, curæque: vocati
Rite repertores *vigiles*: hoc nomen adepti,
Mentis inexhauſtæ quod erant, & mole ſtupendâ
Membrorum, facie proceraque, horribilique.
Hi quoque tartareas ædes ſubiere tremendas,
Infractis vinclis ſervati, ſuppliciumque
Ignis inextincti juſſi perferre geennæ.
Tertia ſtirps hominum poſt illos deinde ſecuta eſt,
Sævior, & faſtu nimium tumefacta ſuperbo,
Qui mala multa ſibi per ſeſe conſiliantes,
Cædibus aſſiduis, acie pugnaque peribant.
Indomitis animis. Quorum de ſanguine nata eſt
Poſterior ſoboles temeraria, cæde cruenta.
Hoc quartum genus eſt hominum, qui ſangvine multo
Immaduere, Deique hominumque timore ſepulto.
Inſanis etenim ſtimulis crudele furebant
Sævitiæ, diræ parentes impietati.
Atque hos bella quidem, cædesque & prælia dira
Demiſere Erebo (dictu miſerabile factum)
Infandos homines, quos tandem percitus ira
Cœleſtis Deus, ipſe ſuo detruſit ab orbe,
Clauſos tartareis clauſtris, tellure ſub ima.
Poſtremo longe peiorem condidit atque
Plane illaudatam ſtirpem Deus, atque malorum
Artificem, multo illis intolerabiliorem:
Scilicet horrendos, fantes infanda, gigantes.

Μᾶν δ' ἐν πάντεσσι δικαιότατ' καὶ ἀληθὴς
Ἦν Νῶε, πιστότατ', καλοῖς τ' ἔργοισι μεμηλώς.
Καὶ τῷ μὲν θεὸς αὐτὸς ἀπ' οὐρανόθεν φάτο τοῖα·
Νῶε δέμας θάρσυνον ἐὸν, λαοῖσι τε πᾶσι
Κήρυξον μετάνοιαν, ὅπως σῶθῶσιν ἅπαντες.
Ἢν δέ γε μὴ ἀλέγωσιν, ἀναιδέα θυμὸν ἔχοντες,
Πᾶν γένος ἐξολέσω μεγάλοις ὑδάτων κατακλυσμοῖς.
Σοὶ δ' ὦκ' ἐκ ῥίζης τιν ἀδιψήτοιο τεθηλὸς
Δυρατέων κέλομαι δόμον ἄφθιτον ἀσκήσασθαι.
Θήσω δὲ ἐν σηθεσι νόον, πυκινὴν δέ τε τέχνην,
Καὶ μέτρον καὶ κόλπον. ἐμοὶ δέ τε παῦλα μελήσει,
Ὡς τέ σε σωθῆναι, καὶ ὅσοι συὶ σοὶ ναίουσιν,
Εἰμὶ δὲ ἐγὼ ὁ ἐὼν (σὺ δὲ ἐνὶ φρεσὶ σῇσι νόησον)
Οὐρανὸν ἐνδέδυμαι, πεπεβέβλημαι ἢ θάλασσαν,
Γαῖα δέ μοι σήριγμα ποδῶν πεπεσῶμα κέχυται,
Ἀὴρ δὲ ἠδὲ ἄτερων με χορὸς πεπεδέρομε πάντη.
Ἐννέα γράμματ' ἔχω, * τετρασύλλαβός εἰμι, νόει με.
Αἱ τρεῖς αἱ πρῶται, δύο γράμματ' ἔχουσιν ἑκάστη,
Ἡ λοιπὴ ἢ τὰ λοιπὰ, καὶ εἰσὶν ἄφωνα τὰ πέντε.
Τὸ παντὸς δὲ ἀριθμοῦ ἑκατονταάδες εἰσὶ δὶς ἑπτώ,
Καὶ τρεῖς τρὶς δεκάδες, σὺν γ' ἑπτὰ. γνῶς ἢ τίς εἰμι,
Οὐκ ἀμύητ' ἔσῃ θείης παρ' ἐμοί γε σοφίης.
Ὡς φάτο. τὸν ἢ τρόμ' λάβε μύρι', οἷον ἀκοῦσαι.
Καὶ τότε δὴ νοερῶς τεχνησάμην τὰ ἔκασα.
Λαὸς ἐλλιλάνευε, λέγων δὲ ἐξηρχετο τοίων·
Ἄνδρες ἀπισόχοροι, μεγάλῳ βεβολημένοι οἴστρῳ,
Οὐ λήσει θεὸν ὅσ' ἐπράξατε. πάντα γὰρ οἶδεν
Ἀθάνατ' σωτὴρ, πανεπίσκοπ', ὅς μ' ἐκέλευσεν

Αγ-

* Θεὸς Σωτὴρ, vel Vocabulum ἀνέκφων' ipſo ænigmate intelligitur. Hoc enim malo quam Harduini μεθαφαίψων, vel quod Chemiæ admiratoribus placere multis video, ἀρσενικόν.

Inter eos omnes unus juſtiſſimus, atque
Verax, *Noe* fuit, fidusque. & rebus honeſtis
Addictus, cœlo cui ſic Deus infit ab alto:
Collige Noe tuas vires, populosque moneto
Omnes, ut mores mutent, ſerventur ut omnes.
Quod ſi non curent (ut mens eſt læva malorum)
Omne genus perdam, illuviem molitus aqvarum,
Tu propere fabricare domum, durabile cujus
Non bibat humorem lignum: dabo mentis acumen,
Artem, menſuram, ſpatium. mihi cura ſalutis
Summa tuæ fuerit: fuerit mihi cura tuorum.
Porro ego ſum, qui ſum: (memori quod mente teneto)
Cœlum, veſtitum præbet mihi, pontus amictum:
Terra mihi fulcitque pedes, & corpus amicit
Aër, aſtrorumque chorus me circuit omnem.
Sunt elementa novem mihi, ſum terraſyllabus autem
(Percipe me) primæ tres ſyllabæ efficiuntur
Ex binis omnes elementis: cætera reſtant
In reliquis: quorum ſunt non vocalia quinque.
Totius numeri bis ſunt hecatontades octo,
Et ter tres decades, cum ſeptem. Si ſcieris me,
Non te, qua potior, ſapientia dia latebit.
Sic ait. Aſt illum audito tremor occupat ingens.
Ac tum prudenti molitus ſingula mente,
Hortari populos, & verbis talia fari:
Perfidioſi homines, quæ vos dementia cepit?
Quæ facitis, Deus haud ignorat: namque ſalutis
Autor inextinctus videt omnia, & omnia novit:
Qui mihi juſſit, uti vobis hæc dicta referrem,

Exitio

Αγγέλλειν ὑμῖν, ἵνα μὴ φρεσὶν ἐξαπολῆσθε.
Νήψατε, τὰς κακίας ἀποκόψατε, μηδὲ βιαίως
Ἀλλήλοις μάρναθε, μιαιφόνον ἦτορ ἔχοντες,
Αἵμασιν ἀνδρομέοις πολλὴν γαῖαν ἀρδεύοντες.
Αἰδέσθητε βροτοὶ τὸν ὑπερμεγέθη, καὶ ἄτρεστον,
Οὐράνιον κτίστην, θεὸν ἄφθιτον, ὃς πόλον οἰκεῖ.
Καὶ ξύνον πάντες λιτανεύσατε, χρηστὸς ὑπάρχει,
Τοῦτον ὑπὲρ ζωῆς πόλεων, κόσμοιό τε παντός,
Τετραπόδων, πτηνῶν τ', ὡς ἵλεως ἔσται θ' ἅπασιν.
Ἐσαῦ γὰρ ὅτε κόσμος ὅλος ἀπερείσιος ἀνδρῶν
Τῆσιν ὀλλύμενος, φοβερὰν ὀλολύξετ' ἀοιδήν.
Ἐσαῦ δὲ ἐξαπίνης ἀὴς ἀκατάστατος ὑμῖν,
Καὶ χόλος οὐρανόθεν μεγάλου θεοῦ ἥξει ὑμᾶς.
Ἐσαῦ δὲ ἀτρεκέως, ὅτ' ἐς ἀνθρώπους προϊάψει
Σωτὴρ ἀθάνατος, ἂν μὴ θεὸν ἱλάξησθε,
Καὶ μετάνοιαν, ἔχητ' ἀπὸ νῦν, καὶ μηκέτι μηδὲν
Δύσκολον ἠὲ κακὸν γ' ἀθεμίτως ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ
Πράττει, ἀλλ' ὁσίῳ βιότῳ πεφυλαγμένος εἴη.
Οἱ δὲ μιν εἰσαΐοντες, ἐμυκτήριζον ἕκαστος,
Ἐκφρονα κικλήσκοντες, ἀτὰρ μεμανημένον ἄνδρα.
Καὶ τότε δὲ αὖ πάλιν ἀνῆχεν Νῶε ἀοιδήν.
Ὦ μέγα δείλαιοι, κακοήτορες, ἄσαλοι ἄνδρες,
Αἰδοίην προλιπόντες, ἀναιδείην προθέοντες,
Ἁρπαστῆρες τύραννοι, ἁμαρτωλοί τε βίαιοι,
Ψεῦσαι, ἀπίστοκόροι, κακοπράγμονες, ἀδὲν ἀληθεῖς,
Λεκτροκλόποι θ', εὐρεσιλόγοι, δύσφημα χέοντες,
Οὐκ ὀργήν τε θεοῦ δειδίοτες ὑψίστοιο,
Εἰς γενεὴν πέμπτην πεφυλαγμένοι ἐξαποτίσαι.
Οὐ κλαίετ' ἀλυδὶς ἄλλος ἀπηνέες, ἀλλὰ γελᾶτε·

Σαρ-

Exitio ne ſit demens ſocordia vobis.
Diſcite juſtitiam, vitiis abſiſtite, neve
Inter vos animis odia excercete cruentis,
Humano late tingentes ſanguine terram.
Immenſum, invictum numen, rerumque parentem,
Cui domus excelſo cœlo manet alta, timete
Mortales, & eum cuncti placate (benignus
Audiet) ut cives, ut totum denique mundum
Quadrupedumque genus ſervet, volucrumque ſecundus.
Tempus erit, quando totus delebitur undis
Orbis & humanum genus (heu horrete minantem)
Et ſubito vobis totus turbabitur aër,
De cœloque Dei magni vos opprimet ira.
Tempus erit certe, cum magni numinis ira
Sæviet in terras, niſi vos placabitis illam,
Et vitæ mores jam nunc mutabitis actæ,
Vt nulla cuiquam deinceps injuria fiat,
Sancta ſed & cunctis innoxia vita colatur.
Sic ait. Aſt illi vulgo ridere monentem,
Dicereque inſanum, dementatumqve furore.
Tunc iterum tales effatur Noe loquelas:
O miſeri, mentis pravæ, mutabile vulgus,
Quos juvat extincto vitam fœdare pudore,
Raptores, violenti, importunique tyranni.
Mendaces, pravi ſtudioſi, perfidioſi,
Detrectatores, mœchi, ſcelerata ſerentes,
Nil formidantes ſupremi Numinis iram,
Quæ vos ad quinti pœnas jam deſtinat ævi.
Non fletis paſſim, duri? ridetis, inepti?

Sar-

Σαρδόνιον μείδημα γελάσεται, ὁππόταν ἴδῃ
Τοῦτο, λέγω τὸ θεῖον φοβερὸν καὶ ἐπήλυτον ὕδωρ,
Ὁππότε * καινιεῖ ἱερὸν γένος ἐν χθονὶ κῦμα
Αἴναον ῥίζης ἐν ἀδιψήτοισι τεθηλός,
Αὐτόπρυμνον ἄϊσον ἰῇ ἐν νυκτὶ γένηται,
Καὶ πόλις αὐταίνδρως σεισίχθων εἰνοσίγαιος,
Κευθμῶνάς τε γαίης σκεδάσει, καὶ τείχεα λύσει,
Καὶ τότε κόσμος ἅπας τε ἀπειρεσίων ἀνθρώπων
Θνήξεται, αὐτὰρ ἐγὼ πόσα πενθήσω, πόσα κλαύσω.
Οἴκῳ δερατέῳ, πόσα δάκρυα κύμασι μίξω:
Ἦν γὰρ ἐπέλθῃ τοῦτο θεοῦ ** καθαρσιμικὸν ὕδωρ,
Πλεύσει γῆ, † πλεύσουσιν ὄρη, πλεύσει δὲ καὶ αἰθήρ,
Τὸ πρὶν ἔσαι ἄπαυστα, καὶ ὕδασι πάντ' ἀπόλεῖται,
Στήσονται δὲ ἄνεμοι, καὶ δεύτερον ἔσται αἰών.
Ὦ φευγίη, πρώτη δὲ ἀναδύσῃ ἀφ' ὕδατος ἄκρη,
Πρώτη δὲ αὖ θρέψεις γενεὴν ἑτέρην ἀνθρώπων,
Ἀρχομένην αὖθις· ἔσῃ γὰρ τροφὸς ὥσπερ ἁπάντων.
Ἀλλ' ὅτε δὴ γενεὴ τὰ μάτην ἐλάλησεν ἀθέσμως,
Ὕψιστός τ' ὤφθη, πάλι δ' ἴαχε, φώνησέντε.
Ἤδη καιρὸς ἐπέστη, Νῶε, θ' ἵκας ἀγορεύειν,
Ὅσσα τε ἡμαρτῇσι λαοῖσι ὑπέστην, καὶ κατέτευσα,
Πάντα μάλ' ὅσσα πάρος γενεαὶ κακὰ μυρία ἔπραξαν,
Ῥέξαι ἀπειρεσίῳ κόσμῳ Διὶ λαὸν ἀπειθῆ.
Ἀλλὰ τάχει ἔμβηθι σὺν ἥσιν, ἠδὲ δάμαρτι,
Καὶ νύμφαις· κάλεσον δ' ὁπόσοις κέλομαι ἀγορεύειν
Τετραπόδων τά τε φῦλα, καὶ ἑρπετὰ καὶ πετεηνά.

* Hi verſus repetuntur lib. 3. Sibyllin. p. 248.

** κεχελευσμένον.

† Hi verſus repetuntur lib. 7. Sibyllin. p. 348.

Sardonium riſum ridebitis, horrida quando,
Quam dico, torrensque Dei vos opprimet unda,
Tum cum per terras ſacrum genus unda novabit,
Stirps æterna, locis nunquam ſitientibus orta,
Funditus & prorſum noctu delebitur una.
Cumque viris urbes terræ Neptunus ab antris
Diruet exagitans, concuſſaque mœnia rumpet.
Et tunc immenſus mundus, cunctique peribunt
Mortales. At ego quantum plorabo gemamque,
Incluſus ligno? lachrymas miſcebo quot undis?
Hæc etenim mandante Deo ſi venerit unda,
Nabit humus, nabunt montes, innabit & æther,
Omnia pontus erit, corrumpet & omnia pontus.
Verum ſiſtentur venti, venietque ſecunda
Ætas. O Phrygia, a ſummis tu vertice prima
Emerges undis: hominum tu prima renaſcens
Educes genus, & cenſebere maxima nutrix,
Sed poſtquam fruſtra ſceleratos commoneſecit,
Summus ei apparens iterato talibus infit:
Tandem tempus adeſt, quo fiant omnia, Noe,
Quæ tibi promittens aliquando futura monebam.
Omnia ſunt (homines unquam quascunque rebelles
Auſi ſunt fraudes) unâ plectenda ruinâ.
Sed tu cum natis, & conjuge protinus intra,
Et muribus, nec non quæcunque coire jubebo
Serpentum genera, & pecudum, volucrumque vocato.

LXXIV.

LXXIV. Noachus Deucalion, ejus dictum δεῦτε, καλεῖ ὑμᾶς ὁ Θεὸς εἰς μετάνοιαν.

Theophilus Antiochenus libro III. ad Autolycum p. 129.

Ὀκτὼ δέ φησι τὰς πάσας ψυχὰς ἀνθρώπων ἐν τῇ κιβωτῷ διασωθῆναι, ἐν τῇ κατασκευασθείσῃ ἐκ ὑπὸ Δευκαλίωνος· ἀλλ' ὑπὸ τοῦ Νῶε ἑβραϊστὶ ὃς διερμηνεύεται ἡμῖν ἑλλάδι γλώσσῃ ἀνάπαυσις, καθὼς καὶ ἐν ἑτέρῳ λόγῳ ἐδηλώσαμεν, ὡς Νῶε καταγγέλων τοῖς τότε ἀνθρώποις μέλλειν κατακλυσμὸν ἔσεσθαι προεφήτευσεν αὐτοῖς, λέγων· ΔΕῦΤΕ, ΚΑΛΕῖ ὑμᾶς ὁ ΘΕΟΣ εἰς μετάνοιαν, διὸ οἰκείως ΔΕΥΚΑΛΙΩΝ ἐκλήθη.

Docet autem (Moyſes) ſolos homines octo incolumes evaſiſſe, qui conſervabantur in arca, quæ DEI juſſu non à Deucalione, verum à Noë (cujus nomen ſi interpreteris, requiem denotat) compoſita & exſtructa fuerat, quemadmodum alibi memoravimus, Noë mortalibus diluvium prædixit hortans: *Venite, DEUS ad pœnitentiam vos vocat.* Inde proprie Deucalion à verbis δεῦτε & καλεῖν dictus eſt,

Noam ſub Deucalione Græcorum & latentem Hiſtoriam Diluvii Noachici ſub Deucalione in omine à Græcis & Latinis ſcriptoribus adumbratam agnoſcunt, pluribusque perſequuntur Natalis Comes VIII. 17. Mythолog. Hugo Grotius notis ad lib. I. de Veritate religionis Chriſtianæ, Bochartus libro & capite primo Geographiæ ſacræ, Huetius de Con-

Concordia rationis & fidei lib. 2. p. 187. Octavius Falconerius in diſſ. ad Petrum Seguinum de numo Apameenſi, Deucalionei diluvii typum exhibente, & Georgius Schubartus in enarratione ejusdem diluvii ab Ovidio deſcripti, quæ una cum Falconerii diſſ. in theſauro Gronoviano Antiquitatum Græcarum Tomo X. recuſa exſtat: Edmundus Dickinſon in diatriba de Noæ in Italiam adventu p. 18. ſeq. & Franciſcus Blanchinus Veronenſis in Hiſtoria veteri ex monumentis antiquis illuſtrata & Italice edita Rom. 1699. 4. capite 17. p. 190. ſeq. In Philippi numo autem in quo nomen ΝΩΕ deprehendere ſibi viſus eſt ingenioſisſimus Falconerius, teſtimonio illuſtris Blanchini conſtat legi ΝΕΩ non ΝΩΕ, adeoque litteris illis notari Apameenſes νεωκόρους.

LXXV. Noæ campana. Induſtria in lectitandis Adami & Enochi libris.

Eutychius T. 1. Annal. p. 36.

INgreſſus ergo *Noah* ſpeluncam *Alcanuæ*, & *Sethi*, *Enosbi*, *Kainani*, *Mahlalielis*, *Jaredi*, *Mathushalechi*, & *Lamechi* corpora deoſculatus, corpus *Adami* unaque oblationes ſuſtulit, ferente *Semo* aurum, *Hamo* myrrham, *Japheto* thus. Egreſſi igitur ut é monte ſancto deſcenderent, ſublatis ad paradiſum oculis flevere, dicentes, *Vale Paradiſe Sancta*: lapidesque deosculati, ac arbores amplexi de monte Sancto deſcenderunt; fabricatusque eſt *Noah* navim. Cui indicavit etiam Dominus ut campa-

nam è ligno platani Indicæ conficeret tres cubitos longam, latitudine ſesquicubitalem, cujus etiam malleus ex eadem eſſet materia: quam per quotidie pulſaret; mane quo ad ipſum congregarentur operæ, deinde ad meridiem, tempore prandii; ac rurſus veſperi, cum diſcedendum eſſet: dixitque ipſi; Cum audientes te campanam pulſantem, dixerint tibi, Quid hoc rei eſt quod facies? reſpondeipſis, immiſſurus eſt Dominus Diluvium. Fecit ergo *Noah* omnia quæ juſſit ipſum Dominus.

Doctores Zohar apud Lud. Cappellum p. 369. Opp. poſtumor. notant Noham *inveniſſe gratiam*, quia נח inverſis literis eſt חן *gratia*. Contra de עֵר Judæ filio dicitur, *& fuit* עֵר *malus* רַע *coram Domino*. Porro cum natus eſt Noë, inquiunt iidem Doctores Zoharis, vidit opera hominum, quod peccatores eſſent coram Domino, unde occultavit ſe, & cultui DEI operam dedit, ut ne incederet in viis eorum. Quod ſi dicas, qua in re ſtudebat? Nempe in libro *Adami* & libro *Enochi*, in quibus ſtudebat ad colendum Deum ſuum. Veni & vide quod res ita ſe habet. Ecce enim Noë unde novit offerre oblationem Domino ſuo (nempe poſt Diluvium) niſi quia invenit ſapientiam propter quam Mundus ſubſiſtit, novitque quod ſubſiſtat עַל קָרְבָּנָא propter oblationem? absque qua oblatione foret, non ſubſiſterent neque ſuperiora neque inferiora. *Hoc*, inquit Cappellus, Zoharis dogma *ejuſmodi eſt, ut accipi non poſſit de oblatione victimarum legalium, ut neceſſe ſit illud intelligi de vera & ſpirituali oblatione CHRISTI mediatoris DEI & hominum, ſine qua diſſi-*

disſidium fuiſſet perpetuum ſuperiorum & inferiorum, DEI & hominum & Angelorum cum hominibus.

LXXVI. Oratio Noæ quam in Arca quotidie recitaſſe fertur ad corpus Adami. *

Apud Jo. Gregorium in Obſervationibus ſacris cap. XXV. (Tomo IX. Critic. ſacr. Angl.) ex Catena Arabica MS. in Geneſin, characteribus Syriacis exarata.

O Domine, Tu excellens es in veritate, & nihil eſt magnum in comparatione ad Te. Adſpice nos oculo miſericordiæ. Libera nos ab hoc Diluvio aquarum. Per dolores Adam **

* Orientales auctore S. Ephraimo tradunt Adamum a DEO juſſum, ipſumque poſteris ſuis idem præcepiſſe ut corpus ipſius inſepultum ſervaretur, usque dum poſſet inhumari in medio terræ à ſacerdote DEI altiſſimi, ibi enim venturum Redemtorem ſuum & poſteritatis ſuæ. Igitur antequam à Meſchiſedecho in Salem ſepultum eſt, corpus Adami conditum aromatibus à patre tradebatur filio non ſine reverentia, donec Lamech illud in manus Henochi deponeret, qui gnarus morem fuiſſe DEUM adorare verſus Orientem, & hoc jam fieri non poſſe amplius in arca ob motus inconſtantiam medium arcæ locum orationi conſtituit, illumque collocato ibi corpore Adami conſecravit. Et quam primum dieſceret, Noa adſtitit verſus corpus Adami, ille & filii ejus Sem, Ham & Japhet coram Domino, & Noa oravit, & filii ejus & fœminæ reſponderunt ex altera parte arcæ, Amen, Domine. Hæc ex Eutychio & Catena MS. Arabica in Geneſin Jo. Gregorius loco laudato.

** Intellige dolores quibus Adamus è paradiſo expulſus vertit faciem verſus illum & ex animo ploravit lapſum ſuum. Atque

protoplaſtæ tui, per ſanguinem Abel ſancti tui, per juſtitiam Seth in quo complaces, Ne numeres nos inter eos qui transgreſſi ſunt ſtatuta tua, ſed ſume nos in curam tuam miſericordem, quia Tu es Liberator noſter, & Tua eſt Laus ab omnibus operibus manuum Tuarum ab æterno. Et filii Noæ dixerunt, Amen, Domine.

LXXVII. Quæ Noë poſt diluvium ſuos docuit. Schola Noachi.

SCholam Noëmi, Melchiſedechi, Heberi in Hebræorum libris memorari videas, uti quam ſupra ex Maimonide retuli ſcholam Mathuſalæ, & Semi Academiam ſive Scholam in monte Thabor. Vide ſi placet Rich. Simonem T. 2. Epiſtolarum ſelectarum, quas vulgavit Gallice, p. 166. ſeq.

Pſeudo Beroſus Joannis Annii, libro III.

Exſiccata humo & torrefacta terra, Noa cum familia de monte Gordieo (ut par erat) deſcendit in ſubjacentem planiciem plenam cadaverum: quam usque ad hanc ætatem appellant Myri Adam (id eſt, eviſceratorum hominum) & inſcripſit in lapide (in monumentum) rem geſtam: & vocant incolæ locum *Egreſſorium Noæ.* Congreſſi vero conjugibus, perpetuo geminos edebant marem & fœminam, qui adulti & conjuges effecti, & ipſi

quo ſi eidem Catenæ Arabicæ credimus, *ſedebat Enoch ſpatio trecentorum annorum plorans tranſgreſſionem Adami, & ideo DEUS eum ſuſtulit.*

ipſi binos partu liberos ſemper edebant. Neque enim unquam Deus vel natura defuit rerum neceſſitati, quæ ad univerſi orbis ſpectat opulentiam. Spatio brevi in immenſum adaucto humano genere, omnique Armenia completa, opus erat eos inde recedere, atque novas ſibi ſedes conquirere.

Tunc ſenisſimus omnium pater Noa: jam antea edoctos Theologiam & ſacros ritus, cœpit etiam eos erudire humanam ſapientiam. Et quidem multa naturalium rerum ſecreta mandavit litteris: quæ ſolis ſacerdotibus Scythæ Armenii commendant. Neque enim fas eſt illa ulli inſpicere, aut legere vel docere, quam ſolis ſacerdotibus & inter ſacerdotes duntaxat: ſicut & quos rituales libros reliquit: ex quibus illis primum. Saga nomen fuit inditum, quod eſt ſacerdos & ſacrificulus & pontifex.

Docuit item illos aſtrorum curſus, & diſtinxit annum ad curſum Solis & 12. menſes ad motum lunæ, qua ſcientia prædicabat illis ab initio quid in anno, & cardinibus ejus futurum contingeret: ob quæ illum exiſtimaverunt divinæ naturæ eſſe participem, ac propterea illum Olybama & Arſa, id eſt, cœlum & ſolem cognominaverunt: & illi plures civitates dedicaverunt. Nam & ad hæc tempora Scythæ Armenii urbes habent Olybama & Arſa Ratha, & ejuscemodi. Cumque iviſſet ad regendum Kitim (quam nunc Italiam nominant) deſiderium ſui reliquit Armeniis, ac propterea poſt mortem illum arbitrati ſunt in animam celeſtium corporum tralatum, & illi divinos honores impenderunt. Et ob id ſolum hæc duo regna; Armenium

quidem (quia ibi cœpit) Italicum vero (qvia ibi finivit & docuit & regnavit, naturaliumque atque divinorum, quæ eos erudivit, libros plenisſimè illis conſcriptos reliquit) venerantur, ſimulque cognominant, Cœlum, Solem, Chaos, ſemen mundi, patremque deorum majorum, & minorum, animam mundi, moventem cœlos & mixta, vegetabiliaque & animalia & hominem: Deum pacis, juſtitiæ, ſanctimoniæ, expellentem noxia & cuſtodientem bona. Et ob hoc illum utræque gentes ſignant in ſcriptis curlu ſolis & motu lunæ & ſceptro dominii, quo malos & noxios expellebat à cœtu hominum, & caſtimonia corporis & ſanctimonia animi, duabus clavibus religionis & felicitatis. Neque minus Titheam (quæ mater omnium erat) Aretiam, id eſt, terram vocabant; & Veſtam, id eſt, ignem poſt mortem cognominaverunt: quia ipſa regina ſacrorum fuerat: & puellas docuerat ſempiternum ignem ſacrorum inextinctum ſervare. Cæterum Noa antequam diſcederet ab Armenia, docuit illos ſimplicem agriculturam, magis curans religionem & mores quam opulentiam & delicias, quæ ad illicita & libidines provocant, & cœleſtium iram nuper induxerant. Primus tamen omnium invenit vites atque plantavit, & vinum conficere docuit: cujus vim inexpertus & vaporem, ebrius effectus, minus pudicè in terram cecidit.

Neſcio an hunc Pſeudo Beroſum ſecutus Strigolius de Noemo ſic cecinit:

Tunc quoque jactata vel cum veheretur in arca
Noah, vel ablutam cum renovaret humum,

Cre-

Credibile eſt natis monſtrantem ſidera cœli,
Orta ſub Armeniis aſtra notaſſe jugis.
Sæpe notans certam ſub vernum plejada menſem,
Hæc Zephyro, dixit, lapſa ſequente pluet.
Sæpe canis tolerans ſub raſtris grandibus æſtum,
Hæc, ait, eſt noſtris addita pœna malis.
Nec varias tantum ſubjecta in corpora vires,
Apta ſed ad quodvis tempora norat opus.
Currentem obliquo cognorat tramite ſolem,
Ducere per certos tempora lapſa gradus.
Pallentemque vago ſcrutatus lumine Lunam
Compererat ſpatiis congrua puncta ſuis.
Hinc ſimul annorum metis numeroque reperto
Doctus ab antiquis geſta tenebat avis.

LXXVIII. Noachus Vandimon, Ejus Oratio ad filios, nepotesque ſuos quos ſecum in Italiam * adduxit.

Ex Curtii Inghirami Antiquitatum Etruſcarum fragmentis, Volaterræ editis A. 1637. fol. pag. 174.

Hæc ſunt verba magni Vandimonis, quæ ego Ancus Cecinna transſcripſi:

AUdite filii Nepotesque mei verba mea, & auribus veſtris percipite quæ Pater veſter loqui-

Q 4

* De Noæ in Italiam adventu peculiaris exſtat diſſertatio Edmundi Dickinſoni Delphis ejus Phœnicizantibus ſubjecta, & poſt editiones Oxon. 1655. Francof. 1669. 8. recuſa in faſciculo diſſertationum collectarum à Theo. Crenio Roterd. 1691.

quitur vobis. Benedictus Deus ante cujus conſpectum inveni gratiam, qui me ex aquis ereptum ad reparandum genus humanum, quod Deo irato pluviis, imbribusque deletum eſt, ne quod Deus feceret penitus periret, reſervavit, Vos igitur Maximo Eſari non ingrati, ipſum timete ſolum, ei ſervite ex mentibus veſtris, quia dignus eſt, & quia multa bona fecit nobis, & quia Deus eſt. Si Maximus Eſar ** fuerit ſemper vobis Deus, nihil vobis deficiet. Ejus Altare non polluatur. Animam fratris ſui nullus exquirat, ſicut fecit Cainus. Sit inter vos vinculum pacis, nec unquam rumpatur. Vos Civitatem hanc habetis, quam in monte hoc

1691, 8. In illa Vandimonem eſſe Noam, & Noam in Italiam veniſſe ibique cultum Dei & civitatem inſtituiſſe variis contendit conjecturis, confirmaturus vera eſſe quæ ſub initium Antiquitatum Hetruſcarum p. 7. leguntur: *Magnus pater Vandimon qui à Latinis Janus à Syris Noa vocatur, poſt aquas relictis in Armenia & Syria Semete ejus primogenito & Cameſe tertio filio apud Nilum, advenit in hanc regionem cum ſecundo filio Japeto & illius filiis. Et cum perveniſſet ſupra hunc montem, ſibi commodum poſteris jucundum putavit, quare in ſuperiore parte quæ ſalubrior eſſet civitatem ædificavit & Cethim appellavit. Verum A. CCXX. à Cethium ædificatione, Cethim, filium Javanis & pronepos magni Vandimonis, aſſumtis ſecum duabus Coloniis mare ingreſſus, cum diu navigaſſet, pervenit tandem ad Inſulam, quam ſuo & Patriæ nomine Cethim appellavit. Hæc hodie Cyprus dicitur,* Sed totam illam narrationem nulla fide dignam eſſe docet Leo Allatius in animadverſionibus ad Antiquitates Hetruſcas §. 94. p. 167. ſeq. Vide & Jo. Oweni Theologumena p. 156. ſeq.

** Æſar Etruſca lingua Deus. Vide quæ viri docti ad Sveton. Auguſto c. 97. Dickinſon in Delphis Phœniciz. p. 76. Heſychius: Αἰσοὶ Θεοὶ ὑπὸ Τυρρηνῶν.

hoc ædificavi: cum hæc vobis non ſatis fuerit, nam vos multiplicari oportet, in eodem monte alias ædificare poteritis: & ſi mons non fuerit ſatis, eligite loca ſalubria in quibus alias ædificare valeatis. Et ſi non fuerint inter vos diſſenſiones, omnia proſpera ſuccedent vobis. Qui Deum non timet & qui à fratribus diſſentit, ejiciatur à vobis, quia diſcordia fratris omnia corrumpit. Nolite filii mei iterum provocare Deum in fornicatione, in iniquitate & in nequitia, ſed reminiſcimini Deum qui fecit vos, liberavit vos ab aquis, & omnia propter vos creavit, vobis omnia ſubjecit. Deus bonos exaltat, impios diſperdit: ipſum amate ſolum & omnia in timore ejus facite, nam hæc facientes abundantiâ frumenti, vini & olei replebimini: & filii fratrum veſtrorum ſervient vobis: Regnum veſtrum in ſecula manebit. Sacros ritus & cerimonias, & omnia quæ relinquo vobis, cuſtodite ſemper, eaque filios veſtros docete. Benedicat vobis Deus, & omni benedictione vos repleat, & cito Regem mittat qui vos à poteſtate aliena eripiat.

LXXIX. Noĕ Uranus ſive Cœlus, Sol, Ogyges, Janus, Oenotrius, Gallus, Proteus, Vertumnus, Vadimon, Xiſuthrus.

EDmundus Dickinſon in diſſ. paullo ante laudata de Noe in Italiam adventu, multis eruditis conjecturis ſive ſuavibus ſomniis contendit

dit Noachum ſub variis nominibus cognitum fuiſſe gentibus. Nam primo *Uranus* ſive *Cælus* quem ſiderum obſervationibus impenſe deditum ſcribit Diodorus Siculus lib. 3. ipſi Noachus eſt, & Saturni Ægyptii, hoc eſt ſi ipſum audimus, Chami Pater *Sol*, qui in Nini Epitaphio commentitio apud pſeudo Xenophontem de æquivocis *Cælius Phœnix Ogyges*. Mox diſputat Noachum eſſe *Saturnum* γενάρχην & παγγενέτορα de quo videndus etiam Bochartus in Phaleg libro & capite primo, & Huetius Demonſtrat. Evangelicæ p. 256. Nec minus *Janum* atque *Oenotrium* utraque à vino deducta appellatione, nam & οἶνος Græcis & יין Hæbræis vinum denotat. Et Janus bifrons pulchre ſignat Noam qvi ætatem utramque & illam quæ fuit poſt diluvium, & hanc quæ illud antecesſit vidit. Similiter *Gallum* Babylonium atavum Nini (alio nomine Ogygem) ex eodem Pſeudo Xenophonte repetens Noachum eſſe non dubitat, perinde ut nec *Proteum* ac *Vertumnum*, & de quo ſuprà jam dictum à me eſt *Vadimonem* ac *Deucalionem* quod nomen ſi Sgambatum p. 143. audimus, Syriacum eſt *Degal-ion* quaſi *vexillum columbæ* dicas, à columba quæ jucundum Noacho nuncium attulit. Denique Noah eſt *Xiſuthrus* ſive *Siſuthrus*, ſub quo magnum diluvium contigiſſe tradit Alexander Polyhiſtor ex ſecundo libro Chaldaicorum Beroſi, apud Syncellum p. 30. (unde petiit Scaliger p. 8. Chron. Græc. Euſebii) & Cyrillum Alex. 1. in Julianum p. 8. ubi & Abydeni de eodem Xiſuthro locus, Euſebio quoq; laudatus IX. 12. præparat. & mentio avium ab illo poſt imbrium ceſſationem emiſſarum.

Vide

Vide & Syncellum p. 24. Sed Berosi quædam adscribenda sunt:

Λέγει τὸν Κρόνον αὐτῷ κατὰ τὸν ὕπνον ἐπιφάναι Φάνην, μηνὸς Δαισίου πέμπτῃ καὶ δεκάτῃ τὰς ἀνθρώπους ὑπὸ κατακλυσμοῦ φθαρήσεσθαι. κελεῦσαι οὖν αὐτὰ γραμμάτων πάντων ἀρχὰς καὶ μέσα καὶ τελευτὰς ὀρύξαντα θεῖναι ἐν πόλει ἡλίου Σιππάροις, καὶ ναυπηγησάμενον σκάφος ἐμβῆναι μετὰ τῶν συγγενῶν καὶ ἀναγκαίων φίλων ἐνθέσθαι τε βρώματα καὶ πόματα, ἐμβαλεῖν τε καὶ ζῶα πτηνὰ καὶ τετράποδα, καὶ πάντα εὐτρεπισάμενον, πλὴν ἐρωτώμενον τοῦ πῶς πλεῖ; Φάναι, πρὸς τοὺς θεούς· εὐξάμενον ἀνθρώποις ἀγαθὰ γενέσθαι. τὸν δὲ ὑπακούσαντα, ναυπηγήσαντα σκάφος, τὸ μὲν μῆκος σταδίων πέντε, τὸ δὲ πλάτος σταδίων δύο. τὰ τε συνταχθέντα πάντα συνθέσθαι, καὶ γυναῖκα,

Saturnus ei per somnum visus, mensis Dæsii decimo quinto homines diluvio prædixit extinguendos. Rerum itaque cunctarum principia media & extrema litteris consignata, & in terram defossa in Solis urbe * Sisparis reponi, tum navigium compingi jubet, eoque cum amicis & consanguineis conscenso, alto mari se se credere. Obsequitur ille, commeatum omnem parat, cibos & poculenta congerit, animantia quoque volatilia & quadrupeda convehit: mox cunctis ita dispositis, rogatus quo navigat? Ad deos, inquit: Atque ita prospera hominibus precatus est. Divinis itaque monitis obsequutus fabrefecit

καὶ,

* Sgambatus p. 147. legit Σεππάροισιν quasi *Sepharim* Kiriath Sepher, παγίβιβλα.

να, καὶ τέκνα, καὶ τὰς ἀναγκαίας φίλας ἐμβιβάσαι. γενομένου δὲ καταλυσμοῦ, καὶ εὐθέως λήξαντος, τῶν ὀρνέων τινὰ τὸν Ξίσυθρον ἀφιέναι. τὰ δὲ μηδὲν εὑρόντα ὅπου καθίσαι, πάλιν ἐλθεῖν εἰς τὸ πλοῖον. τὸν δὲ Ξίσυθρον πάλιν μετὰ τινὰς ἡμέρας ἀφιέναι τὰ ὄρνεα. ταῦτα δὲ πάλιν εἰς τὴν ναῦν ἐλθεῖν τὰς πόδας πεπηλωμένας ἔχοντα. τὸ δὲ τρίτον. ἀφεθέντα, οὐκ ἔτι ἐλθεῖν εἰς τὸ πλοῖον. τὸν δὲ Ξίσυθρον ἐννοηθῆναι γῆν ἀναπεφηνέναι· διελόντα τε τῶν δὲ πλοίου ῥαφῶν μέρος τι, καὶ ἰδόντα προσωκεῖλαν τὸ πλοῖον ὄρει τινὶ, ἐκβῆναι μετὰ τῆς γυναικὸς, καὶ τῆς θυγατρὸς, καὶ δὲ κυβερνήτου προσκυνήσαντα τὴν γῆν, καὶ βωμὸν ἱδρυσάμενον, καὶ θυσιάσαντα τοῖς θεοῖς, γενέσθαι μετὰ τῶν ἐκβάντων δὲ πλοίου ἀφανῆ. τὰς δὲ ὑπομείναντας ἐν τῷ πλοίῳ, μὴ εἰσπορευομένων τῶν ἐκεῖ τὸν Ξίσυθρον,

navigium longitudinis ſtadiorum quinque, latitudinis duorum: cuncta vero comparata impoſuit, uxorem, liberos, amicos adjunxit. Facto tandem diluvio, atque iterum mox ceſſante, volucrum aliquas Xiſuthrus emiſit, quæ non invento cibo, nec loco quo conſiſterent, rurſum in navim ſunt reverſæ. Spatio dierum aliquot interjecto Xiſuthrus iterum dimittit aves; illæ vero pedibus luto infectis redierunt: tertio vero excluſæ navim nullatenus repetierunt. Conjicit Xiſuthrus terram aquis denudatam eminere: tum rupta compagis parte navigium aperit, & ad proximum montem impelli ſe animadvertens, cum uxore filia & gubernatore exſcendit, terram adorat, aram extruit, diis immolat; quibus peractis, cum ipſe,

Ξίσυθρον,

θρον, ἐκβάντας ζητῆν αὐτὸν ἐπὶ ονόματος θεῶν. τὸν δὲ Ξίσυθρον αὐτὸν μὲν αὐτοῖς οὐκ ἔτι ὀφθῆναι. φωνὴν δὲ ἐκ τοῦ ἀέρος γενέσθαι, κελεύουσαν, ὡς θεὸν αὐτὸν εἶναι θεοσεβεῖς, καὶ παρ' αὐτῶν διὰ τὴν εὐσέβειαν πορεύεσθαι μετὰ τῶν θεῶν οἰκήσοντα. τὴν δὲ αὐτοῦ γυμῆτα καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ τὴν θυγατέρα, καὶ τὸν κυβερνήτην μετεσχηκέναι. εἰπεῖν τε αὐτοῖς, ὅτι πλεύσονται πάλιν εἰς Βαβυλῶνα. καὶ ὡς εἱμαρται αὐτοῖς, ἐκ Σιππάρων ἀνελομένους τὰ γράμματα θάψαι τοῖς ἀνθρώποις. καὶ ὅτι, ὅπου εἰσὶν, ἡ χώρα Ἀρμενίας ἐστίν. τοὺς δὲ ἀκούσαντας αὐτὰ θύσαί τε τοῖς θεοῖς, καὶ πεζῇ πορευθῆναι εἰς Βαβυλῶνα. ἐκ δὲ πλοίου τούτου καταληθέντος ἐν τῇ Ἀρμενίᾳ ἔτι μέρος τι αὐτοῦ ἐν τοῖς Κορδυαίων ὄρεσι τῆς Ἀρμενίας θαυμάσαι, καὶ τινας ἀπὸ τοῦ πλοίου κομίζειν ἀποξύοντας ἄσφαλτον, χρᾶσθαι

tum ii cum quibus exilierat, haud amplius in terris visi. Non redeuntibus vero Xisuthri comitibus, qui remanserant in navi exscendunt quærentes, & de nomine sæpius inclamantes. Xisuthrum quidem conspicuum oculis non habuerunt. Vocis tamen & ejus loquelæ sibi notæ sonum, erga deos pietatem & religionem sedulo commendantem, seque ob summam erga numen pietatem cum eis deinceps moraturum, ejusdemque honoris uxorem filiam & navarcham compotes futuros enunciantem clare perceperunt. His subjunxit ille. Ipsos rursus Babylonem profecturos, & ut in fatis est, litteras Sisparis excerptas cunctis hominibus deinceps tradituros, locumque tandem in quo consistebant Armenorum esse

ὃ

ἐξ αὐτὴν πρὸς ἡᾶς ἀποβοπιασμούς. ἐλθόντας δὲ ἡᾶτους εἰς Βαβυλῶνα, ἡᾶτε ἐκ Σιπφάρων γράμματα ἀνορύξαι, καὶ πόλεις πολλὰς κτίζοντας, καὶ ἱερὰ ἀνιδρυσαμένους, πάλιν ἐπικτίσαι τὴν Βαβυλῶνα.

regionem. His auditis, victimas diis obtulerunt illi, ac undequaque congregati confluxerunt Babylonem. Navigii porro in Armeniam impulsi reliquiæ hucusque temporis in ejusdem Corcyreis montibus perseverant; ex quibus nonnulli bitumen abrasum deportant, & expiandis quibusque infaustis eo utuntur. Illos vero Babylonem profectos, litteras Sisparis effodisse, urbes ædificasse, condidisse templa, ac iterum Babylonem ipsam reparasse dicunt.

LXXX. Noê Puoncuus, & Oannes.

Oannis περὶ γενεᾶς καὶ πολιτείας de originibus & vitæ regimine primorum hominum.

ISaacus Vossius p. 409. libri de LXX. Interpretibus docet Noachum Seribus sive Sinis innotuisse sub nomine *Puoncui*, uti Chaldæis sub nomine *Oannis*.

Puoncuus enim perinde est, ac si dixeris ὁ Νῶχ. *Pu vel Pi articulus omnibus nominibus propriis olim præfigebatur, non tantum à vetustioribus Hebræis, sed & ab Ægyptiis, Arabibus, Chaldæis, cæteriſque Orientis populis.*

Tempore vero quo Puoncuus floruerit nihil clarius, non tantum ex iis, quæ paulo ante monuimus, sed ex eo quoque, quod solus cum suis diluvium universale evasisse dicatur.

Jam

*Jam vero quæ Chaldæi produnt de ſuo Noacho, hoc eſt Oanne, eadem Seres tribuunt Puoncuo. Oannem ſtatim à diluvio Aſtronomiam docuiſſe ſcribit Beroſus. Idem de Puoncuo habent Serum annales. Iidem Puoncuum ex ovo prognatum eſſe ſcribunt, ſimiliter & Chaldæi Oannem ex ovo primigenio prodiiſſe ſcripſere, ut liquet ex Helladio Beſantinoo apud Photium. Non recte vero apud Beroſum * legitur Oannem hunc fuiſſe animal brutum, cum dicit* Φανῆναι ἐκ τ̃ ἐρυθρᾶς θαλάτ̃ης κατὰ τὸν ὁμοεκ̃νλα τόπον τ̃ῇ Βαβυλωνίᾳ ζῶον ἄφρενον ὀνόματι Ὡάννην; *Tantum abeſt ut hoc verum ſit, ut ne ſit Græcum quidem. Mirum viros eruditos non vidiſſe ſcribendum eſſe* ζῶον ἄρ̃ρεν ὃν ὀνόματι Ὡάννην. *Femina, quæ ex altero ovo excluſa fuiſſe credebatur, nomen erat Omoloca vel Omoroca. Beroſus;* Ἄρχειν δ̃ τούτων πάντων γυναῖκα ἣ ὄνομα Ὁμοροκα, ἥτις δ̃ τ̃ὸ Χαλδαϊκὸν μ̃ὲν Ἑλληνιστὶ δ̃ μεθερμηνεύεται θάλασσα. מלח ים *aqua ſalſa.* ים *enim Chaldæi dicebant pro* ים.

Quare vero Noachus cum tribus filiis ſemipiſces vocentur, nemo non intelligit. Sed & ipſe Oannes Annedotus, & tres ejus filii alii tres Annedoti vel Anidoti cognominantur à nautica ſtudio, ναυβάτην enim ſeu ναυσίπορον hoc vocabulum notat. Abydenus tamen plures ſtatuit Annedotos quam quatuor, verum nihil tale ex Beroſo, quem tamen deſcripſit, liquet.

Alexander Polyhiſtor ex Beroſo apud Syncellum p. 28.

Ἐν δ̃ τ̃ῷ πρώτῳ ἐνιαυτ̃ῷ Φανῆναι ἐκ τ̃ῆς ἐρυθρᾶς	Primo anno e mari rubro ad vicinum littus

* In Syncello p. 28. & Euſebii Chron. Græc. p. 6.

θρᾶς θαλάσης καλὰ τὸν ὁμορῶντα τόπον τῇ Βαβυλωνίᾳ ζῶον ἄφρενον ὀνόματι Ωάννην, καθὼς καὶ Ἀπολλόδωρος ἱστόρησε, τὸ μὲν ὅλον σῶμα ἔχον ἰχθύος. ὑπὸ δὲ τὴν κεφαλὴν ὡς ἑτέραν κεφαλὴν ὑπὸ κάτω τῆς ἰχθύος κεφαλῆς, καὶ πόδας ὁμοίους ἀνθρώπου, ὡς δὲ καὶ φωνὴν ἀνθρώπου, τὴν δὲ εἰκόνα αὐτοῦ ἔτι καὶ νῦν διαφυλάσσεσθαι. ἔστο δὲ, φησὶν, τὸ ζῶον, τὴν μὲν ἡμέραν διατρίβειν μετὰ τῶν ἀνθρώπων, μηδεμίαν τροφὴν προσφερόμενον. ὡς δὲ διδόναι τε τοῖς ἀνθρώποις γραμμάτων, καὶ μαθημάτων, καὶ τεχνῶν παντοδαπῶν ἐμπειρίαν, καὶ πόλεων συνοικισμὸς, καὶ ἱερῶν ἱδρύσεις, καὶ νόμων εἰσηγήσεις, καὶ γεωμετρίαν διδάσκειν, καὶ σπέρματα, καὶ καρπῶν συναγωγὰς ὑποδεικνύειν, καὶ συνόλως πάντα τὰ πρὸς ἡμέρωσιν ἀνήκοντα βίου· ὡς δὲ διδόναι

Babyloni contiguum, animans ratione deſtitutum emerſiſſe, Oannem nomine, & ut Apollodorus retulit, toto corpore piſcem, infra piſcis caput, aliud ei caput enatum gerere; pedes humanos in ejus corpore cerni, at piſcis caudæ adnexos; vocem item & loquelam hominis ei fuiſſe, ejusque etiamnum hodie pictam imaginem ſervari. Hoc animans interdiu quidem nullo admiſſo cibo verſari inter homines, ac eis litterarum & diſciplinarum notitiam, artium experimenta, urbium conſtructiones, templa erigere, ponere leges, geometricis attendere, ſemina fructusque colligere, ac ſummatim quæ mores manſvefacerent omnia commonſtraſſe. Ab eo tempore nihil, præter hæc, de illo auditum. Sole occumbente ani-

τοῖς

τοῖς ἀνθρώποις. ἀπὸ ᾗ δ' χρόνου ἐκείνου ὐδὲν ἄλλο θεῖον εὑρεθῆναι, δ' ᾗ ἡλίου δύναται. τὸ ζῶον τοῦτο Ὡάννην δύναι πάλιν εἰς τὴν θάλασσαν, κ' τὰς νύκτας ἐκεῖ διαιτᾶσθαι. εἶναι γὰρ αὐτὸν ἀμφίβιον. ὕστερον ᾗ φανῆναι καὶ ἕτερα ζῶα ὅμοια τούτων, ὡς ἐν τῇ τῶν βασιλέων ἀναγραφῇ φησὶν δηλώσειν. τὸν ᾗ Ὡάννην περὶ γενέσεως κ' πολιτείας γράψαι, καὶ παραδοῦναι τοῦτον τὸν λόγον τοῖς ἀνθρώποις. γενέσθαι φησὶ χρόνον, ἐν ᾧ τὸ πᾶν σκότος· καὶ ὕδωρ εἶναι, καὶ ἐν τούτοις ζῶα τερατώδη, καὶ ἰδιοφυεῖς τὰς ἰδέας ἔχοντας ζωογονεῖσθαι. ἀνθρώπους γὰρ διπτέρους γεννηθῆναι, ἐνίους ᾗ καὶ τετραπτέρους, καὶ διπροσώπους, καὶ σῶμα μὲν ἕν ἔχοντας, κεφαλὰς δὲ δύο, ἀνδρείαν τε καὶ γυναικείαν, κ' αἰδοῖα τε διττὰ, ἄρρεν κ' θῆλυ· κ' ἑτέρους ἀνθρώπους, τοὺς μὲν αἰγῶν σκέλη κ' κέρατα ἔχοντας, τοὺς δὲ ἱππό-

mans illud Oannem; ad mare declinare, & in eo mergi, noctesque ſub aquis agere, ceu amphibium partim hic, illic ex parte. Poſtremum alia animantia huic ſimilia viſa, de quibus in regum hiſtoriis evulgaturum plura pollicetur. Oannem de originibus & vitæ regimine ſcripſiſſe, & hanc vivendi rationem hominibus tradidiſſe. Tempus fuiſſe quo cuncta tenebræ & aqua erant: & in illis animantia portentoſa, & ſub variis naturæ ſpeciebus & formis viſu mirandis vitam ac lucem accepiſſe. Homines duabus pennis, aliis quatuor, & geminis vultibus inſignes; corpus quidem unum, capita vero duo, virile, & fœmineum; & gemina pudenda, maſculum & muliebre: hominum aliorum, hos caprarum crura & cornua, illos equorum

ποδας, τὰς δὲ τὰ ὀπίσω μὲν μέρη ἵππων, τὰ δὲ ἔμπροσθεν ἀνθρώπων, ὃς ἱππο-κενταύρους τὴν ἰδέαν εἶναι. ζωογονηθῆναι δὲ καὶ ταύρους ἀνθρώπων κεφαλὰς ἔχοντας· καὶ κύνας τετρασωμάτους ὠρὰς, ἰχθύας ἐκ τῶν ὀπισθεν μερῶν ἔχοντας, καὶ ἵππους κυνοκεφάλους, καὶ ἀνθρώπους, καὶ ἕτερα ζῶα κεφαλὰς μὲν καὶ σώματα ἵππων ἔχοντα, ὠρας δὲ ἰχθύων. καὶ ἄλλα δὲ ζῶα παντοδαπῶν θηρίων μορφὰς ἔχοντα. πρὸς δὲ τούτοις, ἰχθύας, καὶ ἑρπετὰ, καὶ ὄφεις, καὶ ἄλλα ζῶα πλείονα θαυμαστὰ καὶ παρηλλαγμένα τὰς ὄψεις ἀλλήλων ἔχοντα· ὧν καὶ τὰς εἰκόνας ἐν τῷ τοῦ Βήλου ναῷ ἀνάκειται. ἄρχειν δὲ τούτων πάντων γυναῖκα ᾗ ὄνομα Ομορώκα· εἶναι δὲ τοῦτο Χαλδαϊστὶ μὲν Θάλατθ, ἑλληνιστὶ δὲ μεθερμηνευόμενα θάλασσα, καλᾶ δὲ ἰσόψηφον Σελήνη. ἔτως δὲ τῶν ὅλων συνεστηκότων, ἐπανελθόντα Βῆλον σχίσαι

anteriores, iſtos poſteriores & hominum anteriores, quales ſunt Hippocentaurorum formæ, habuiſſe. Tauros humanis capitibus ibidem naſci, canes caudis quadricorpores, & poſterioribus partibus piſces: equis canum adjuncta capita: homines & alia animantia caput & corpus equinum, piſcium vero caudas habentia, nec non & alia variis quibusque formis deformia. His adjunge, piſces, reptilia, ſerpentes, & alia plura animantia quaſi mutatis ab invicem ſpeciebus varietate conſpicua, quorum imagines in Beli templo appenſæ. Iſtis omnibus mulier, cui nomen Omoroca, præſidet: hoc idem Chaldaice Thalath, Græce ſonat mare, & ex æquo Lunam refert. His ita conſtitutis, Belum redeuntem mediam divi-

τεμ

τὴν γυναῖκα μέσην, καὶ τὸ μὲν ἥμισυ αὐτῆς ποιῆσαι γῆν, τὸ δὲ ἄλλο ἥμισυ οὐρανόν, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ ζῶα ἀφανίσαι. ἀλληγορικῶς δὲ φησὶν ἔχειν τὸ μὲν φυσιολογεῖσθαι. ὑγρᾶς γὰρ οὐσίας ἅπαντος, καὶ ζώων ἐν αὐτῷ γεγεννημένων. ἔχειν τὸν θεὸν ἀφελεῖν τὴν ἑαυτοῦ κεφαλήν, καὶ τὸ ῥυὲν σῶμα * τοῖς ἄλλοις θεοῖς φυρᾶσαι τῇ γῇ, καὶ τὸ πλάσαι τοὺς ἀνθρώπους· πλὴν νοεροὺς τε εἶναι, καὶ φρονήσεως θείας μετέχειν. τὸν δὲ Βῆλον, ὃν Δία μεθερμηνεύουσι, μέσον τεμόντα τὸ σκότος χωρίσαι γῆν καὶ οὐρανὸν ἀπ' ἀλλήλων, καὶ διακοσμῆσαι τὸν κόσμον· τὰ δὲ ζῶα οὐκ ἐνεγκόντα τὴν τοῦ φωτὸς δύναμιν φθαρῆναι. ἰδόντα δὲ τὸν Βῆλον χώραν ἔρημον καὶ καρποφόρον, κελεῦσαι ἑνὶ τῶν θεῶν τὴν κεφαλὴν ἀφελόντι ἑαυτοῦ τῷ ἀπορρυέντι αἵματι φυρᾶσαι τὴν γῆν, καὶ πλάσαι ἀνθρώπους, καὶ θηρία τὰ δυνάμενα τὸν ἀέρα φέρειν· ἀποτελέσαι δὲ τὸν Βῆ-

* Lege αἷμα.

fisse mulierem, & ex ejus quidem parte terram, ex alia cœlum compositisse, ac inde necem animalibus illatam. Figuraliter autem ad sensum rerum naturis accommodum hæc eadem traduci docet. Universa quippe mundi mole ex humida materia compacta, & animantibus ex ea formatis Deus iste caput suum defecuit, tum sanguinem in terram fluentem alii dii terræ commiscuerunt, ac inde formati homines, qua de causa intellectu & divina mente præditi. Belus insuper, quem Jovem interpretantur, mediis tenebris dissectis, terram & cœlum ab invicem divisit, & mundum ordine composuit, animantibus lucis vim non ferentibus extinctis. Belus vero desertam quidem regionem, at feracem conspicatus, deo-

λον, καὶ ἄστρα, καὶ ἥλιον, καὶ σελήνην, καὶ τὰς πέντε πλανήτας.

rum cuipam proprium ſibi caput amputare præcepit, & ſtillanti ex ſe ſanguini terram admiſcere, ac homines & animantia quæ aërem ſuſtinerent efformare: ipſe tandem aſtra, Solem, Lunam, & alios quinque planetas perfecit.

LXXXI. Noachus Leotzitzamus, Azonaces, Oſiris, Bacchus, Prometheus Saturnus.

His quæ de Sinenſium Puoncuo attuli, ſubjungam quod illuſtris Huetius lib. 2. de concordia rationis & fidei p. 187. de eorundem Sinenſium Leotzitzamo annotavit. *Namſi*, inquit, *ordiamur à Sinis, propagatam inter eos deprehendemus diluvii Noachici memoriam. Suus ipſis eſt Noachus, reparator humani generis, poſt cladem illam quam cæli ruina adumbrant. Hunc & cornutum fingunt ſub* Leotzitzami *nomine, ut Græci* Bacchum, *aliud Noachi ſimulacrum. Clarius etiam & veritati propius caſum hunc deſcribunt Indi * atque Perſæ recentiores, veterum Perſarum reliquiæ, item Chaldæi ut ex Beroſi teſtificatione liquet, & Aſſyrii ut ex Abydeni, & Armenii qui reliquias Arcæ Noachicæ admontes ſuos appulſæ monſtrabant etiam Philoſtorgii † temporibus* &c.

Sunt & qui Perſis Noachum notum fuiſſe contendunt

* Vide Memorias litterarias Dombenſes ſive Trevultinas A. 1701. menſe Majo & Junio p. 403. 404.

† Philoſtorg. III. 8. Hiſt. Eccleſ. Kircherus T. 1. Oedipi p. 376. Idolum Aſſyriorum *Nisroch* putat fuiſſe tabulam ex area Noe.

tendunt ſub nomine *Azonacis* à quo Zoroaſtrem inſtitutum tradit Plinius XXX. 1. & Ægyptiis ſub *Oſiridis* nomine quem frugum culturam & vitis inveniſſe ſcribit Diodorus Sic. libro 1. Ob eandem cauſam Noë aliis habetur *Bacchus*, ** qui Bocharto Nimrod, Dickinſono plane Deus eſt, ut Dionyſus *Dominus Sina* ſive *Jehova Sinai* cap. 10. Delph. Phœnicizant. Sed & ſub *Prometheo* Noachum quærere jubet Eraſmus Franciſci ad lib. V. c. 4. Nobiliſſimi Valvaſoris de Carniola. Bochartus & alii ſub *Saturno*, orbem dividente inter tres filios Jovem, Neptunum & Plutonem.

LXXXII. Noachi Diræ.

Recognitiones Pſeudo Clementis lib. 1. c. 30.

TErtiadecima generatione cum ex tribus filiis Noë unus, qui erat medius, * Patri feciſſet injuriam, poſteritati ſuæ ex maledicto conditionem ſervitutis induxit, cujus interim ſenior frater habitationis ſortem eam quæ eſt in medio terræ ſuſcepit, in qua eſt regio Judææ, junior vero Orientis plagam ſortitus eſt, ipſe autem Occidentis accepit.

Hujus imprecationis effectum lapide quidam ajunt eſſe atrorem Nigritarum atque Æthiopum, quam opinionem nuper defendit Jo. Ludovicus Hanemannus in curioſo quod vocat ſcrutinio nigredinis poſterorum Cham: explodunt Thomas Brown in pſeudodoxia Epidemica libro VI. & Joh. Nicolaus Pechlinus libro de habitu & colore Æthiopum cap. IX.

** Vide Claudii Fraſſenii diſquiſitiones Biblicas p. 93. ſeq. & quæ ex Jo. Tzetza profero infra p. 264.

* Geneſ. X. 25.

LXXXIII. Noachus miſſus ad Zhohacum Perſarum Regem. Alia nonnulla.

HErbelotus in Bibliotheca Orientali, Hottingerus in Hiſt. Orientali p. 24. ſeq. & Levinus Warnerus in compendio eorum quæ de CHRISTO Muhamedani tradunt p. 48. ſeq. varia eorundem de Noacho referunt commenta, inter alia Herbelotus quidem p. 675. & hoc, quod a Deo miſſus fuerit ad Zhohacum Perſarum Regem *ut ſacram religionem & veri cultum Numinis eum edoceret. Sed operam luſiſſe divinum pœnitentiæ præconem ** apud Regem quidem, non tamen apud alios terræ incolas, è quibus octoginta repererit Muslimos ſive fideles, quibuscum intraverit arcam & diluvium evaſerit.

In libro de vita Moyſis quem edidit Gaulminus p. 50. legas diluvio mortales perditos, quod pro eis Noah non oraſſet. Aquas vero diluvii fervidas fuiſſe Judæi ſtatuunt, quibus affine quod tradunt Muhamedani ex furno Noachi aquas diluvii primum ebulliiſſe, ſive ſignum hoc fuiſſe appropinquantis diluvii quod aquæ in furno ab Eva usque per hereditarium jus ad Noachum delato ebullirent. Poſtquam ſatis imbrium in terras emiſſum

* Sic ab Noachi usque ætate Reges Perſarum repetunt nugi venduli. Merito Maximilianum I. Imp. indignatum fuiſſe teſtatur Cuſpinianus Stabio & Gebwilero qui ſtirpem ejus ad Noachum usque deduxiſſe ſe jactabant, perinde ut nuper neſcio quis genus ſereniſſimorum Regum Sveciæ edita & exe deſcripta tabula Genealogica à Noacho & Adamo usque repetiit.

** Conſer Paræneſin Noachi quam habet Kircherus part. 1. arcæ Noæ cap. 7.

ſum fuit, tunc dictum eſt: *O terra abſorbe aquam tuam, tuque o cœlum cohibe!* Sic aqua defecit, & perfecta eſt vindicta, & navis in Giondyo monte ſubſtitit, & dictum eſt: pereant homines injuſti. Hæc aliaque in Surata ſive capite XI. Alcorani, quod inſcribitur *Houd*, quo nomine Heberum Muhamedani denotant.

LXXXIV. Alphabetum, columnæ, Methodus Geomantica, & alia Scripta Noacho tributa. Anni ratio à Noacho prodita.

NOacho ſcriptum aliquod tribuere videtur Auguſtinus XVIII. 38. de Civitate DEI, nam poſtquam Noachum & Enochum commemoraſſet, *quorum ſcripta*, inquit, *ut apud Judæos & apud nos in auctoritate non eſſent, nimia fecit antiquitas* (eorum nempe ad quos ſcripta illa referuntur) *propter quam videbantur habenda eſſe ſuſpecta, ne proferrentur falſa pro veris.* Ac quoniam Geneſ. VI. 9. legitur אלה תולדות נח *Hæ ſunt generationes Noæ* & X. 1. תולדת בני נח inde de libro quodam cogitant nonnulli Hebræorum, ex quo Moyſes iſta quæ capite illo ſequntur excerpſerit. Perinde ut librum Adami confinxerunt ex Geneſ. V. 1. de quo ſupra p. 10. Apud pſeudo Beroſum quoque libri Noacho tribuuntur *de ſecretis rerum naturalium*, in loco quem attuli p. 245. Hujusmodi *librum de Magia naturali* Noacho Patri ſuo rapuiſſe Chamum & filio ſuo Miſraim tradidiſſe, Cabbaliſtæ nugantur, ut ſupra p. 32. ex Martino Delrio notatum eſt. Et Guil. Poſtellus in titulo libri de Originibus

jactat ſe ex Enochi & Noachi libris profeciſſe. Titulus libri Baſil. 1553. 8. apud Opotinum excuſi hic eſt: *De originibus ſeu de varia ac potiſſimum orbi latino adhuc diem incognita aut inconſiderata hiſtoria, cum totius Orientis, tum maxime Tartarorum, Perſarum, Turcarum ac omnium Abrahami ac Noachi alumnorum Origines ac myſteria Brachmanum retegente, quod ad Gentium Litterarumque quibus utuntur nationes attinet, Ex libris* Noachi & Hanochi *totiusque avitæ traditionis à Moſis alumnis ad noſtra tempora ſervatæ, ac Chaldaicis literis conſcriptæ.* Attamen Enochianos adhuc ſe exſpectare ſcribit c. 15. p. 72. *Apud Indos latent infiniti hiſtoriarum & librorum antediluvianorum theſauri, quos nos exſpectare una cum Enochianis opus eſt, antequam claritatem rerum Moſaicarum cernamus.* Sic non dubito Noachicos etiam expectaſſe, ac perinde ut cæteros expectaſſe fruſtra. Columnas quales à Sethi poſteris poſitas Joſephus tradit, ut dixi p. 149. Jo. Tzetzes refert ad Noam, quem eundem facit cum Oſiride ac Dionyſio Chiliad VIII. hiſt. 211. Et στηλῶν ab Oſiride poſitarum meminit Diodorus Siculus libro primo, atque Oſiridem cum Noë eundem eſſe contendit iterum Tzetzes Chiliad XII. verſ 138. & Chil. V. verſ. 791. & 208. ubi ait Mercurium Trismegiſtum fuiſſe Oſiridis ſcribam & conſiliarium,

Τῷ Αἰγυπτίων ἄνακτι ὡς καλὰ Αἰγυπτίως
Ὄσιρις ὀνομάζεται ἤτοι τῶν πανεπιβλέπτων,
Καλὰ Ἰνδῶς ἢ Δένυσος, δεῦνος καὶ ἄναξ Νύσης,
Νῶε καλὰ Ἑβραίους ἢ, πᾶσιν ἢ Νῶε λέγει,
Ὡς τοῖς Λυδοῖς ὁ Ἄττελος πᾶσιν ὁμοίως λέγει,

Noachi *Alphabetum* ex Bonaventuræ Hepburni magna & ſplendidè nugace duodeſeptuaginta Alphabeto-

betorum tabula exhibet Tho. Bangius in Cœlo Orientis p. 105. Idem p. 131. *Volumen* Noachi *Æthiopicum* commemorat. Omitto quod *de agricultura, de ritu Deum colendi*, & *Hiſtoriam Cataclysmi* ſcripſiſſe eum hariolantur nonnulli, haud admodum refragante Sgambato p. 147. ſeq. Archivorum Veteris Teſt. In Bibliotheca Vindobonenſi etiam MSta fertur Noæ Patriarchæ *Methodus Geomantica prædicendi futura*, ab Angelo ipſi revelata. Incipit: ἡ μέθοδος αὕτη τῷ Προφήτῃ Νῶε ἀπεκαλύφθη διὰ Ἀγγέλου Κυρίου τῶν ις' τούτων χημάτων & προφητεύει τῷ λαῷ τὰ μέλλοντα. γίνεται ὃ ἔτως' λαβὼν &c. ac merito opuſculum hoc ſuppoſitum juxta ac ſuperſtitioſum judicavit Lambecius lib. VII. de Bibl. Vindob. Codice CXXXIII. Dicitur & anni rationes ab Henocho acceptas docuiſſe homines Noachus in Pirke Elieſer c. 8. perinde ut Janum anni converſiones conſtituiſſe ferunt. Herbelotus p. 675. *les Mahometans diſent que Dieu envoya* dix livres *à Noë ce qui ſignifie ſelon leur langage que Noë laiſſa en mourant dix Volumes dans leſquels il ecrivit les revelations & tous les Ordres qu'il avoit recus de Dieu.*

LXXXV. Noachi Teſtamentum.

GEorgius Syncellus p. 45. refert Noachum divino oraculo monitum Anno ætatis 934. filiis ſuis Orbem diviſiſſe, pluribusque enarrat quas regiones Semo, quas Chamo, quas denique Japheto aſſignaverit. Ex Syncello petiit Scaliger quæ dedit in Græco Euſebii Chronico p. 10. ſeq. Similis ἔκθεσις legitur in Anonymi excerptis Chronologicis quæ Jo. Malalæ præmittuntur p. 14. ſq. Conferenda hinc ſunt quæ de gentium originibus

bus à filiis Noachi repetendis tradunt Joſephus lib. 1. Antiquitatum cap. 6. & in illum eruditisſimæ Ed. Bernhardi notæ, Euſtathius Antiochenus ad Hexaëmeron p. 51. ſeq. & Allatii notæ p. 237. ſeq. Chronicon Paſchale p. 26. ſeq. Cedrenus p. 13. ſeq. edit. Pariſ. atque è recentioribus Interpretes ad Geneſ. X. & incomparabilis Bochartus in ſuo Phaleg. Equidem Philaſtrius c. 117. hæreticis adſcribit eos, qui non aſſentiuntur beatum Noë ſuis filiis tribus poſt diluvium *diviſiſſe orbem, dediſſe, definiiſſe ac partiiſſe ordine*, quem deinde prolixius idem exponit.

Gregor. Abulpharajus in Hiſtoria Dynaſtiarum p. 9. 10.

Porro poſt diluvium diſtribuit Noah terram habitabilem inter filios ſuos, qua in latitudinem ab Auſtro ſeptentrionem verſus patet, deditque Hamo regionem nigrorum, Semo regionem fuſcorum, & Japheto rubrorum — — — Porro fertur Noachus filio ſuo Semo præcipiens hæc dixiſſe: Ego ubi mortuus fuero, tu capulo patris noſtri Adami ex arca ſublato, aſſume tibi e filiis tuis Melchiſedekum, ille enim ſacerdos eſt DEI altisſimi, ac una euntes ad capulum eò deferte quo vos Angelus Domini direxerit. Fecerunt ergo mandatum iſtud, direxitque eos Angelus ad montem Breitalmakdes (Hieroſolymitanum) ubi cum capulum in colle quodam depoſuiſſent, ipſe in eo ſubſedit. Reverſusque eſt Sem ad ſuos, Melchiſedek autem non rediit, ſed ibi urbem Hieruſalem appellatam exſtruxit, i. e. Urbem Pacis, unde & ipſe appellatus eſt Melek Salim, i. e. Rex Pacis, atque

que in ea reliquum vitæ ſuæ tempus degit cultui DEI addictus, nec fœminam attigit, nec ſanguinem fudit, ſacrificium ipſius panis tantum & vini fuit. —— In eodem autem colle quo ſepultus eſt Adam, crucifixus eſt Dominus CHRISTUS.

Eutychius T. 1. *Annal. p.* 44.

Morti autem jam vicinus præcepit *Noah Semo* filio ſuo, clam ipſi dicens, Fac ut corpore *Adami* è navi, nemine conſcio, ſublato, acceptisque tecum in viaticum pane ac vino, & adſcito *Melchiſedeco Phaleki* filio, proficiſcamini donec ibi ipſum deponatis ubi indicaturus eſt Angelus Domini. Et *Melchiſedecho* præcipiens jubeas ipſum eo loci ſedes figere, uxorem non ducere, ſed pietati per totam vitam ſe addicere; quoniam ipſum elegit Dominus ut cultui ejus inſerviat. Nec ergo domum ſibi extruat; nec ſanguinem ibi loci fundat, vel beſtiæ, vel volucris, vel animalis cujusvis; neque aliam ibi offerat oblationem quam panem & vinum, quæ Domino offeret, ſitque è pellibus leoninis indumentum ipſius; nec crines tondeat, nec ungues præcîdat; ſolusque permaneat, quippe qui Dei altiſſimi ſacerdos eſt. Præibit autem vobis Angelus Domini, donec ad locum ubi ſepulturi eſtis *Adami* corpus perveniatis: ſcias autem locum iſtum terræ medium eſſe, Hæc cum *Semo* præcepiſſet mortuus eſt *Noah*, die *Mercurii*, horâ diei ſecundâ, ſecundo Menſis *Ayar*, qui idem eſt ac *Bashnes*; fuitque vita *Noachi*, annorum nongentorum quinquaginta. Contigit autem hoc anno ætatis *Semi* qua-

quadringenteſimo quinquageſimo. Pollinctum ergo ipſum ſepelierunt filii ipſius *Sem*, *Ham* & *Japhet*, ac quadraginta dies planxerunt.

LXXXVI. Septem Præcepta filiorum Noachi.

IN Bereſchit Rabba ſect. 34. in Gemara Codicis Sanhedrin c. 7. §. 5. edit. Cocceji atque in aliis Hebræorum monumentis a) mentio fit *ſeptem præceptorum* quæ *filiorum Noachi* מצוות בני נח appellant, non quod ex ſuppoſitis Noæ libris deſumta ſint, uti putat Lambecius, b) neque enim hos vel laudant vel probant ubi de præceptis illis mentionem faciunt Judæi, ſed quod per traditionem cui plurimum tribuunt, conſtare ſibi arbitrantur, præcepta illa partim Adamo ſtatim, partim Noacho eſſe tradita, poſtea vero Noachi poſteris diligenter obſervata, & ab omnibus hominibus proſelytis præſertim domicilii c) accurate obſervanda. Moſes

a) Vide Buxtorfii Lexicon Talmud. p. 409. Chriſtoph. Carthwrigti mellificium Hebraicum lib. V. cap. 6. T. IX. Critic. Sacr. Angl. D. Joh. Benedicti Carpzovii notas ad Schickardi Jus Regium Hebræorum p. 333. ſeq. Petrum Cunæum II. 19. de Rep. Hebræorum, Melchiorem Leydeckerum T. I. de Rep. Hebræorum p. 28. & Salomonis Deylingii Obſervationes ſacras part. 2. p. 354.

b) Lambecius prodromi Hiſtor. litterar. p. 12.

c) *Proſelyti juſtitiæ* ſive veri Proſelyti vocantur qui patiuntur ſe circumcidi & ad Judæos ita accedunt ut legem Judaicam totam amplectantur. *Proſelyti domicilii* qui tantum inter Judæos habitant. Confer Pauli Slevogti diſſ. de proſelytis Judæorum. Leydeckerum VI. 7. de Rep. Hebræorum. Jac. Altingium de proſelytis p. 239.

Moſes Maimonides in tractatu Melakim ſive de Regibus cap. 9. *ſex res ſunt primo homini mandatæ, de idololatria, de benedictione Nominis Divini, de effuſione ſanguinis, de revelatione turpitudinum, de rapina, de judiciis. Septima eſt Noacho * addita, nempe de membro vivi, & ita facta ſunt præcepta in univerſum ſeptem.* Itaque *primum* fuit ne idolis cultum exhiberent, *ſecundum* ut Deum omnium Conditorem pie colerent, *tertium* ne homicidium perpetrarent, *quartum* ne vagis aut inceſtis libidinibus indulgerent: *quintum* de rapina, ne furta vel rapinas exercerent: *ſextum* de judiciis ut judices crearent, qui juxta præcepta jam dicta jus adminiſtrarent, & *ſeptimum* de membro animalis viventis ſive ſangvine non comedendo. Ad hæc multi d) putant reſpexiſſe Apoſtolos, quando in Concilio Hieroſolymitano Actor. XV. 20. voluerunt Chriſtianos abſtinere ſe à contaminationibus idolorum & fornicatione & ſuffocatis & ſanguine. Sed ſententiam illam refellunt Jo. Spencerus diſſ. ad locum Actorum (ſubjecta libro ſecundo de legibus Hebræorum) cap. 2. & Jo. Seldenus VII. c. 12. de jure Naturæ & gentium ſecundum doctrinam Hebræorum, quo toto Opere erudite & fuſe præcepta iſta Noachidarum illuſtrat. Cui addes Jo. Friſchmutum in duabus diſſertationibus de Noachi præceptis, quæ recuſæ ſunt in theſauro diſſertationum Theologico Philologico A. 1701. fol. Jo. Mars-

* Geneſ. IX. 4.

d) Vide Hammondum & Alex. Morum ad locum Actor. XV. 20. Epiſcopium T. I. Operum p. 18. ſeq. Curcellæum p. 952. Jo. Oweni Theologumena p. 155. ſeq.

Marshami Canonem Chronicum Sæculo IX. p. 160. ſeq. Natalem Alexandrum Hiſt. Eccleſiaſtica V. T. ætate 2. diſſ. 2. p. 143. ſeq. Jo. Franciſcum Buddeum in Hiſtoria Philoſophiæ Ebræorum p. 15. qui in libro Jobi veſtigia præceptorum illorum, excepto illo de membro animalis viventis, viſus eſt ſibi reperire. Petrum Jurieu in Hiſtoria Critica dogmatum rituumque &c.

LXXXVII. Alia Noachidarum Præcepta à Judæis memorata.

IN Gemara Sanhedrin c. 7. §. 4. edit. Cocceji poſt ſeptem illa præcepta Noachidis data etiam alia quædam referuntur: *Septem præcepta injuncta ſunt Noachidis*: 1) *de judiciis*, 2) *de exſecratione nominis divini*, 3) *de idololatria*, 4) *de inceſtu*, 5) *de homicidio*, 6) *de rapina*, 7) *de membro vivi animalis non comedendo. R. Chamina F. Gamala etiam de ſanguine viventis. R. Chidka ait: etiam de caſtratione. R. Simeon, etiam de Magia. R. Joſes: quæcumque in capite de magô dicuntur, ea ad omnes Noachi poſteros pertinent* Non invenietur inter vos qui traducat filium ſuum -- Nam abominatio DEI eſt qui facit illa. Et propter abominationes iſtas &c. Deut. 18. 10. 12. —— *R. Elieſer ait etiam quod attinet mixturam heterogeneorum —— animalium diverſi generis admiſſio, arborumque inſitio.* Confer Seldenum VII. 3. de jure Nat. qui inter alia etiam ex Gemara Babylonica ad tractatum Cholin. c. 7. f. 92. triginta præcepta Noachidis ſuſcepta memorat. *Triginta præcepta in ſe ſuſceperunt Noachidæ, quorum tantum tria obſervarunt. Primum quod pactis dotalibus ſibi maſculos non conjungerent; ſecundum quod non afferrent in macellum mor-*

mortui (hominis) *carnem : tertium quod legi ipſi honorem exhiberent.* Cæteroqui Sgambatus p. 145. notat ex Hebræorum obſervatione ad Geneſeos IX. Noachum ſtatuiſſe hominibus hæc ſeptem præcepta. 1) ineundi conjugium. *Creſcite & multiplicamini* 2) ſubigendi feras quo terra coli poſſet. *Terror veſter ac tremor ſit ſuper cuncta animalia terræ.* 3) ne ab eſu animantium abhorrerent, neve ſibi vetitum putarent. *Omne quod movetur & vivit, erit vobis in cibum.* 4) abſtinentiæ à ſanguine. *Carnem cum ſanguine non comedetis.* 5) vitandi homicidii. *De manu vivi & fratris ejus requiram animam hominis.* 6) vindicandi cædes legitima auctoritate: *quicunque effuderit humanum ſanguinem, fundetur ſanguis illius.* & 7) dividendi Orbis & provinciarum ſortiendarum: *ingredimini ſuper terram & implete eam.*

LXXXVIII. Noæ conjux, *Noria*, *Barthenos*, *Naama*, *Tithea* &c. Filii *Jonithus*, *Moneton*. Liber *Noria*, à Gnoſticis jactatus.

S. Epiphanius hæreſi XXVI. c. 1. T. 1. p. 82.

πάλιν ἀπ' αὐτῆς ὡς ἀπὸ ἑρίας ὠᾶς ὄφεως σκορπίοι ἢ ἐξ ἀσπίδων γεγεννημένοι ἄνια ἡμῖν παρεισφέρουσι κενοφωνίας ὀνόματα, καὶ βίβλους πλάττουσι, Νωρίαν τινὰ βίβλον καλοῦντες, καὶ ἐξ ὑποκρίσεως Ἑλληνικῆς δεισιδαιμονίας μιμητοιοῦντες τὴν παρ' αὐτοῖς τοῖς Ἕλλησι

Ergo iſti cum Nicolao conjuncti, & ab eo velut ſubventaneo ſerpentis ovo ſcorpii, ſive aſpidibus prognati quædam nobis inaniter ſonantia nomina, libroſque commenti ſunt: velut inter cæteros quem *Noriam* appellant, atque

μυδώδη ραψῳδίαν καὶ φαντασίαν, ὅτω τὸ ψεῦδος τῇ ἀληθείᾳ ὡς ἐπλέξησι. ταύτην γάρ φασι τὴν Νωρίαν, εἶναι δὲ Νῶε γυναῖκα. καλοῦσι δὲ Νωρίαν, ὅπως τὰ Ἑλληνικῶς ὡς ἐκ τοῦς Ἕλλησι ραψῳδηθέντα, αὐτοὶ βαρβαρικοῖς ὀνόμασι μεταποιήσαντες, τοῖς ἠπατημένοις παρ' αὐτῶν φαντασίαν ἐργάσωνται, ἵνα δὴ καθ' ἑρμηνείαν ποιήσωσι τὸ τῆ Πύῤῥας ὄνομα, Νωρίαν ὅτο ὀνομάζοντες. ἐπειδὴ γὰρ νυρὰ ἐν τῇ Ἑβραΐδι πῦρ ἐ κατὰ τὴν βαθείαν γλῶσαν ἑρμηνεύεται, ἀλλὰ καὶ Συριακῇ διαλέκτῳ. Ησαῦ δὲ τὸ πῦρ ὡς ἐκ Ἑβραίοις καλεῖται, ἐ κατὰ τὴν βαθείαν γλῶσαν. τοῦτο χάριν αὐτοῖς συμβέβηκε κατὰ ἄγνοιαν καὶ ἀπειρίαν τῷ ὀνόματι τούτῳ κεχρῆσθαι. ὅτε δὲ Πύῤῥα ἡ παρ' Ἕλλησιν, ὅτε Νωρία ἡ ὡς ἐκ τούτοις μυθευομένη, ἀλλὰ βαρβαρικῶς τῷ Νῶε γέγονε γυνή· καὶ οἱ Ἕλληνες δὲ φασι τὴν

ex ſuperſtitioſis Gentilium opinionibus conformatis ad inſtitutum ſuum nugis illis ac fabulis veritati mendacium admiſcent. Quippe Noriam iſtam Noëmi conjugem faciunt. Quam iccirco Noriam vocant, ut quæ à Gentilibus concinnata ſunt, Barbaris vocibus diſſimulantes, circumventis à ſe hominibus facilius illudant: quo quidem pacto, ut Pyrrhæ vocabulum interpretando redderent, Noriæ appellationem indiderunt. Nam cum Nura apud Hebræos ignem, non illa quidem ſecretiore lingva, ſed Syriaca ſignificet; Hebræi ſiquidem ignem Eſauth nominant: illi præ inſcitia atque imperitia eo vocabulo ſunt abuſi. Atqui neque Pyrrha illa Græcorum celebrata ſcriptis, neque ab illis conficta Noria, ſed *Barbanus*

Deu-

Δευκαλίωνος γυναῖκα Πύῤῥαν καλεῖσθαι. εἶτα τὴν αἰτίαν ὑποτίθενται ἤτοι οἱ τὰ τῶν Φιλιστίωνος ἡμῖν αὖθις προσφέρομένοι, ὅτι πολλάκις βυλομένην μετὰ τοῦ Νῶε ἐν τῇ κιβωτῷ γενέσθαι, ὑ συνεχωρεῖτο, τοῦ ἄρχοντος. Φασὶ δὲ τὸν κόσμου κτίσαντος βυλομένῳ αὐτὴν ἀπολέσαι σὺν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἐν τῷ καταχλυσμῷ. αὐτὴν δέ φασιν ἐπικαθιζάνειν ἐν τῇ λάρνακι, κὴ ἐμπιπρᾶν αὐτὴν, ὐχ ἅπαξ, ὐδὶ δίς, ἀλλὰ πολλάκις, κὴ πρῶτον, κὴ δεύτερον, κὴ τρίτον. ὅθεν δὴ εἰς ἔτη πολλὰ ἐλήλακεν ἡ τοῦ αὐτοῦ τοῦ Νῶε λάρνακος κατασκευὴ, διὰ τὸ πολλάκις αὐτὴν ὑπ' αὐτῆς ἐμπεπρῆσθαι. ἦν γὰρ, Φασιν, ὁ Νῶε πειθόμενος τῷ ἄρχοντι, ἡ δὲ Νωρία ἀπεκάλυψε τὰς ἄνω δυνάμεις κὴ τὴν ἀπὸ τῶν δυνάμεων βαρβηλὼ τὴν ὑπεναντίαν τῷ ἄρχοντι, ὡς κὴ ἐν ἄλλαις δυνάμεις κὴ ὑπέφαινεν, ὅτι δὴ τὰ συληθέντα ἀπὸ τοῦ ἀνωθεν μητρὸς

Noëmi conjux fuit. Græci vero Pyrrham Deucalionis uxorem fuiſſe memorant. Tum cauſſam adferunt iidem illi, qui Philiſtionis mimos iterum nobis obtrudunt. Cum enim, inquiunt, in Arca eſſe cum Noëmo cuperet, nunquam id ei permiſſum eſt; quod eam Princeps mundi conditor una cum cæteris omnibus diluvio vellet extinguere. Ergo hæc inſidens arcæ non ſemel ac ſecundo, ſed ſæpius, adeoque tertio illam incendit. Quo factum eſt, ut ad complures annos à Noëmo hæc Arcæ ſtructura prorogata fuerit, cum ab illa ſæpius eſſet exuſta. Siquidem Noëmus Principi ſe obſequentem præſtabat: Noria vero ſuperas virtutes, & ab iis profectam Barbelonem Principi contrariam indicavit, quemadmodum & aliæ

διὰ δ ἀρχοντος, δ τὸν κόσμον πεποιηκότος, καὶ τῶν ἄλλων ζῶν σὺν αὐτῷ θεῶν τε καὶ Αγγέλων καὶ Δαιμόνων συλλέγειν ἀπὸ τ ἐν τοῖς σώμασι δυνάμεως, διὰ τ ἀπορροίας ἀῤῥένων τε καὶ θηλειῶν.

fecere Virtutes: atque illud præterea docuit: oportere quæ ſupremæ Parenti à conditore mundi Principe, ac reliquis qui cum eo ſunt Diis atque Angelis, & Dæmonibus erepta ſunt, ex inſita corporum vi per marium ac fœminarum profluvia colligere.

Scipio Sgambatus in Archivis Vet. Teſt. p. 150.

Bath-Enos uxor Noë, cujus etiam Epiphanius Hæreſi 36. meminit (licet vitium Codici irrepſerit, ut *Barthenos* ſcribatur) apud Hebræos primæ poſt Evam ſapientiæ laude celebratur, & multa illi cum Eva congruunt, illa enim ex Adamo nata, hæc ut nomine præfert, filia Enos: utrumque autem nomen (*Adam & Enos*) hominem ſignificat. Eva mater viventium, & hæc. Quare Veſtam, Rheam, Cybelem, matrem Deûm, vario cultu, ac nominibus Gentes cognominabant, R. Ghedolias, & multi ex antiquioribus *Noëmam* * vocant. Alii

* Rich. Simon Bibl. Critique T. 1. p. 175. *On lit dans le Sailoleth hakkabala qui eſt un libre d'hiſtoire tout à fait nouveau, pluſieurs particularitez touchant Adam & les premiers Patriarches, leſquelles ne ſont point dans les libres ſacrez: on ne doit pas inferer de là, qu'ils ayent eû de veritables actes, d'où ils ayent pris toutes ces particularitez.*

R. Be-

Alii *Tethiri*. Annius, niſi literæ ſunt in Beroſo corruptæ, *Titheam*, Græce Τιθὴ, *Nutrix* hominum ut Eva olim *Mater*. Inventæ Poeſeos, & canendi artis huic laudem tribuunt Targum Hieroſolymitanum, & plures Hebræorum. Atque ideo Noëmam, id eſt ſvavem vocatam, Gnoſtici vocabant *Noriam*, ut Græci *Pyrrham*: atque è Græcis, pravâ imitatione, nomen hoc expreſsiſſe Gnoſticos arbitratur Epiphanius, quod נור Syriace ſit Ignis, & *Ner* Hebraicè, Lucerna; Arabicè ignis; ergo quia Pyrrha dicta eſt ἀπὸ τοῦ πυρὸς, ideo *Noriam*, Gnoſticos velut *Igneam* finxiſſe. At quid ſi ex

R. Bechai me paruit beaucoup plus exact dans ſon commentaire ſur la Geneſe: car apres avoir dit, que la femme de Noë s' appelloit Naama, *il ajoute que c' eſt un* deras *ou allegorie des Rabbins* V. C. Hermannus ab Hardt in Ephemeridibus Philologicis p. 33. *&* Naaman *quidem ſeu Venerem, ſororem aut cognatam Tubulcaini, Gen. IV. uxorem Noachi fuiſſe antiqui referunt Judæi in Bereſchit Rabba, paraſcha 23. f. 22. c. 4. R. Iſaac Arama in Akedat Jizchak f. ך. c. 2. Veteres autem moraliter omnino hoc intellexerunt, qui vino Venerem junctam eſſe, & hanc ex illo incaleſcere, innuere voluerunt, ac indolem forte & caſum ex ebrietate Noachi in uxore & venere fraude Chami ortum, hac figura depingere ſtuduerunt. Nec inelegans eſt imago qua Judæorum majores Noachi ex vino temulentiam illuſtrarunt. Vineas plantanti Noacho Satanam ſe junxiſſe memorant, qui dum Noachites plantaret, mactaverit apud illas ovem, leonem, ſimiam & ſuem. Quod principio potus vini homo ſit inflar ovis, vinum ſumtum efficiat ex homine* leonem, *largius hauſtum mutet eum in ſaltantem* ſimiam, *ad ebrietatem infuſum transformet illum in pollutam & proſtratam* ſuem. *Joſua Aben Schuiſ in Sepher Deraſchot al Hattora f.* ד. *c.* 1. *R. Moſe Alſchech in Legem f.* פו. *c.* 2.

Apocryphis Hebræis antiquum nomen hoc ſumpſerint Gnoſtici, è quibus & Pirrham Græci habeant? Certè Latinis etiam *Veſta Mater* Ignis eſt, quanquam diutiùs hic hærere non oportet. Huic Gnoſtici librum adſcribebant, qui ejus nomine diceretur Noria, plenum imprudenti, atque impudica mendacitate.

Leo allatius ad Euſtathii Hexaëmeron p. 236.

Pſeudo Beroſus Annianus lib. 2. refert, Noë complures filios genuiſſe poſt diluvium, eosque gigantes, & ex nomine matris *Titheæ* * Titanas appellaſſe, & alios. Annius id idem variis argumentis conatur ut veriſſimum demonſtrare & rationi divinæ ſcripturæ conſentaneum. Nec Cajetanus diſſentit, cum dicit: Hinc apparet, quòd Noë poſt diluvium, alios filios genuit, niſi enim habuiſſet filios non dixiſſet, Sem, Cham, & Japhet fuiſſe filios, Noe, qui egreſſi erant ex arca, ad differentiam ſiquidem aliorum filiorum Noe, meminit illorum trium, qui cum patre de Arca egreſſi fuerant. & propter hoc qvod iſti ſoli cum Noe, in Arca fuerunt, & cum eo egreſſi ſunt, adeo præſtiterunt aliis filiis Noe poſt diluvium generatis, ut eorum nomina fuerint penitus abolita, & illi tres tantum nominati, & tanquam patres mundi habiti ſunt. Methodius item narrat *Jonithum* fuiſſe filium Noe, & ut textus Græcus meus habet *Monetonem*. μονήτων ᾗ ὁ δὲ νῶε ὑὸς εἰσῆλθεν εἰς τὴν ἰώαν. καὶ μέχρι τ̃ θαλάσσης τ̃ ἐπιλεγομένης ἡλίου χώρας, ἔνθα ἡ ἀνατολὴ τ̃ ἡλίου γίνεται. ὅτ@ ᾗ ὁ μο-

* Titheæ.

μονήτων ἔλαβε παρὰ θεοῦ χάρισμα σοφίας, ὅτε πρώτου αἰρονομίας τέχνην ἐφεῦρεν, πρὸς τοῦτον κατῆλθε νιβρώδ, καὶ παιδευθεὶς παρ' αὐτοῦ, εἵλητο βυλὴν ἐφ' ᾧ βασιλεῦσαι αὐτόν. Noſter hic auctor tres tantum ejus filios enumerat, *Sem*, *Cham*, *Japhet*, multique recentiores hanc opinionem uti veriſimam amplectuntur. Ex quibus omnes gentes procreatæ ſunt, & propagatæ in toto terrarum orbe. Joannes Annius lib. de Regibus Hiſpaniæ capit. 3. & Franciſcus Tarafa de origine, & rebus geſtis regum Hiſpaniæ his tribus & quartum addunt *Tubal*, quem dicunt primum regnum Hiſpaniæ obtinuiſſe, ejusque gentis fuiſſe primum auctorem.

LXXXIX. Noæ conjux Haical. Conjuges Semi, Chami, Japheti.

Eutychius T. 1. Annal. p. 35.

PORro anno vitæ *Noæ* ſexcenteſimo mortuus eſt *Mathuſhalech*, die *Veneris* circa meridiem, viceſimo primo *Ilul*, qui eſt *Thut*: quem pollinctum ſepelierunt *Noah* & *Sem* in ſpelunca *Alcanuz*, ipſumque quadraginta dies planxerunt. Fuit autem vita *Mathuſhalechi* annorum nongentorum ſexaginta novem. Neque jam quis ſuperfuit in monte Sancto præter ſolum *Noachum* ipſiusque uxorem (cui nomen erat *Haical*) filiam *Namuſæ* filii *Enochi*, cum tribus ipſorum filiis *Semo*, *Hamo* & *Japheto*, tribusque eorum conjugibus quæ è filiabus *Mathuſhalechi* fuere: uxori *Semi* nomen *Salit*; *Hami*, *Nahlat*; *Japheti*, *Ariſiſah*.

XC. Sambethe Sibylla, Noachi nurus, Poëtria Sibyllinorum carminum.

Sibyllina lib. 3. p. 283.

Ταῦτα σοι Ασσυρίης Βαβυλώνια τείχεα μακρὰ
Οἰσεομανὴς προλιπεῦσα, ἐς Ελλάδα πεμπόμενος πῦρ
Πᾶσι προφητεῦσα θεῦ μηνύματα θνητοῖς,
Ως γὰ προφητεῦσαι μεβροτοῖς αἰνίγματα θεῖα.
Καὶ καλέσσι βροτοί με καθ' Ελλάδα παλφίσ@ ἄλλης,
Ἐξ Ερυθρῆς γεγαῖαν, ἀναιδέα, οἱ δέ με Κίρκης
Μητρὸς καὶ γνωσοῖο πατρὸς, φήσασι Σίβυλλαν,
Μαινομένην, ψεύσειραν. ἐπὴν ἢ γένηαι ἄπαντα,
Τηνίκα μεν μνήμην ποιήσεαι, κ' ἐκ ἔτι μ' ἐδεὶς,
Μαινομένην φήσειε, θεῦ μεγάλοιο προφῆτιν.
Ος γὰ ἐμοὶ δήλωσεν ἀ πρὶν γενετῆρσιν ἐμοισιν,
Οσσά τε πρῶτ' ἐγένοντο, γὰ μοι θεὸς ἐγκατέλεξε
Τῶν μετέπειτα ἢ πάντα θεὸς νόῳ ἐγκατέθηκεν,
Ωστε προφητεύειν μεγά τ' ἰοτόμμα, πρό τ' ἐόντα.
Καὶ λέξαι θνητοῖς· ὅτε γὰ κατεκλύζετο κόσμ@
Τδασι, καὶ γὶς ἀνὴρ μόν@ εὐδοκίμητ@ ἐκείφθη,
Τλεόμῳ ἐνὶ οἴκῳ ἐπιπλώσας ὑδάτεσσι
Σὺν θηρσὶ, πτηνοῖσί θ', ἵν' ἐμπλήσθῃ πάλι κόσμ@.
Τᾧ μὲν ἐγὼ νύμφη, ἀφ' αἵματ@ αὐτᾧ ἐτέχθην.
Τῷ γὰ πρῶτ' ἐγένοντο, γὰ δὲ ἐκαστα πάντ' ἀπεδείχθη,
Ως τ' ἀπ' ἐμεῦ στόματ@ τάδ' ἀληθινὰ πάντα λελέχθω.

Hæc

HÆc ſunt, quæ moneo Aſſyria Babylone profecta,
In Græcos ignis miſſus, fanatica, cunctis
Exponens divina Dei præſignificata,
Mortali ut generi divina ænigmata pandam.
Et tamen ex alia patria me Græcia dicit,
Ex Erythra natam, poſitique pudoris. At illi
Matre ferent Circe, Gnoſto * me patre, Sibyllam,
Inſanam, falſam. Sed cunctis denique factis,
Tunc recoletis me, neque dixerit amplius ullus
Inſanam, magnam ſed vatem Numinis alti:
Cui Deus oſtendit quæcunque parentibus idem
Ante meis, & quæ fuerint, quæ ſintque futura,
Omnia perdocuit, mentem veracibus implens,
Vt mortale genus (venturaque, quæque fuerunt,
Pandens) admoneam. Siquidem cum dilueretur
Mundus aquis, cum vir ſolus probus exuperavit
Quidam, quem per aquas vexit domus eruta ſylvis,
Et pecudes, & aves, rurſum impleretur ut orbis
Ejus ego nurus, ejus item de ſangvine nata,
Cui prima acciderunt, poſtrema oſtenſa fuerunt,
Hactenus ore meo vera omnia prodita ſunto.

* noto, celebri

Eadem Sibyllina lib. I. p. 182.

Καὶ τότε δή τοι Νῶε δικαιότατος ἀνθρώπων
Οὗδος ἐξῆλθεν, δὶς εἴκοσι καὶ μίαν ἠῶ
Πληρώσας ὑδάτεσσι, θεοῦ μεγάλα ἀμφὶ βυλάς.
Ἔνθ' αὖθις βιότοιο νέη ἀνέτηλε γενέθλη,
Χρυσείη, πρώτη, ἣ τις πέλετ' ἔκτη, ἀρίστη,
Ἐξ ἧς πρωτόπλαστος ἀνὴρ γένετ'. ὄνομα δ' αὐτῇ
Οὐρανίη, ὅτι πᾶσα θεῷ μεμελημένη ἔσαν.
Ὦ γενεῆς ἕκτης πρῶτον γένος, ὦ μέγα χάρμα,
Ἧς ἔλαχον μετέπειτ' ὅτε ἔκφυγον αἰπὺν ὄλεθρον,
Πολλὰ κλυδωνισθεῖσ' ἅμ' ἐμῷ πόσει, ἠδὲ θαλάσσαις,
Ἠδὲ ἑκυρῷ θ' ἑκυρῇ, ὁμοσύμφοισίν τε παθοῦσα.

Noè

Noe igitur cunctos homines juſtisſimus inter,
Exiit octavus, vicenos cum bis, & unum
Compleſſet ſoles (Deus ipſe volebat) in undis.
Hinc nova progenies, hinc ætas aurea prima
Exorta eſt hominum qvæ venit in ordine ſexta,
Optima poſt homines natos, & nomine fertur
Cœleſtis, quod eam curæ Deus unus habebit,
O ævi ſexti ſtirps prima, o gaudia magna,
Quod ſortita fui, poſtquam diſcrimina mortis
Effugi, jactata meo cum conjuge multum,
Nec non cum leviris gloſſes, ſoceroque ſocruque.

Suidas in Σίβυλλα.

Σίβυλλα χαλδαία ἡ καὶ πρός τινων Ἑβραία ὀνομαζομένη, ἡ καὶ Περσὶς, ἡ κυρίῳ ὀνόματι καλουμένη Σαμβήθη a) ἐκ τοῦ γένους τοῦ μακαριωτάτου Νῶε, ἡ περὶ τῶν κατὰ Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα λεγομένων προειρηκυῖα, ἃς μνημονεύει Νικάνωρ b) ὁ τὸν Ἀλεξάνδρου βίον ἱστορήσας. ἡ περὶ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ μυρία προδεικτίσασα καὶ τῆς αὐτοῦ παρουσίας. Ἀλλὰ καὶ αἱ λοιπαὶ συνᾴδουσιν αὐτῇ, πλὴν ὅτι ταύτης εἰσὶ βιβλία κ' c) περὶ παντὸς

Sibylla Chaldæa quæ etiam à quibusdam Hebræa nominatur, itemque Perſica, proprio nomine *Sambethe* dicta & a beatiſſimo Noë genus ducens. Hæc prædixit ea quæ Alexandro Macedoni contigiſſe dicuntur, cujus meminit Nicanor qui vitam Alexandri ſcripſit. Eadem de Domino CHRISTO ejusque adventu, Numinis inſtinctu plurima prædixit. Cum hac & reliquæ Sibyllæ conſen-

ἔθνους

a) Veluti *ebriam* dicas. Apud Pauſaniam in Phocicis p. 828. Σάββη. Dicta autem pro Sabba Sambethe, ut ab *Abbuba* (quod Chaldæis tibiam notat) *Ambubaja* mulieres apud Horatium & Sveton. Pro Sabbation *Sambation*, pro κύμβα *cymba*. Σαμβάθειον Sambethes ſacellum ex veteri inſcriptione Thyatirena obſervat eruditiſſimus Perizonius ad Ælianum p. 724.

b) Varro apud Lactantium lib. I. cap. 6. & Marcus Antimachus præfat. ad Sibyllina.

c) Lambecius p. 14. prodromi Hiſt. litterariæ ex his XXIV. libris unicum ſupereſſe putat qui in hodiernis Sibyllinis ſit primus. Verum non video cur non alii quoque ſint ejusdem autoris qui Sibyllæ Hebrææ ſua commenta ſuppoſuerit. Certe loco quem paullo ante ex libro tertio attuli manifeſte eadem loquens inducitur.

ἔθνης καὶ χώρας ἀπείχοντα. Ὅτι δὲ οἱ στίχοι αὐτῆς ἀτελεῖς καὶ ἄμετροι εὑρίσκονται, ἀ τ προφήτιδός ἐστιν ἡ αἰτία ἀλλὰ τῶν ταχυγράφων κ. τ. λ.

tiunt: niſi quod hujus ſunt XXIV. libri, de quavis gente & regione prædictiones continentes. Quod autem verſus ejus imperfecti & luxati inveniuntur, non eſt ipſius vatis culpa, ſed ſcribarum &c.

XCI. Scripta SEMO tributa. Semus an Melchiſedech? Pſalmi adſcripti MELCHISEDECHO.

Scipio Sgambatus lib. I. Archivorum V. T. p. 165.

I. *Traditio Theologica* Semum agnoſcit Auctorem. Huic enim Noe tradidit quicquid à Majoribus de Deo acceperat, quod Benedictionis nomine ſignificari Hebræi putant. Nec dubium quin grandis ille ſermo Pauli huc tenderet, ut quæ Melchiſedech Abrahamo de Chriſto maximè tradiderat, ea Hebræis in medium revocaret, ſed res erat ἀνεμήνευτος, tum ob rei ſublimitatem, tum quòd adhuc imbecilliores Hebræi non libenter audituri eſſent, Abrahamum à Melchiſedecho ea Theologiæ arcana didiciſſe, quæ ad Chriſtum ſpectarent. Sequens vero noſter ſermo pluribus locis oſtendet, Heberum, Abrahamum, Iſaacum, Jacobum, Semi, ſeu * Melchiſedechi fuiſſe diſcipulos. Minime tamen hic ſilendum,

* Semi etiam Academiam ſive Scholam in monte Thabor Hebræi memorant. Cæterum Sgambatus cum iis facit, qui Melchiſedech

dum, Hebræos dicere Semum ante diluvium Mathuſalæ magiſtro operam dediſſe annis LXXVIII. Sic enim Rab. Eliezer in capitulis ſcribit. Adde, quod Phœnices Theologorum antiquiſſimi, ſuæ totius diſciplinæ primum auctorem *Zedechum* nominabant, ut ſcribit Euſebius lib. IX. de Præpar. haud dubio hoc nomine Melchiſedechum intelligentes, id eſt Regem Zedechum.

II. DE *Ritu Sacerdotali* præcepta dedit Sem, Noæ Filius. Hebræorum opinio eſt, Semum obtuliſſe ſacrificium illud, quod narratur Noæ obtuliſſe. R. Ghedolias: *In exitu ex arca, Noë à Leone ictus eum occidit, quare cruentatus minus erat aptus offerendo ſacrificio: proinde obtulit Sem ejus loco.* Fabula profecto. Celebrior eſt eorum ſententia; qui dicunt Melchiſedechum tradidiſſe Abrahamo ritum ſacrificandi, totamque Religionis, ac Rei ſacræ divinitus acceptam diſciplinam, ex qua poſtea legatur Abrahamus victimas immolaſſe. Alii vero putant, eum divinitus accepiſſe legem ante Moyſem. *Bereſcith Rabba ſect. XLII. Melchiſedech dictus eſt quaſi*

ſedechum cum Semo confundunt, ut ſenſerunt Samaritani olim apud Epiphanium hæreſi 55 p. 205. & plerique è Judæis (vide Bocharti Phaleg. II. 1. & Seldenum curis ſecundis ad ſect. 1. de decimis, & de Synedr. p. 354. 356. edit. Lond.) nec pauci Chriſtiani, ut Montacutius p. 216. Apparatus ad Origenes Eccleſ. & ſingularibus ſcriptis Hugo Brughtonus & Jo Walliſius. Sed certo certius eſt Regem illum Salem, fuiſſe hominem à Semo diverſum eoque juniorem, cujus proprium nomen fuit Melchiſedechus, licet ex Semi extitiſſe progenie, nolim repugnare Ludovico Borgheſio Hiſtoriæ Criticæ Melchiſedechi p. 247. Vide etiam quæ Judæis Melchiſedechum pro ipſo Semo habentibus opponit B. Dorſcheus in pentadecade p. 426.

quaſi מצדיק, *quòd eos quibus praerat, juſtos redderet. Vocatus eſt etiam Adoni Zedech; Hieruſalem autem dicebatur Zedech, id eſt Juſtitia, ex quo dictum eſt: Juſtitia habitabit in ea: Vocatus eſt etiam Melchiſalem, id eſt Rex pacis, vel certè Rex perfectus: Hic obtulit panem, & vinum; nam docuit Abrahamum Quaeſtiones, Ritusque Sacerdotii Magni. Quòd enim panem dicit, intellige panem Propoſitionum, & quòd ait vinum, intellige vinum Libaminum. Magiſtri noſtri dixerunt: Legem Moyſis oſtendit illi.* Hæc Traditio.

III. DE *Ratione Temporum* ſcripſiſſe, vel tradidiſſe dicitur Semus. Huic enim Noë tradidit, quæ ab Henocho didicerat. Notatu dignus eſt locus in capitulis R. Eliezeris cap. 8. ubi de doctrina temporum ab Adamo accepta diſſerens ait: *Noë tradidit illam Semo. is ingreſſus eſt arcanum intercalationis & anni rationem diſpunxit; atque ideò vocatus eſt Sacerdos; quamquam Sem filius Noæ, etiam aliunde erat Sacerdos; quia primogenitus, eratque die, ac nocte ſacris operans. Unde & ſcriptum eſt, & Melchiſedech Rex Salem, &c.* Hæc R. Eliezer, quibus & Semum vocat primogenitum, contra quam reliqui Hebræi ſentire videntur, & ſcribit: Ideò vocatum eſſe Pontificem, quia intercalavit annum; id enim conſtat proprium fuiſſe Pontifici.

IV. PRophetia quoque Semo attribuuntur, atque ille haud dubiè Propheta ſuorum temporum fuit maximus. Neque enim caſu aliquo occurrit Abrahamo, ſed eum adfuturum antè divinitùs edoctus. Centum à diluvio annis elapſis cœpit Prophetam agere; cùm ſcilicet in priſtina vitia relapſus Orbis iram Dei rurſus irritaret. *Tana R. Elia,*

ex

ex quo *Jalkut* ſectione *Balak*: *D. O. M. loquutus eſt cum Sem. Ecce decem Generationes tranſierunt ante diluvium, quas ego delevi, & quid profuit deleviſſe? Age Tu, aſſume Prophetiam, & propheta, ſi forte ſuſcipiant legem meam. Et prophetavit Sem annis CCCC. & non receperunt ipſum. Poſt quem miſſi ſunt Eliphaz Themanites, & Baldach Suchites, & Sepher Netmathites, & Eliu Buzites, & Job Huſites, & Balaam.* Quid vaticinatus ſit de Regnis Aſſyriorum, & Ægyptiorum in epiſtola ad Nembrothum, dicam poſtea.

V. *Philoſophiam*, rerumque cœleſtium non modo traditam à Parente notitiam, ſed etiam ſua partam induſtria transmiſit ad poſteros. Methodius: Σὲμ δὲ ὁ υἱὸς Νῶε εἰσῆλθεν εἰς τὴν Εὠαν ὑπὲρ τὴν θαλάσσης τὴν ἐπιλεγομένην ἡλίου χώραν, ἐν ᾗ ἀνατολὴ τρίτη ἐξ ἡλίου, καὶ κατῴκησεν ἐκεῖ; ἔλαβε δὲ χάριν παρὰ θεοῦ σοφίας, καὶ ἐφεῦρε τὴν τέχνην τῆς ἀστρονομίας. *Sem vero filius Noæ ingreſſus Orientis transmarinam regionem, quæ vocatur Solis Regio, ubi & Solis tertius eſt ortus, illic habitavit. Accepit autem à Deo gratiam ſapientiæ, & invenit artem Aſtronomiæ.* Quid ſibi vult *Regio transmarina Orientis*? An hæc *Japon Inſula*? Certè Japon Indigenarum lingua vocari dicitur *Solis Inſula*, ut nomen quoque conſentiat. Sed quod addit inde tertium Solis exortum eſſe, puto mendum eſſe Librarii: πρώτη ſcribendum, id eſt *Prima*, ubi eſt τρίτη, id eſt *Tertia*. Sunt qui Samios, & Samanes, & Semones à Semo dictos, putant nomina fuiſſe Sapientum, qui traditam à Majoribus Semi diſciplinam ſectarentur. Inde Pythagoram gente Phœnicem, à diſciplina Samium vocatum, & Græcos poſtea omnis barbaræ antiquitatis ignaros

ros cognomen in Patriæ argumentum vertiſſe. Samanes Indorum Sapientes vocati. Semones in Italia Heroes. Tenuis eſt quidem conjectura, ſed uti in rebus antiquis, non contemnenda. Numen Italiæ vetuſtiſſimum eſt *Semo* vel *Semopater*, qui, & *Sancus*, *& Sanctus*, & ſanciendorum Fœderum, ac Sacrificiorum arbiter putabatur, ac præſes. Ecquid audacia peccavero, ſi ſuſpicer, quemadmodum ex Noe Janum factum credunt, ita è Semo Numen hoc extitiſſe, quandoquidem is Sanctus, & fidei, ac pietatis in Parentem ſervator, & Sacerdos fuerit? Notus lapis Romæ in Inſula Tiberina, in quo ſcriptum SEMONI SANCO DEO FIDIO. Nam quod *Semonem dictum* quaſi Semihominem putant, nimis coactum eſt, & parum conſentaneum hujus Nominis dignitati.

VI. Politicis haud minus, quam reliqua Philoſophia Semum excelluiſſe conſtat. Primus enim optimam Reipublicæ formam invenit, ut Regnum Sacerdotio temperaret, ut apud Maronem ille Rex Anius, *Rex idem hominum, Phœbique Sacerdos. Methodius ſcribit, Nembrothum ex diſciplina Semi regnare didiciſſe, qui primus imperium obtinuiſſe fertur. Cum enim de Semi ſapientia dixiſſet, addit: πρὸς τοῦτον καταλῆλθε Νεμβρωὴδ, καὶ αὐτὸς πρῶτος ἐβασίλευσεν ἐπὶ τῆς γῆς *Ad hunc* (diſciplinæ causâ) *venit Nembroth, & ipſe regnavit primus ſuper terram.* Et poſtea: καὶ μετὰ ταῦτα ἐποίησαν οἱ υἱοὶ Χὰμ βασιλέα ἑαυτῶν, ὃ τὸ ὄνομα Πομπίον. Ἔγραψεν δὲ ἐπιστολὴν Σὴμ πρὸς Νεμβρωὴδ, ὅτι ἡ βασιλεία ἔ ἰάφεθ αὐθις μέλλει ἐξαλείφειν βασιλείαν τῶν υἱῶν Χὰμ; αὗται γὰρ βασιλεῖαι ἀνεδείχθησαν

* Æneid. III. 80.

θησαν ἐπὶ τ῀ γῆς, εἶτα ἤμαθον πάντα τὰ ἔθνη καθί-σαι βασιλεῖς: *Poſt hæc verò etiam Filii Cham* (id eſt Ægyptii, hoc enim loco *Cham* nomen Ægypti eſt ex Plutarcho de Iſide, non minimi natu filii Noæ; nam Nembroth quoque filius erat Chami) *fecerunt ſibi Regem, cui nomen fuit Pompio; ſcripſit igitur Semus epiſtolam Nembrotho, indicans fore ut Regnum Japhet* (ex quo Macedones, & Romani) *auferret Imperium filiorum Chàm* (ex quo Aſſyrii, & Ægyptii) *Namque hæc Regna in Terra vigebant; hinc omnes gentes ſibi Reges conſtituere didicerunt.* Ex eo verò, quòd Semus Nembrotho amicus fuiſſe dicitur, Hebræi factum putant, ut familia Heber, quæ in Semi poſteritate primaria erat, inter Aſſyrios, atque in ipſa Nembrothi Regia verſaretur, ex qua poſtea natus eſt Abrahamus.

VII. LEges à Melchiſedecho, ſeu mavis Semo, Generi humano primùm ſtatutas Hebræi dicunt, poſt Noæ patris pauca illa præcepta. Semus itaque leges primus inſtituit, quibus cùm cæteri mortales ex eo propagati, tum Hebræi maximè usque ad Moyſis ætatem uſi ſunt. Hinc ubi de Thamaris lapſu, qvem Judas incendio vindicandum cenſuit, agitur, Hebræi dicunt, Semi lege conſtitutum id eſſe ſupplicium. Rab. Abraham Zachut. בית דינו שלשם גזרו על הזנות שנ' ויאמר יהודה הוציאוה ותשרף *Còncilium Semi legem tulerat de mulieribus impudicis: huc pertinet illud: & dixit Judas, educite illam, ut comburatur*; * Hinc plurimarum ille urbium Conditor & inſtitutor eſt habitus non modò in Syria, ſed etiam in Africa, atque Europa, nam in Libya urbem *Septam* dicitur condidiſſe,

* Gen. XXXVIII. 24.

didiſſe. Zemach David initio II. partis: *Sem filius Noæ condidit urbem, cui nomen eſt Septa, quæ ſedet ad mare, quo diſtinguitur Africa à Bætica.* Quin etiam in Italia Salernum urbs antiquiſſima gloriatur ſe conditam à Sem Noæ filio, idque in quibusdam, quos vetere inſtituto illa uſurpat Eccleſia, hymnis habetur. Nomen urbis antiquum erat Sale, ex quo Salernum uſitata olim terminatione factum eſt: Sic Privernum, Cliternum, Avernum, Amiternum, Falernum. Quare urbs hæc Sale dicta videtur eodem nomine, quo Salem, quæ & Hieruſalem ab eodem conditore. Obſervo non procul inde antiquiſſimam urbem Dicæarchiam, ex qua Sinus quoque ille Dicæarchæus dicitur extitiſſe, à Samiis conditam, ut ajunt; quòd ſi nomen hoc non Samum Inſulam ſpectaret, ſed *Semum, qui eſt Melchiſedech (nam Semus Doricè Samus dicitur) crederemus Hebraicum nomen hoc Melchiſedech, Græcè dictum eſſe Dicæarchum; nam vis nominis reſpondet aptiſſimè: quando *Dicaos, Zedech*; *Archos* vero eſt *Melech*. Neque alius profectò eſt Zedechus ille, quem Syri, atque Phœnices auctorem legum ſuarum celebrant, qui & Jupiter vocatur: Quin, & Jovis ſtella non aliter Hebraicè dicitur quàm Zedech צדק: inde etiam geminos illos Jovis filios Caſtorem, & Pollucem Διοσκόρους filios Zedecki, dixere Phœnices, allegoriam ſecuti. Nec puto aliunde factum, ut primà legum adinventio ad Jovem referretur, ut Cicero II. de legibus eam originem huc referens dixerit: *lex vera atque Princeps apta eſt ad jubendum, &*

T ad

* bella Sgambati ſemia.

ad vetandum, ratio eſt recta ſummi Jovis. Homerus quoque Reges Jovis filios appellat, aut ab Jove nutritos, Διογενεῖς, Διοτρεφεῖς.

VIII. P*Salmos* Melchiſedecho tribuunt Hebræi in *Bava Bathra* cap. 1.** atque illum in primis (ut explicat R. Salomo) qui incipit: * *Dixit Dominus Domino meo,* quod videtur ab iis excogitatum ad eludendum Chriſti argumentum quo manifeſtè evicit, Chriſtum eſſe Deum, ideo quod David eum vocat Dominum. Huic enim argumento parant ejusmodi reſponſionem: non eſſe, qui loquitur, Davidem, ſeu Melchiſedechum, & hunc de Abrahamo loqui, eumque Dominum vocare. Sed primum, cur Melchiſedech vocat Dominum Abrahamum, à quo decimas exigit, cui benedicit, qui etiam, ut Hebræi dicunt, ejus nepos eſt ab eo decimus? Deinde, ſi de Abrahamo loquitur, quorſum illa: *Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech*? aut illud: *Ex utero ante Luciferum genui te*? ſive, ut Hebraicè nunc eſt: *Ex utero ante Aurorum ros infantiæ tuæ*?

IX. L*iber de Medicina* extat Semi nomine in Bibliotheca Bavarica hac inſcriptione: ספר רפואות אשר העתקו חכמים הראשונים ו׳ מספר שם בן נח *Liber medicamentorum, quem transtulerunt Sapientes antiqui ex libro Semi filii Noæ.* Sane vero

** Verba ſunt: *Dabid ſcripſit librum Pſalmorum per manus decem ſenum, per manus primi hominis, per manus Melchiſedechi, per manus Abrahami, per manus Moyſis, per manus Hemanis, per manus Jeduthuni, per manus Aſaphi, & per manus trium filiorum Corah.*

* Pſal. CX. Sed quem Davidi non Melchiſedecho diſerte tribuit CHriſtus Matth. XXII. 43.

vero credibile eſt, Semum inter cætera artem quoque medendi à Noë parente didiciſſe; nec Regem dedecebat ea diſciplina, cum potius Regum ea fuerit olim peculiaris, & propria, ut illud indicio eſt: *Non ſum Medicus, & in domo mea non eſt panis: nolite conſtituere me Judicem populi* Iſaiæ III. v. 7. Tanquam nemo princeps conſtitui ſoleret, niſi idem valeret arte medicinæ, qui eſt Perſarum, Indorumque mos: & apud Homerum Telephus, Podalirius, & Machaon Reges & medici ſatis oſtendunt. Haud dubium quin idem hic ſit, quem Sadochum, vel Sadycum Phœnices nominant, id eſt Juſtum. Auctor vitæ Iſidori apud Photium de Phœnicum antiquitatibus agens: Σαδύκῳ ἐγένοντο παῖδες, ὃς Διοσκόρους ἐκάλεσαν, καὶ Καβείρους; ὄγδοος δ' ἐγένετο ἐπὶ τούτοις ὁ Ἔρμουνος, ὃν Ἀσκληπιὸν ἑρμηνεύουσιν: *Sadico filii nati, quos Jovis filios, & Kabiros, ſeu Potentes vocarunt, è quibus octavus fuit Ermunus, quem Æſculapium interpretantur,* Poſtea ſubdit: Τὸν Ἔρμουνον ὄγδοον ἀξιοῦσιν ἑρμηνεύειν: *Ermunum octavum interpretantur,* Hebraica ſcilicet origine שמונה adito א, אשמונה Vides ut Melchiſedecus Medicus, & Æſculapii fuerit Pater.

XCII. CHAMI Prophetia ab Iſidoro Hæretico jactata.

Iſidorus Baſilidis F. apud Clementem Alex. VI. Strom. p. 642.

Καὶ γάρ μοι δοκεῖ τοὺς προσποιουμένους Φιλοσοφεῖν, ἵνα μάθωσι τί ἐστιν ἡ ὑπόπλεως δρῦς καὶ τὸ

Mihi enim videtur ut ii, qui ſibi Philoſophiam vindicant, diſcant quid ſit quercus

ἐπ' αὐτῇ πεποικιλμένον φάρος, πάντα ὅσα Φερεκύδης ἀλληγορήσας ἐθεολόγησεν, λαβὼν ἀπὸ τῆς Χὰμ προφητείας τὴν ὑπόθεσιν.

alata & varium quod ſuper ea eſt pallium, quæcunque Pherecydes allegorice dixit in Theologia, è CHAMI Prophetia deſumta.

Chriſtophorus Sandius lib. de Origine animæ p. 99.

Enochi abnepos Chamus (quem quidam Zoroaſtrem eſſe volunt, alii ejus filium Mizraimum) ſcripſit Prophetiam ex qua Pherecydes Syrus * accepiſſe videtur animos hominum eſſe ſempiternos. Lactantius VII. 8. *Quod*, inquit, *tenue atque ſubtile, id vero eſſe individuum, ac domicilio corporis velut carcere liberatum, ad cœlum & ad naturam ſuam pervolare. Hæc fere Platonis collecta breviter, quæ apud ipſum late copioſeque explicantur. In eadem ſententia quoque ante Platonem fuit Pythagoras, hujusque præceptor Pherecydes, quem Cicero tradit primum de immortalitate animarum diſputaviſſe.* Verba Ciceronis Tuſcul. I. ſunt: *quod litteris exſtat, Pherecydes Syrus primùm dixit animos hominum eſſe ſempiternos.* Confer Spencer. in Origenem IV. contra Celſum p. 191. At Iſidorus Balſilidis F. & diſcipulus apud Clementem 6. Strom. πάντα, inquit, ὅσα Φερεκύδης ἀλληγορήσας ἐθεολόγησεν λαβὼν ἀπὸ τῆς χὰμ προφητείας. Agitur autem ibi de alata quercu & pallio vario. Pythagorici certe & Plato in Phædro animæ alas duplices attribuere, unde Homerus aliique

* Imo Syrius ex Syro inſula una ex Cycladibus.

que dicunt animam evolare è corpore in ſuperiora. Imprimis notandum quod Coelius Rhodiginus Antiqv. Lect. XVI. 18. ſcribit, dicens *hoc ipſum* (mortis ſcilicet meditationem) *Zoroaſtrem* (quem quidam Chamum fuiſſe volunt) *veteris Theologiæ auctorem eminentiſſimum ſignificaſſe arbitror, quum eſſe alatam animam comminiſceretur, ac confractis* (al. remiſſis) *alis labi in corpus præcipitem, rurſumque lætius plumantem, ac denuo factam volucrem, ſuperna petere.* Quercus autem antiquis fuit hominum genetrix: quare Penelope Ulyſſi dicit apud Homerum Odyſſ. XIX.

Οὐ γὰρ ἀπὸ δρυός ἐστι παλαιφάτου, οὐδ' ἀπὸ πέτρης,

Non ſunt geniti ex quercu antiqua, nec ex petra, **

** Geminum eſt apud Ciceronem IV. Academicar. quæſt. *non enim eſt e ſaxo ſculptus, aut è robore dolatus* (homo) *habet corpus, habet animum, movetur mente, movetur ſenſibus.* Quibus ſane verbis non vult oſtendere quercum eſſe hominis genitricem, ſed potius hominem neutiquam eſſe tam durum quàm quercus vel ſilex, quia neutiquam ex quercu vel ſilice ſed longe molliore materia conſtat. Longe minus ad Sandii inſtitutum facit alter Clementis locus 2. Strom. p. 365. ex Platone, ubi ταῖς χερσὶν ἀτεχνῶς πέτρας καὶ δρῦς περιλαμβάνειν, denotat omnia tam ruditer & craſſe ab illis apprehendi, ac ſi quercus & ſaxa manibus tractarent. Porro in priore loco ὑπόπλεως δρυὸς nihil aliud eſt quam quercus patula, quæ arbor ætatem ferens eſt, licet fluxis foliis. Videndum igitur an quercus illa cum velamento variegato apud Clementem ſit potius imago univerſæ Naturæ fluxæ & in mille formas variabilis, nec minus antiquiſſimæ, obnuptæque ac velatæ, uti nota imago Naturæ apud Ægyptios velata ex Plutarch. de Iſide & Oſir. p. 354

Eodem ſenſu videtur dictum apud Clementem Stromatum lib. 2. *Increduli, ut videtur ex Cœlo, & ex eo quod eſt aſpectabile, omnia trahunt in terram, manibus plane petras & quercus apprehendentes, ut ait Plato.* Muſæus & Homerus homines arborum foliis comparant. Pallium tandem varium videtur denotare varietatem corporum, ceu tegumentorum animarum.

XCIII. Profanæ ac ſuperſtitioſæ artes æneis laminis & ſaxeis columnis à Chamo inſculptæ.

Joannes Caſſianus lib. VIII. Collatione 21. Sereni Abbatis.

QUique ab illa vera Phyſicæ philoſophiæ diſciplina tradita ſibi à majoribus exciderunt, (*Serbi poſteri*) quam primus homo ille, (*Adamus*) qui univerſarum naturarum inſtitutionem e veſtigio ſubſecutus eſt, potuit evidenter attingere, ſuisque poſteris certa ratione transmittere. Quippe qui mundi ipſius infantiam adhuc teneram, & quodammodo palpitantem rudemque conſpexerat, & in quem tanta eſt non ſolum ſapientiæ plenitudo, ſed etiam gratia prophetiæ, divina illa inſufflatione transfuſa, ut univerſis anim-

354. cum inſcriptione: ἐγὼ εἰμὶ πᾶν τὸ γεγονὸς καὶ ὂν καὶ ἐσόμενον, καὶ τὸν ἐμὸν πέπλον οὐδεὶς πω θνητὸς ἀπεκάλυψεν. Atque hoc magis reſpondet Pherecydis argumento, quod erat de Natura atque Diis περὶ Θεογονίας, Theologicum.

mantibus nomina rudis adhuc mundi hujus habitator imponeret, ac non ſolum omnigenum beſtiarum atq; ſerpentium furores * virusque diſcerneret, ſed etiam virtutes herbarum, arborum quoque lapidumque naturas ac temporum necdum expertorum vicisſitudines partiretur. Ita poterat efficaciter dicere: ** *Dominus dedit mihi bonorum horum, quæ ſunt, ſcientiam veram, ut ſciam diſpoſitiones orbis terrarum, & virtutes elementorum, initium & conſummationem & medietatem temporum, annorum curſus & ſtellarum diſpoſitiones, vim ſpirituum, & cogitationes hominum, differentias arborum & virtutes radicum, & quæ ſunt abſcondita & improviſa cognovi.* Hanc ergo ſcientiam omnium naturarum per ſucceſſiones generationum, ſemen Seth paterna traditione ſuſcipiens, donec diviſum à ſacrilega propagine perduravit, quemadmodum ſanctè perceperat, ita etiam vel ad Dei cultum vel ad utilitatem vitæ communis exercuit. Cum verò fuiſſet impiæ generationi permixtum, ad res prophanas ac noxias quæ pie didicerat inſtinctu quidem dæmonum derivavit, curioſasque ex ea maleficiorum artes atque præſtigias ac magicas ſuperſtitiones audacter inſtituit, docens poſteros ſuos ut ſacra illa cultura divini nominis derelicta vel elementa hæc, vel ignem, vel aëreos dæmones venerarentur & colerent. Hæc igitur quam diximus curioſarum rerum notitia quomodo diluvio non perierit, ac ſuperuenientibus ſeculis innotuerit, licet hoc minimè abſolutio propoſitæ quæſtionis expoſcat, tamen quia nos occaſio hujus expoſitionis admo-

* al. *Virosque.*

nuit,

** Sapient. VII. 18. 19. 20.

nuit, perſtringendum breviter puto. Quantum itaque antiquæ traditiones ferunt, * *Cham filius Noæ*, qui ſuperſtitionibus iſtis & ſacrilegis fuit artibus ac profanis infectus, ſciens nullum ſe poſſe ſuper his memorialem librum in arcam prorſus inferre, in qua erat una cum patre juſto ac ſanctis fratribus ingreſſurus, ſceleſtas artes ac prophana commenta diverſorum metallorum laminis, quæ ſcilicet aquarum non corrumperentur injuria, & duriſſimis lapidibus inſculpſit. Quæ diluvio peracto eadem qua ille celaverat curioſitate perquirens, ſacrilegiorum ac perpetuæ nequitiæ ſeminarium transmittit in poſteros. Hac itaque ratione illa opinio vulgi, qua credunt angelos vel maleficia vel diverſas artes hominibus tradidiſſe, in veritate completa eſt.

Petrus Comeſtor in Hiſtoria Scholaſtica libri Geneſeos cap. XXXIX.

Quædam Hiſtoriæ dicunt regnum Aſſyriorum cœpiſſe ab antiquo Belo, quod verum eſt quantum ad initium. Alii dicunt cœpiſſe à Nino, quod verum eſt etiam quantum ad regni ampliationem. Ninus vicit Cham, qui adhuc vivebat & regnabat. in Bactria, alii Thracia, & dicebatur Zoroaſtres inventor Magicæ artis, qui & ſeptem liberales artes in quatuordecim columnis ſcripſit, ſeptem æneis & ſeptem lateritiis contra utrumque Diluvium. Ninus vero libros ejus combuſit.

XCIV.

* *Harum fides*, inquit Allatius p. 241. ad Euſtathii Hexaem. *penes ſit ipſos auctores. Mihi nunquam id perſuadebunt &c. Maximum inter Ninum & Zoroaſtrem & Noticam diluvium temporis ſpatium interceſſit.*

XCIV. Cham à malis creatus Angelis, & malas artes edoctus. Magiæ & Aſtrologiæ auctor. Magici ejus libri. Cham *Zoroaſter*.

Epiphanius in hæreſi XXXIX. Sethianorum cap. 3.

Ιδοῦσα ὖ πάλιν πολλὴν ἐπιμιξίαν, καὶ ἀταξίαν ὁρμὴν, τῶν Ἀγγέλων καὶ τῶν ἀνθρώπων, εἰς μίξιν τῶν δύο γενῶν ἐλθόντων, καὶ συγχύσεις γενῶν γινας τὴν αὐτῶν ἀταξίαν ἐμποιήσασαν, πορευθεῖσα πάλιν ἡ αὐτὴ Μήτηρ τε, καὶ θήλεια καθαιρεσιν ἤνεγκε, καὶ ἀπώλεσε πᾶσαν σάρκα ἀνθρώπου παντὸς γένους ἐναντίαν. ἵνα δῆθεν τὸ καθαρὸν γένος τὸ ἀπὸ Σὴθ, καὶ δίκαιον, μόνον μείνῃ ἐν κόσμῳ, εἰς σύγκασιν ἄνωθεν γένους τε καὶ πνευματικοῦ τῆς δικαιοσύνης. ἔλαθον ὖ αὐτὴν πάλιν οἱ Ἄγγελοι, καὶ εἰσέδυσαν τὸν Χὰμ εἰς τὸν κιβωτὸν, ὄντα ἐκ αὐτῶν σπέρματος. ἐκτὸς γὰρ ψυχῶν σωθεισῶν ἐν τῇ τότε λάρνακι ἐκ Νῶε, ἐπλὰ μὴν εἰ-

Rurſum vero cum permiſcuam perturbationem, & Angelorum hominumq; temerarios impetus Mater cerneret, quod commiſta ſimul genera illa duo fuiſſent; qua ex confuſione nova quædam eſſent genera conſtituta: eadem illa Parens fœmina progrediens aquarum eluvione contrariam omnem factionem funditus extinxit, ut incorrupta ac juſta Sethi ſtirps ad cœleſte genus, ſcintillamque juſtitiæ conflandam in terris ſola retineretur. Verùm clam ipſa, rurſus Angeli Chamum è genere ſuo prognatum in Arcam introducunt. Nam ex octo capitibus illis, quæ in Noëmi Ar-

ναι ἓξ καθαρὸν γένος φασί. τὸν δ' ὄγδοον εἶναι τὸν Χὰμ τὴν ἄλλης δυνάμεως ὑπάρχουσα, ὃν εἰσδῦναι λαθόντα τὴν ἄνω Μητέρα. ὑπὸ τῶν Ἀγγέλων δ' τὸ τοιοῦτο συσκευασθὲν, ὅτως ἀποτελεσθῆναι, ἐπειδὴ γάρ, φασιν, ἔγνωσαν οἱ Ἄγγελοι, ὅτι μέλλει πᾶν τὸ σπέρμα αὐτῶν ἀπαλείφεσθαι ἐν τῷ κατακλυσμῷ, πανουργία τινὶ τὸν προειρημένον Χὰμ εἰς διατήρησιν ὑπ' αὐτῶν κτισθέντα. γένος τὴν κακίας παρεισέβαλον, καὶ ἐκ τούτου λήθη καὶ πλάνη τοῖς ἀνθρώποις, καὶ ἄταξοι φοραὶ ἁμαρτημάτων, καὶ πολυμιξία κακίας ἐν τῷ κόσμῳ γεγένηται. καὶ οὕτως ὁ κόσμος εἰς τὸ ἀρχαῖον τὴν ἀταξίας αὖθις ἀνέκαμψε, καὶ ἐνεπλήσθη κακῶν, ὡς ἐξ ἀρχῆς πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ.

ca ſervata leguntur, ſincerioris generis ſeptena fuiſſe prædicant, octavum vero nomine Chamum ab aliena vi productum latuiſſe cœleſtem Matrem, & in Arcam irrepſiſſe: & id ipſum Angelorum fraude ac conſilio eſſe perfectum. Cum enim, ut ajunt, didiciſſent illi, genus omne ſuum diluvii aquis exterminandum, mira calliditate, quo mali generis, cujus authores erant, reliquias foverent, Chamum in Arcam inculcant. A quo in humanum genus error, & oblivio, atque inconſiderati flagitiorum impetus, & ſcelerum varietas multiplex in Orbem terrarum erupit. Atque ita Mundus ad priſtinam perturbationem denuo revolutus, perinde atque ante diluvium, malorum copia redundavit.

Pſeudo

Pſeudo Clemens lib. IV. recognitt. cap. 27. S. Petrum Apoſtolum loquentem inducens;

Ex Noe familia unus Cham nomine cuidam ex filiis ſuis qui Meſraim appellabatur, à quo Ægyptiorum & Babyloniorum & Perſarum ducitur genus, male compertam Magicæ artis tradidit diſciplinam: hunc gentes quæ tunc erant Zoroaſtrem * appellaverunt, admirantes primum Magicæ artis auctores, cujus nomine etiam libri ſuper hoc plurimi habentur. Hic ergo aſtris multum ac frequenter intentus, & volens apud homines videri

* Chamum ipſum cum Zoroaſtre confundunt Jo. Caſſianus, Petrus Comeſtor, Pſeudo Beroſus, Athanaſius Kircherus tum alibi tum in Area Noæ p. 210 ſeq. Scipio Sgambatus & multi recentiores, quam ſententiam oppugnat Bochartus IV. 1. Phaleg. & ſane Perſarum Zoroaſtrem longe fuiſſe juniorem conſtat. Non veriſimilius eſt quod Gregorio Turonenſi Zoroaſter eſt *Chus*, ſcriptori Clementinorum à Cotelerio editorum *Nimrod*, Franciſco Patricio in Magia Philoſophica *Japhetus*, aut quod hoc loco pſeudo Clementi videtur idem eſſe cum *Miſraimo*, quam opinionem amplectitur etiam auctor Chronici Paſchalis f. 28. Alia de Zoroaſtre & ſcriptis ei tributis retuli lib. 1. Bibl. Græcæ cap. ult. Specimen Magiæ Chami referens pſeudo Beroſus, fingit eum carmine Magico Patris Noæ ebrii virilia incantaſſe, ſterilemque eum reddidiſſe: *Erat Noe filius ex tribus primis adoleſcentior Chem, qui ſemper magicæ & veneficæ ſtudens Zoroaſtris nomen conſecutus erat. Is patrem Noam odio habebat, quia alios ultimo genitos ardentius amabat, ſe vero deſpici videbat. Itaque nactus opportunitatem, cum Noa pater nudus jaceret, illius virilia comprehendens taciteque ſubmurmurans, carmine magico Patri illuſit, ſimul & illum ſterilem, perinde atque caſtratum effecit, neque deinceps Noa fœmellam aliquam fœcundare potuit.*

videri Deus; velut ſcintillas quasdem ex ſtellis producere, & hominibus oſtentare cœpit; quo rudes atque ignari, in ſtuporem miraculi traherentur: cupiensque augere de ſe hujusmodi opinionem, ſæpius iſta moliebatur; usquequo ab ipſo Dæmone, quem importunius frequentabat, igni ſuccenſus concremaretur.

Sed ſtulti homines qui tunc erant, cum debuiſſent utique opinionem, quam de eo conceperant, abjicere, quippe quam pœnali morte ejus viderant confutatam; in majus eum extollunt. Exſtructo enim ſepulcro ad honorem ejus, tanquam amicum Dei, ac fulminis ad cœlum vehiculo ſublevatum, adorare auſi ſunt; & quaſi vivens aſtrum colere. Hinc enim & nomen poſt mortem ejus, Zoroaſter, hoc eſt, vivum ſidus appellatum eſt, ab his qui poſt unam generationem Græcæ linguæ loquela fuerant repleti. Hoc denique exemplo, etiam nunc multi eos qui fulmine obierint, ſepulcris honoratos, tamquam amicos Dei, colunt. Hic ergo, cum quartadecima generatione cœpiſſet, quintadecima defunctus eſt; in qua turris ædificata eſt, & linguæ hominum multipliciter diviſæ ſunt.

Inter quos primus, magica nihilominus arte quaſi coruſco, ad eum delato, rex appellatur quidam Nemroth, quem & ipſum Græci Ninum vocaverunt; ex cujus nomine Ninive civitas vocabulum ſumſit. Sic ergo diverſæ & erraticæ ſuperſtitiones ab arte magica initium ſumpſere.

Sixtus Senenſis lib. 2. Bibliothecæ Sanctæ p. 57.

Cham filii Noæ ſcriptura, eſt opus impietatis prodigioſæ atque maleficæ, continens *elementa ac praxin artis Necromanticæ.* Meminit hujus voluminis Ciccus Asculanus in Commentariis quos edidit in Sphæram (cap. 4.) quod ſine ullo dubio ab iniquiſſimis hominibus confictum eſt, & ab iisdem inſcriptum & evulgatum ſub titulo ſcripturæ Cham, ſumta occaſione ex his quæ Serenus Abbas de Magicis artibus à Cham inventis & ſcriptis refert apud Joannem Caſſianum.

XCV. Cham Chemiæ repertor. Cham *Jupiter* qui Saturnum Patrem* exſecuit. Jupiter *Ammon, Belus, Menes* &c. Ægyptus Chemia, terra Cham.

Samuel Bochartus in Phaleg. lib. IV. cap. 1.

CHam licet maledictus, non tamen fuit excluſus à terrenis benedictionibus illius qui Sole ſuô illuminat bonos & malos, a) & pluviam ex æquo dimittit ſuper juſtos & injuſtos. Quippe in mundi diviſione, illi præter Ægyptum atque Africam univerſam, Syriæ magna pars obtigit atque Arabiæ, ut de Babylonia, & Suſiana, & Aſſyriâ, & aliis terris taceam quas Semi filiis eripuit Nimrod Chami nepos.

Inde eſt quod illi Arabes quorum paſcua invaſunt

* Confer Bælii Lexicon in *Cham.*

a) Matth. V. 45.

dunt Simeonitæ 1. Paral. 4. 40. dicuntur esse מן חם *è Chami stirpe.* Et à Davide b) passim Ægyptus appellatur *terra Cham*; Et in Plutarcho Χημία *Chemia*, Et in Stephano voce composita Ἑρμοχύμιος *Hermochymius.* Ægypti denique Nomorum vocabula *Chemmis*, *Psochemmis*, *Psittachemmis*, ad Chami nomen palam alludunt. Idem pro Chamo ab Ægyptiis & Afris Ἀμῶν dictus: unde Ammonia urbs in Marmoricæ littore, & Ammoniaca regio, ubi Ammonis oraculum & templum toto orbe celeberrimum, & Africa universa Ammonia, ut ex Alexandro Polyhistore probat Stephanus Byzantinus. Sed & Thebas Ægyptias, ut Græcè Διόσπολιν, ita Hebraicè a Prophetis appellari אמון־נא *Amon-No*, vel נא־אמון *No-Amon*, id est Hammonis ædem, quia Jovi Ammoni, id est Chamo, sacræ fuerunt, suo loco probavimus. c) Et totam de Saturno & Jove fabulam natam esse ex historia Noæ & Chami.

Hebræis חם *cham* calidum, d) & חום *chum* nigrum

b) Ps. 78. 52. & 105. 23. 27. & 106. 22. Plutarch. in Iside p. 364. Notum quoque est Ægyptum passim dici *Misraim* à Chami filio. Josephus lib. I. c. 7. τὴν γὰρ Αἴγυπτον Μέσρην, καὶ Μεσραίους τοὺς Αἰγυπτίους ἅπαντας τοὺς ἑαυτὴν οἰκοῦντας καλοῦσιν.

c) Lib. I. Phaleg. c. I. adde Freinshem. ad Curtium IV. 7. 5. Etiam Sanchoniathoni apud Eusebium lib. I. præparat. p. 31. (idem qui Ægyptiis Jupiter Ammon) unus è tribus Saturni filiis Ζεὺς Βῆλος. Jo. Marshamus in Canone Chronico p. 23. & 31. putat etiam sub *Menis* primi Ægyptiorum Regis nomine Chamum latere.

d) Male apud Eucherium *callidus* editur, pro *calidus*. Philo: ἑρμη-

nigrum ſonat: Itaque Chami nomen vel à calore vel à nigredine factum. Neque ut videtur ſine numine, cum quæ Chamo contigit Africa immodico æſtu laboret, ejusque poſteri fere omnes vicini ſideris ardore ſint exuſti, atque infuſcati. Quod ipſum pono in parte maledictionis; Quamvis in Africa loca ſint, quæ nulli parti terrarum fertilitate cedunt. Ægyptii, quos hujus vocis ſignificatio latuit, de Ammonis nomine multa comminiſcuntur. In Plutarchi Iſide Manethos Sebennita Ἀμοῦν interpretatur τὸ κεκρυμμένον καὶ τὴν κρύψιν *occultum & occultationem*. Et Hecatæus Abderita hoc verbo Ægyptios uti ſcribit, ὅταν τινὰ προσκαλῶνται, προσκλητικὴν δ' εἶναι τὴν φωνήν, *cùm aliquem accerſunt, vocem enim eſſe vocativam*. Nempe Ægyptii *Amon* dicebant pro Hebræo אלמני *Almoni*, e) quod Septuaginta κρύφιον reddunt. At Aquila & Theodotion τὸν δεῖνα (Gallicè dixeris *un tel*) nomen eſt fictitium quo vocatur aut vir aut locus cujus nomen nos latet. Fit à radice עלם id eſt abſcondere, ע & א permutatis. Exempla ſunt Ruth 4, 1. & 1. Sam. 21, 2. & 2. Reg. 6, 8. Patet igitur Ægyptiis *Amon* id ipſum fuiſſe; cum alii occultum explicent; alii vocantis eſſe velint plane eâdem ἀμφιβολίᾳ. Itaque *Amon* ex *Almoni* factum, litera L. aut abſorptâ inter pronunciandum, aut etiam

ἑρμηνεύεται θερμὴ μὲν χάμ, σάλος δὲ χαναάν. lib. περὶ ἑξαημέρου p. 280. In expoſitione nominum Hebr. χαμ, θέρμοι· & in alio apud Marcianæum T. 2. Hieron. p. 269. χὰμ θημωνία σάχυος, *acervus ſpicæ*.

e) Confer Wagenſeilii Hoffnung der Erlöſung Iſraëlis p. 208.

etiam prorſus inducta, ut in Gallicis vocibus *chaume* & *coutre* pro Latinis *culmus* & *culter*. At Dei nomen Ἄμμων vel *Ammon* plane aliud. Omnino enim factum eſt ex חם *Cham* vel *Ham* mollito ſono Hebrææ aſpirationis. * Quam iidem alibi per χ exprimunt, ut in voce Χημία qua dicebatur Ægyptus. Atque ut illam Hebrææ חום *chum* ſynonymam fuiſſe ſcias, audi Plutarchum: Ἔτι, inquit, τὸν Αἴγυπτον ἐν τοῖς μάλιστα μελάγγειον ὄσαν, ὥσπερ τὸ μέλαν ἔ ὀφθαλμῷ Χημία καλοῦσιν. *Adhuc Ægyptum, cujus ſolum maxime nigrum eſt, Chemiam Ægyptii vocant, ut nigrum illud quod eſt in oculo.* Non vacat addere Græcorum nugas de Ammone ἀπὸ τ ἄμμου.

Idem in eodem capite, quibusdam interjectis.

Priori de Zoroaſtre commento ſimile aliud de *Alchimia*, cujus authorem faciunt Chamum, ſ) quaſi de nomine authoris pro *chamiâ* dicatur *chemia* & *chymia*, & Arabico articulo præfixo *alchymia*. Antiquitatis enim gloriam maximè affectant hujus artis ἐπόπται: Quos non pudet proferre Moſis Prophetæ χημευτικὴν σωτάξιν; Et Mariæ ſororis Moſis librum Alchymiſticum. Ut taceam Hermetis Trismegiſti ſcilicet tabulam ſmaragdinam, & ejusdem Chymicos tractatus ſeptem & opus de corporibus transmutandis: Et Oſthanis & Democriti & Ori Χημευτικά; & Jaſonis vellus aureum: τοῦτο

* Idem etiam de nomine *Thamus* ſentit Marshamus in Canone Chronico p. 31.

ſ) Alii Adamum ipſum. Vide Dan. Sennertum de Chymicorum cum Ariſtotelicis conſenſu cap. 3. & quæ ſupra p. 32.

ἔστο γὰρ οὐχ ὡς ποιητικῶς φέρεται, ἀλλὰ βιβλίον ἦν ἐν διφθέραις γεγραμμένον, ὃ περιεῖχον ὅπως δεῖ γίνεσθαι τὰ χημείας χρυσόν, *Neque enim fuit vellus illud quale Poëtæ fabulantur, ſed liber fuit in membranis ſcriptus, continens quomodo parandum ſit aurum per chemiam.* Ita nugatur ignotus ſcriptor apud Svidam in voce Διόφας, In eodem, voce χημεία, de Diocletiano hæc legere eſt: τὰ περὶ χημείας χρυσοῦ καὶ ἀργύρου τοῖς παλαιοῖς γεγραμμένα βιβλία διερευνησάμενος ἔκαυσε, πρὸς τὸ μηκέτι πλοῦτον Αἰγυπτίοις ἐκ τῆς τοιαύτης προσγίνεσθαι τέχνης, μηδὲ χρημάτων αὐτοὺς θαρροῦντας περουσία τοῖς λοιποῖς Ῥωμαίοις ἀνταίρειν, *libros à veteribus de auri & argenti chemiâ conquiſitos cremavit, ne Ægyptii ex tali arte amplius ſibi opes comparrent, neve pecuniarum copia freti, Romanis in poſterum obſiſterent.* Ac ſi tam fallaci arte potuerint tam copioſè diteſcere, ut Romanis inde fierent terribiles.

Quin quaſi leve ſit chemiam ab authore Chamo arceſſere, non deſunt qui artibus ante diluvium repertis illam accenſeant, *Tubalcainum* è fabro transmutantes in Philoſophum Chymicum: Edoctum ſcilicet ab Angelo g) Exael, quem primum Enochi liber apocryphus homines docuiſſe ſcribit τὰ μέταλλα τῆς γῆς, καὶ τὸ χρυσίον πῶς ἐργάσωνται *quomodo metalla terræ & aurum elaborentur.* Unde Zoſimus Panopolites lib. 9. χημευτικῶν collegit eos Angelos, quos vult in mulierum amorem exarſiſſe, ante omnia Chemiam tradidiſſe: τοῦτο δέ, inquit, ἔφασαν αἱ ἀρχαῖαι καὶ θεῖαι γραφαί, ὅτι

g) Hebr. יצקאל quia יצק eſt fundere. Conſer quæ ſupra p. 183-184. Solent & Chymici *Tubalis ignem* vocare flammam ex fulmine ſuccenſam.

ἄγγελοι ἐπεθύμησαν τῶν γυναικῶν, καὶ καταβάντες ἐδίδαξαν αὐτὰς τὰ πάντα τὰ τῆ φύσεως ἔργα. Et paulo poſt: Ἔστιν δὲ αὐτῶν ἡ πρώτη παράδοσις χημᾶ περὶ τούτων τῶν τεχνῶν. Ἐκάλεσαν δὲ ταύτην τὴν βίβλον χημᾶ: Ἔνθεν καὶ ἡ τέχνη χημία καλεῖται. *Sacræ & divinæ Scripturæ Angelos dicunt mulieres concupiviſſe, & cum in terram deſcendiſſent, eas edocuiſſe omnia naturæ opera &c. Prima igitur illorum traditio fuit Chema de his artibus. Vocaverunt ſcilicet hunc librum* Chema, *unde ars etiam* Chemia *vocatur.*

Interim Alchymiæ certum eſt novum eſſe inventum, nec illius quemquam meminiſſe ante Julium Firmicum Imperatori Conſtantino σύγχρονον, qui Matheſ. lib. 3. cap. 15. lunam ſcribit *in nonô ab horoſcopô locô in nocturnâ geniturâ hominem ad ſcientiam Alchymiæ propenſum reddere.* Et commentum de Chamo refellunt Arabum ſcripta, qui hanc artem maxime excoluerunt. Ab iis enim Alchymia non ſcribitur, ut Chami nomen per *Cha*, ſed per *Cheph* אלכימיא vel אלכמיא. Unde patet origo nominis toties quæſita nec dum reperta. Arabice nimirum כמי *chema* eſt occultare. Verbum eâ ſignificatione in uſu prima, quartâ, & quintâ conjugatione. Inde igitur כמיה *chemia* vel אלכמיה *alchemia* eſt ars occulta. Quo non potuit dari nomen aptius, ſive rem ipſam reſpicias, ſive docendi modum.

Scipio Sgambatus in Archivis V. T. p. 156. ſeq.

Chami vero Academia non modo in Perſide, Chaldæa, Ægypto viguiſſe dicitur, ſed eam quoque

que disciplinam secuti feruntur in Græcia Telchines, in Italia Cimmerii, utraque gens veneficiis infamis, & vaticiniis emortualibus, ac scelesta familiaritate Geniorum. Telchines quidem adeò, ut etiam ipsi Lemurum genus putarentur, potiùs quam homines. Hinc Svidas Τελχῖνες πονηροὶ Δαίμονες, ἢ ἄνθρωποι φθονεροὶ, καὶ βάσκανοι. *Telchines mali Dæmones, aut homines invidi, & malefici.* Fascinatores præcipuè fuisse ait Ovidius, & ob eam causam ab Jove undis mersos. lib. VII. Metamorph.

Phœbeamque Rhodon, & Jalisios Telchinas,
Quorum oculos ipso mutantes omnia visu
Juppiter exosus, Fraternis subdidit undis.

Cimmeriis familiaris illa pars deterioris Magiæ fuit, quæ Necromantia dicitur: eam sub terra factitabant in speluncis ad Cumam. Non me latet quosdam esse, qui negant Zoroastrum ejus antiquitatis esse, quæ Chami ætatem possit attingere. Nam Xanthus Lydius apud Laërtium à Zoroastro ad Cyrum minorem annos numerat DC. Sed quid prohibet credere Zoroastros plures fuisse in Persida, & Chaldæa, quemadmodum in Ægypto plures fuere Mercurii: neque id omittendum, Auctorem vitæ Isidori apud Photium * scribere ex vetere Phœnicum historia, duos fuisse Neptuni filios, Dicæum, & Sylea, id est justum, & sacrilegum. Quorum cùm constet Dicæum eundem esse, qui Sadicus, Melchisedech, & Sem vocatus, necesse est Syleum, sive sacrilegum esse Chamum. Ambos verò dictos esse Neptuni filios, velutè

* Cod. 242. p. 573.

mari editos, id eſt é communi eluvione, qua totus Orbis unum erat mare, Chamum vero alii dixere Chamaſenum.

XCVI. Japhetus * *Japetus*, *Jopas*, *Neptunus*.

SUb *Japeto* Atlantis ac Promethei parente vel Magiſtro *Japhetum* Noæ filium latere atque adeo variarum ſcientiarum auctorem fuiſſe, vel ex no-

* Japheti nomen Ἰαφὲθ, Ἰάφεθ ☉, Ἰάφθ ☉, exponitur apud Hieron. & Eucherium *latitudo*, Philoni πλάτ ☉: in expoſitione nominum Hebraicorum πλάϑυσμὸς, καλλονὴ (ita enim malo quam πλάϑυσμὸς καλλονῆς) vel etiam συναγόμϑ ☉. Inter Noachi filios *Japhetus* natu major creditur ex Geneſ. X. 21. quo etiam Bochartus refert proverbium *Japeto ſenuſtior* de valde ſene III. 1. Phaleg. *Semus* medius, minor natu *Cham*, ex Gen. IX. 24. Confer Interpretes ad hæc Geneſeos loca, Jo. Marckii Exercitationem Biblicam ſecundam, Martinum Hanckium de Sileſiorum majoribus p. 2. & Heideggeri Hiſtoriam Patriarcharum p. 628. Atſi ſequamur ordinem quo apud Moſen quater, Gen. V. 32. VII. 13. IX. 8. X. 1. & 1. Paralip. 1. 4. filii Noæ nominantur, Sem utique fuerit primogenitus, alter Cham, & tertius Japhetus, & ita multis Judæis & Chriſtianis non male viſum, atque ut Hottingerus p. 37. Hiſt. Orientalis notat, Arabibus quoque. Equidem ordo nominum in ſacris litteris, non certum argumentum eſt ordinis naſcendi. Tamen idem in liberis Noachi toties non videtur fruſtra repetitus eſſe, & ad locum Geneſ. X. 21. reſpondent quod reddi etiam poſſit: *Sem frater Japheti major* (non *majoris*) Et Geneſ IX. 24. filium minorem non vocari Chamum ſed Cainanum nepotem, qui deinde etiam nominatim à Noacho diris devovetur, atq; ut Hebræi apud Theodoritum quæſt. 57. in Geneſin tradunt, primus nuditatem avi viderat in-

nominum ſimilitudine conjiciunt viri doctiſſimi. Vide Steph. Morini octo diſſertationes p. 23. & Scipionis Sgambati Archiva Vet. Teſt. p. 158. ubi *Jopam* quoque Atlantis filium cum Japheto noſtro confundit, quin ex illo ipſum repetit nomen *Jovis*. De Japeto conſentit Claudius Fraſſenius p. 95. diſquiſitt. Bibl. cui Japhetus quoque eſt Græcorum *Neptunus*, quod utrumque ante eum in mentem venit Bocharto III. 1. Phaleg, & Huetio p. 256. demonſtrationis Evangelicæ. Sicut enim, inquiunt, Noachus orbem inter tres liberos ſuos diſpertitus eſt, Semum, Japhetum & Chamum, ſic Græci finxere Jovi, Neptuno ac Plutoni orbem totum diviſum à Saturno. Per Jovem Chamum intelligunt, cujus veſtigium in Ammone quærunt Jovis cognomine. Pluto ut jam dixi ipſis eſt Semus. Reliqvum, ut Japhetus Neptunus ſit.

XCVII. CAINAN, Arphaxadi F. Ejus Aſtronomia ex columnis Sethigenarum deſcripta.

Joël in Chronographia, ſubinit.

Μετὰ δὲ τὴν καταϰλυσμὸν Καϊνᾶν ὁ υἱὸς Ἀρφαξὰδ

Poſt diluvium Cainanus * Arphaxadi F. cum

U 3 συνε-

indicaveratque Patri Chamo & cum eo riſerat. Ex viri eruditi atque ingenioſi expoſitione, qui nuditatem Noachi de inceſtu cum matre vel noverca ſua à Chamo perpetrato accipit, Cainan maledicto avi tangitur tanquam ex inceſtu natus. Sed cum evigilaret Noa & diris crimen Cainanis vindicaret, naſci ille interim dum dormierat avus, non potuit.

* Quod Cainani Enoſi F. tribuit pſeudo Gorionides in loco quem

συνεγράψατο τὴν ἀστρονομίαν, εὑρηκὼς γὴν ἐν Σὴθ καὶ τῶν αὐτῷ τέκνων ὀνομασίαν, καὶ τῶν ἀστέρων ἐν πλακὶ λιθίνῃ γεγλυμμένην. Οἱ γὰρ ἐκ Σὴθ ἔκγονοι προμηνθέντες ἄνωθεν τὴν μέλλουσαν γενέσθαι

Sethi illius filiorum & ſiderum nomina in ſaxeo cippo comperiſſet, ſtellarum curſus commentario complexus eſt. Nam ex Sethi ſtirpe progeniti imminentem generi humano e-

φθο-

quem dedi ſupra p. 159. hoc Joel ſæculi tertii decimi ſcriptor refert ad Cainanem quem Noachi pronepotem faciunt Codices pleriq; omnes LXX. Interpretum & Lucæ III. 36. licet aliqui è veteribus ſcriptoribus omittunt, ut Judæi Philo & Joſephus, Chriſtiani Irenæus, Africanus, Theophilus Antiochenus, Euſebius (indignante Syncello p. 79. 80. 167. 326.) Joſephus alter, auctor Hypomneſtici, & alii ut notarunt Bochartus II. 13. Geographiæ ſacræ, Jacobus Uſſerius diſſ. de Cainane, Jo. Cordeſius in diſſ. Gallice edita de Genealogia Chriſti, & Hugo Grotius adlaudatum Lucæ locum. Deeſt ſane Cainan in Codicibus Hebræis & Samaritanis Gen. XI. 12. quod monuit etiam Abulpharajus p. 10. Deeſt ſimiliter in Chaldaicis Syriacis, Arabicis, Perſicis, Latinis & Æthiopicis: Deſideratur quoque I. Paralip. I. 24. in codicibus Hebræis, Chaldaicis, Syriacis, Arabicis, Latinis & editione Græca Vaticana, atque Codice Alexandrino LXX. Interpretum Sed & in Codice Græcolatino vetuſtiſſimo Cantabrigienſi Lucæ, verùm unico illo, atque ſi millium audimus, omnium corruptiſſimo. Viciſſim habent cæteri codices LXX. Interpretum & Lucæ tantum non univerſi, atque Origenes obelo notavit teſte Procopio. quod nempe in Græco tantum, non autem in Hebræo reperiſſet. Habent etiam Græci codices Geneſ. X. 22. & 24. Quod vero Samuel Petitus IV. 6. Variarum Lect. hariolatur Cainanem Salæ fuiſſe cognomentum, eundemque fuiſſe hominem Cainanem Arphaxadi & Salam, parum veriſimile eſt, ut pleræque viri illius docti conjecturæ. Neque Chronico Orientali temere credendum, in quo p. 3. annotatur Judæos Cainanem omnino è ſuis codicibus eraſiſſe.

φθορὰν τῶν ἀνθρώπων ἐποίησαν δύο στήλας, μίαν λιθίνην, ἑτέραν ᾗ πλινθίνην, λογισάμενοι ὅτι εἰ μὲν ὑδατι ὁ κατακλυσμὸς, ἡ λιθίνη στήλη μενεῖ καὶ τὰ ἐν αὐτῇ γεγλυμμένα, εἰ ᾗ πυρὸς, ἡ πλινθίνη σωθήσεται.

docti perniciem, duas columnas unam quidem lapideam alteram lateritiam condiderunt, rati ſi mundus aquarum illuvie immergeretur, lapideam permanſuram & quæcunque in ea exſculpta erant: ſi conflagraret incendio, lateritiam evaſuram.

XCVIII. Scriptum Gigantum à Cainane repertum.

Syncellus p. 80. Chronographiæ.

Τῷ βφπέ ἔτει Καϊνᾶν διοδεύων ἐν τῷ πεδίῳ, εὗρεν τὴν γραφὴν τῶν Γιγάντων καὶ ἐκρυψεν παρ ἑαυτῷ.

Anno 2585. Cainan deambulans in agro ſcriptum Gigantum *, invenit, & penes ſe repoſuit.

XCIX. Narratio Apocrypha de Melchiſedecho.

Ex Athanaſii T. 3. edit. Montfauconiana p. 239.

ΕΝ τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἦν τις βασίλισσα Σαλὴν, καλὸν τὸ ὄνομα τῆς πόλεως· ἐγέννησε δὲ τὸν

TUnc temporis erat Regina quædam Salem, ejusdem cum urbe nominis. Pe-

 Σα-

* Gonus: *ſcripta de Gigantibus monumenta.*

Σαλαὰδ, Σαλαὰδ δὲ ἐγέννησε Μελχί· Μελχὶ δὲ ἔσχε γυναῖκα κατὰ τὸ ὄνομα αὐτῆς Σαλήμ. ἔτεκε δὲ αὐτῷ δύο υἱοὺς, ἕνα καλούμενον τὸν Μελχί. καὶ ἕτερον Μελχισεδέκ· ἦν δὲ ὁ πατὴρ αὐτῶν Ἕλλην, ἀσωτος, θυσίας ἐπιτελῶν τοῖς εἰδώλοις. συνέφθασε δὲ καιρὸς ἐπιτήδειος θυσιάζειν τοῖς εἰδώλοις· ἦν γὰρ θυσιάζων ἐν τῷ δωδεκαθέῳ· καὶ λέγει Μελχὶ ὁ βασιλεὺς τῷ ἑαυτοῦ υἱῷ Μελχισεδέκ· λάβε μετὰ σεαυτοῦ ἐκ τῶν παιδαρίων, καὶ ἄπελθε εἰς τὸ βουκολικὸν, καὶ πρόσαγέ μοι ἑπτὰ μόσχους, ἵνα θύσωμεν τοῖς θεοῖς. ἀπερχόμενος δὲ ὁ Μελχισεδέκ, ἔννοια θεϊκὴ ἐπῆλθεν αὐτῷ κατὰ τὴν ὁδὸν, καὶ ἀτενίσας τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς τὸν οὐρανὸν, ἠτένιζε τῷ ἡλίῳ· καὶ ἐνεθυμεῖτο περὶ τῆς σελήνης καὶ τῶν ἄστρων, καὶ ἐν αὐτῷ γενόμενος εἶπεν· εἴ τις ἐποίησε τὸν οὐρανὸν, τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν καὶ τὰ ἄστρα, ἐκείνῳ ὀφείλει δοθῆναι ἡ θυσία τῷ κτίσαντι αὐτά. ἐκθλὸν μὲ

perit autem Salaad, Salaad autem genuit Melchi, Melchi habuit uxorem cognominem ipſi Salem. Peperit autem duos filios, unum dictum Melchi, & alterum Melchiſedech. Et erat pater eorum Græcus, impurus, ſacrificia immolans idolis. Advenerat autem tempus ſacrificandi idolis idoneum, & immolabat in duodecim Deorum templo, cum dixit Melchi Rex filio ſuo Melchiſedech: Confer te cum pueris tibi aſſumtis ad bovile, & adhuc mihi ſeptem vitulos, ut adoleamus divis. Dum abiit Melchiſedech, ſubiit eum divina quædam cogitatio, & ſublatis in cœlum oculis aſpiciebat ſolem, & conſiderabat lunam & ſtellas, & dum hæc meditatur, inquit: Ecquis fecit cœlum, terram, & mare, & ſidera? Illi victima immolanda, qui

ποιῶ-

ποιῶσι τὰ σημεῖα ὁ οὐρανός, ὅτι ὁ κτίσης αὐτῶν ἐπάνω αὐτῶν ἐπαναπαύεται, ἄφθαρτος, ἀόρατος, ἀθάνατος, μόνος θεὸς ὑπάρχων ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ γῆς, ἐπισάμῳ βλασφημίας καρδιῶν· αὐτός ἐστιν ἀληθινὸς θεός, αὐτῷ ὀφείλει δοθῆναι ἡ θυσία. ἀπέλθω οὖν πρὸς τὸν πατέρα μου, καὶ συγγνωμήσομαι αὐτῷ· ἴσως ἀκούσεταί μου. ἀνέλυσε δὴ ὁ Μελχισεδὲκ, μηδὲν ἀπενεγκών. ἰδὼν δὲ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, λέγει αὐτῷ, πῦ εἰσιν οἱ μόχοι; ὁ δὲ Μελχισεδὲκ λέγει αὐτῷ· μὴ ὀργίζου, πάτερ βασιλεῦ, ἀλλ' ἄκουσόν μου· ὁ δὲ εἶπε· τί ἔχεις εἰπεῖν, εἰπέ, λαλὰ τάχος· ὁ δὲ Μελχισεδὲκ λέγει· δεῦρο τὴν θυσίαν, ἣν ἐνεγκόμην δοῦναι, μὴ δῶμεν αὐτὴν τοῖς θεοῖς τούτοις· οὗτοι γὰρ οὐ φαίνονταί μοι θεοί· ἀλλὰ μᾶλλον δῶμεν θυσίαν τῷ ἐπαναπαυομένῳ ἐπάνω τῶν οὐρανῶν. αὐτὸς γὰρ θεὸς θεῶν. ὁ δὲ πατὴρ αὐτοῦ ὀργισθεὶς λέγει

condidiſſet iſta. Certum me ſigna cœli faciunt, quod creator iſtorum ſuper eis acquieſcat, qvi nec ſubjectus corruptioni, nec aſpectui, nec morti, ſolus Deus ſit in cœlo & in terra, quem non lateant blasphemiæ cordium. Ille verus eſt Deus, illi debetur ſacrificium. Itaque recipiam me ad patrem meum, & conferam cum illo ſententiam, forſan dabit locum verbis meis. Reverſusque eſt Melchiſedech re infecta. Quem cum vidiſſet pater, ait: ubinam ſunt vituli? excepit eum Melchiſedech: Ne ſuccenſeas, pater mi Rex, ſed audi me. Qui dixit: Quid habes mihi dicere? dic confeſtim. At Melchiſedech ait: Huc admove ſacrificium, quod oblaturi ſumus, ne demus illud Diis iſtis. Hi enim non videntur mihi Dii, ſed offeramus

αὐτῷ· πορεύου, ἄγαγε, ἃ εἶπόν σοι ἐπεὶ ἡ ζήσῃ. ἀπίοντος δὲ αὐτοῦ πάλιν ὁ Μελχισεδὲκ ἐπὶ τὸ βουκολικὸν, εἰσῆλθεν ὁ βασιλεὺς Σαλὴμ Μελχὶ, πρὸς Σαλὴμ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, λέγων αὐτῇ· δεῦρο δῶμεν θυσίαν ἕνα τῶν υἱῶν ἡμῶν· ἡ δὲ γυνὴ αὐτοῦ ἀκούσασα, ἔκλαυσε πικρῶς· ἐπέγνω γὰρ, ὅτι προφάσει θέλει ὁ βασιλεὺς φονεῦσαι τὸν Μελχισεδὲκ, ὅτι ὠνείδισεν αὐτῷ ἐπὶ τὴν θυσίαν, καὶ ἀνεστέναζεν ἡ βασίλισσα, καὶ εἶπεν· οἴμοι ἐκοπίασα καὶ ἐμόχθησα εἰς κενόν, ἰδὼν δὲ αὐτὴν ὁ βασιλεὺς, εἶπεν αὐτῇ· μὴ κλαῖε. ἀλλὰ δεῦρο λάχωμεν. καὶ ἐὰν λάχῃ μοι ἐπιλέγομαι, ὃν θέλω, καὶ δώσω αὐτὸν θυσίαν τοῖς θεοῖς ἡμῶν. εἰ δὲ λάχῃ σοι, ἐπίλεξαι, ὃν ἂν θέλῃς, καὶ φύλαττε αὐτόν. τοῦτο δὲ ἔλεγε, δοκῶν καταλαγχάνειν τῷ ἱερεῖ· καὶ βαλόντες κλῆρον, ἔλαχεν ἡ βασίλισσα, καὶ ἐπελέξατο τὸν Μελχισεδὲκ, ὃν ἠγάπα· ὁ δὲ βα-

sacrificium ei, qui acquiescit super cœlis. Ille enim est Deus Deorum. Pater ejus iratus respondit illi: Abi, adduc, quæ injunxi tibi, si vivere velis. Quum iterum se conferret Melchisedech ad bovile, ingressus est Rex Salem Melchi ad uxorem suam Salem, inquiens illi: Huc cedo sacrificium unum filiorum tuorum. His auditis conjux ejus flevit amare: norat enim, quod prætextu Deorum occisurus esset Rex Melchisedech, quod contemsisset ei sacrificium, & gemens Regina dixit: Heu mihi, laboravi & parturivi frustra! Quod intuitus Rex, ait illi: Noli flere, sed huc age, sortiamur, & si sors obvenerit mihi, eligam, quem velim, daturus eum sacrificium DEIS nostris. Quod si sors obvenerit tibi, eligas, quem velis, licet, & re-

si-

σιλεὺς Σαλὴμ ἠτιμωθεὶς ὑπὸ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, τὸν λαχόντα αὐτῷ υἱὸν ἠντρέπισεν εἰς θυσίαν· καὶ ἐλθὼν ὁ Μελχισεδὲκ, ἤνεγκε τοὺς ἑπτὰ μόσχους· λαβὼν οὖν ὁ πατὴρ τὸν λαχόντα αὐτῷ υἱὸν, ἐπορεύετο ἐπὶ τὸν ναὸν τῶν εἰδώλων ἐν τῷ δωδεκαθέῳ, συνῆλθον οὖν ἐπὶ τὴν θυσίαν φῦλα παῖδες ὑπὸ τῶν ἰδίων πατέρων, προσφερόμενοι· καὶ ἄλλοι ὑπὸ τῶν μητέρων, καὶ βόες καὶ πρόβατα ἀναρίθμητα· καὶ ἐγένετο ἡ θυσία ἕτοιμος. Σαλὴμ οὖν ἡ μήτηρ τοῦ Μελχισεδὲκ, καθημένη ἐν τῷ οἴκῳ αὐτῆς, ἀνεβόησε φωνῇ μεγάλῃ, καὶ λέγει τῷ Μελχισεδέκ· τί κλαίεις τὸν ἀδελφόν σου, ὅτι μέλλει τοσοῦτον κάματον ἀπέρχεσθαι σφαγῆναι; καὶ ταῦτα εἰπὼν παρ' αὐτῆς, ἔκλαυσε, καὶ λέγει τῇ μητέρι αὐτοῦ· ἕως τῶν ὧδε χρείαν ἔχω, καὶ ἀναστὰς, ἀνῆλθεν ἐν τῷ ὄρει Ταβὼρ, καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ ἀναστάσασα, ἀπῆλθεν ἐν τῷ ναῷ τῶν εἰδώλων, εἰδέαν

tuneas eum. Hoc ajebat, quod videretur diffidere ſacerdoti, & cum ſortem jeciſſent, ſortita Regina elegit Melchiſedech, quem diligebat. Rex autem Salem ſuperatus a conjuge ſua, filium, qui ipſi contigerat, ad ſacrificium adornavit. Quum rediens Melchiſedech adduxit ſeptem vitulos. Acceptum autem pater filium, qui contigerat ſorte, duxit in fanum idolorum, quod erat in dodecatheo. Convenerant autem ad ſacrificium 503. pueri a ſuis patribus adducti, & alii a matribus, & boves & oves innumerabiles, & paratum eſt ſacrificium. At Salem mater Melchiſedech, quæ ſedebat domi ſuæ, voce magna exclamavit, & dixit Melchiſedecho: Numquid defles fratrem tuum, quod poſt tantum laborem abripiatur occidendus?

τὸν ἑαυτῆς υἱὸν, πρὶν ἢ σφαγῆναι, καὶ ὅλου τοῦ γένους αὐτῆς. ἀνελθὼν δὲ Μελχισεδὲκ εἰς τὸ ὄρος Ταβὼρ κλίνας τὰ γόνατα, εἶπεν· ὁ Θεὸς ὁ τῶν ὅλων κύριος, ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, σὲ ἐπικαλοῦμαι τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, ἐπάκουσόν μου τῇ ὥρᾳ ταύτῃ, καὶ πρόσταξον, ἵνα ὅσοι παρεγένοντο ἐπὶ τῇ θυσίᾳ τοῦ ἀδελφοῦ μου Μελχὶ, ὁ τόπος ἅδης γένηται, καὶ καταπίῃ αὐτούς· καὶ ἐπήκουσεν ὁ Θεὸς τοῦ Μελχισεδὲκ, καὶ εὐθέως ἔχανεν ἡ γῆ, καὶ κατέπιεν αὐτούς, καὶ πᾶσαν φυλὴν τοῦ Μελχὶ, σὺν πάσῃ τῇ πόλει· καὶ ὅτε ἄνθρωπος οὐβωμὸς, οὐ ναὸς, οὐκ ἄλογον, ὅτε τις κτίσις τῆς πάσης πόλεως ἔμεινεν, ἀλλὰ πάντα ἐχανώθη. καθηλθε δὲ ὁ Μελχισεδὲκ ἀπὸ τοῦ ὄρους Ταβὼρ, καὶ ἰδὼν ὅτι ἐπήκουσεν αὐτῷ ὁ Θεὸς, ἐν φόβῳ μεγάλῳ πάλιν ὑπέστρεψεν εἰς τὸ ὄρος, καὶ ἐν τῷ δάσει τῆς ὕλης ἐλθὼν ἐμόνασεν ἐκεῖ

Quibus perceptis flevit, & ait matri ſuæ: Quousque his, qui hic ſunt, mihi opus eſt? & ſurgens conſcendit montem Thabor, & mater ejus ſurgens intravit templum idolorum, ut videret filium ſuum, priusquam occideretur, & totum genus ſuum. Conſcenſo monte Thabor, Melchiſedech flexis genibus dixit: Deus, Domine omnium, creator cœli & terræ, te adoro ſolum Deum verum, exaudi me hac hora. Jube, ut quicunque adſunt in ſacrificio fratris mei, a terra, quæ ut infernus dehiſcat illis, devorentur. Exaudivit Deus Melchiſedech, & continuo terra hiatu aperta devoravit illos, & totam familiam Melchi, cum tota civitate, ut nec homo, nec ara, nec fanum, nec brutum, nec ulla creatura totius civitatis ſuperſtes fuerit: ſed o-

ἔτη

ἔτη ἑπτὰ, γυμνὸς ἀπὸ γα-
στρὸς αὐτοῦ ἕως τοῦ ὀσφύος
αὐτοῦ; καὶ ὁ νῶτος αὐτοῦ
ἐγένετο, ὡσεὶ δέρμα χελώ-
νης. ἡ δὲ τροφὴ αὐτοῦ ἀ-
γρόδρυα ἦν, καὶ ὁ ποτὸς
αὐτοῦ δρόσος, ὃν ἔλειχε.
καὶ μετὰ τὰ ἑπτὰ ἔτη φωνὴ
ἐλθὲ τῷ Ἀβραὰμ, λέγου-
σα, Ἀβραὰμ, Ἀβραάμ,
καὶ εἶπεν Ἀβραάμ· ὁ κύ-
ριός μου· καὶ εἶπε· στρῶσον,
τὸ ὑποζύγιόν σου, καὶ βά-
σαζον ἱμάτια πολυτελῆ, καὶ
θῦσον καὶ ἄνελθε ἐν τῷ
ὄρει Ταβὼρ, καὶ κράξον
τρεῖς φωνὰς· ἄνθρωπε τοῦ
Θεοῦ, καὶ ἐλεύσεται ἄνθρω-
πος ἠγριωμένος· μὴ φο-
βηθῇς ἀπ' αὐτοῦ· ἀλλὰ ξύ-
ρισον αὐτὸν καὶ ὀνύχισον,
καὶ ἀμφίασον αὐτόν· καὶ
εὐλογηθήτω παρ' αὐτοῦ. καὶ
ἐποίησεν Ἀβραάμ, καθὰ
συνέταξεν αὐτῷ κύριος,
καὶ ἀνῆλθεν εἰς τὸ ὄρος
Ταβὼρ, καὶ ἔστη εἰς τὰ δά-
σεα τῆς ὕλης, καὶ ἔκραξε
τρεῖς φωνάς. ἄνθρωπε τοῦ
Θεοῦ· καὶ ἐξῆλθεν ὁ Μελ-
χισεδὲκ, καὶ εἶδεν Ἀβραὰμ
καὶ ἐφοβήθη· καὶ εἶπεν αὐτῷ

mnia hiatu abſorpta ſint. Deſcendit Melchiſedech de monte Thabor, & intuitus, quod exaudiviſſet ipſum Deus, magno cum timore reverſus eſt ad montem, & in denſa ſylva, ad quam acceſſerat, manſit annos ſeptem, nudus à ventre usque ad lumbos ſuos, & dorſum ejus occalluit, ut teſta limacis. Cibus ei erat ſylveſtris, & potus ejus ros, quem lingebat. Et a ſeptem annis vox quædam ad Abraham delata eſt, dicens: Abraham, Abraham, & reſpondit Abraham: Domine mi. Et ait ei: Sterne aſinum tuum, & impone veſtes pretioſas, & ubi ſacrificaveris, conſcende montem Thabor, & tribus vicibus clama: Homo Dei. Et egredietur homo ferus. Ne metuas igitur ab eo; ſed tonſum, unguibus reſectis indue eum, & benedi-

ὁ Μελ-

ὁ Μελχισεδὲκ· μὴ φοβᾶ, ἀλλ' εἰπὲ, τίς εἶ; καὶ τίνα ζητεῖς; εἶπε δὲ Αβραάμ· προσέταξέ μοι κύριος ξυρίσαι σε καὶ ἀμφιάσαι καὶ εὐλογηθῆναι παρ' αὐτοῦ. ὁ δὲ Μελχισεδὲκ εἶπεν αὐτῷ, ὡς προσέταξέ σοι κύριος, ποίησον· καὶ ἐποίησεν Αβραάμ, ὡς προσέταξεν αὐτῷ κύριος· καὶ καταβὰς ὁ Μελχισεδὲκ ἀπὸ τοῦ ὄρους Ταβὼρ μετὰ τριῶν ἡμέρας, κέρας ἐλαίας λαβὼν, καὶ ἐπισφραγίσας τῷ ῥήματι τοῦ Θεοῦ, εὐλόγησε τὸν Αβραὰμ λέγων· εὐλογημένος εἰ τῷ Θεῷ ὑψίστῳ, καὶ τὸ λοιπὸν καλεῖται τὸ ὄνομά σου τετελειωμένον, καὶ πάλιν φωνὴ ἦλθε τῷ Αβραὰμ, ὁ δὲ εἶπε· τί, κύριέ μου; ὁ δὲ κύριος πρὸς αὐτόν, ἐπειδὴ οὐδεὶς ἐκ τοῦ γένους τοῦ Μελχισεδὲκ ἐσῴκισεν ἀπὸ τῆς γῆς, διὰ τοῦτο κληθήσεται ἀπάτωρ ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος, μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν, μήτε τέλος ἔχων ζωῆς ἀφωμοιωμένος δὲ τῷ υἱῷ τοῦ Θεοῦ, μένει εἰς

cat tibi. Et expedivit Abraham juſſa Domini, & conſcenſo monte Thabor ſubſtitit in ſylva quàm denſiſſima, & ſonuit tres voces: Homo Dei; tum egreſſum Melchiſedech, ut vidit Abraham, metuit ſibi. Cui Melchiſedech, ne contremiſce: ſed dic mihi: Ecquis es? & quem quæris? Reſpondit Abraham: præcepit mihi Dominus te tondere; & veſtibus induere, & benedictionem a te accipere. At Melchiſedech ait illi: Exequere juſſum Domini. Et expedivit Abraham, quod habebat in mandatis a Domino. Et deſcendens Melchiſedech de monte Thabor a diebus tribus accepta lecytho ratam faciens vocem Dei benedixit Abraham, dicens: Benedictus ſis Deo altiſſimo, & impoſterum vocetur nomen tuum * perfectum. Et

* Abraham, non Abram.

ρευς

ρεὺς εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ ἠγάπησα αὐτὸν ὡς ἠγάπησα τὸν υἱόν μου τὸν ἀγαπητόν· ὅτι ἐφύλαξε τὰς ἐντολάς μου, καὶ φυλάξει εἰς τὸν αἰῶνα ἵνα ἂν μὴ δόξῃ ἀρχὴν ἡμερῶν μὴ ἔχειν, διὰ τὸ μὴ εἰδέναι τινὰ, πότε ἐγεννήθη, μήτε γενεαλόγιας, μήτε πατρὸς, μήτε μητρὸς, διὰ τοῦτο λέγεται ἀπάτωρ, ἀμήτωρ καὶ ἀγενεάλογος. καὶ διὰ τὸ εὐαρεστῆσαι αὐτὸν τῷ Θεῷ, μένει ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκές· ὡς ἂν ἀπήντησεν ὁ Μελχισεδὲκ τῷ Ἀβραὰμ ὑποστρέφοντι ἀπὸ τῆς κοπῆς τῶν βασιλέων, ἐπέδωκεν αὐτῷ ποτήριον ἄκρατον, ἐπιβαλὼν αὐτῷ καὶ κλάσμα ἄρτου καὶ τῷ λαῷ αὐτοῦ ἱκανόν. καὶ ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας, καθὰ ἔστιν τὸν τρόπον, ὡμοιώθη τῷ υἱῷ τοῦ Θεοῦ. ἀλλ' ἦν εἰς τὴν χάριν· ἀλλ' ἦν πρῶτος τύπος ἐγένετο τοῦ ἀναίμακτον θυσίαν προσφέρειν, τὴν ἁγίαν πρόσφορὰν, διὸ λέγει· σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισε-

perlata eſt iterum vox ad Abraham, qui dixit: Ecquid Domine mi. Tum Dominus ad eum: Quoniam nemo ex genere Melchiſedech reliqvus eſt in terra, ideo vocabitur ſine patre, ſine matre, ſine familia, neque initium habens dierum, neqve finem vitæ. Comparatus autem filio Dei, manet ſacerdos in ſeculum: & dilexi eum, ut dilexi filium meum dilectum illum, quod edicta mea ſervaverit, & ſervaturus ſit in æternum. Ne igitur videatur initium dierum non habere, qvod nemo ſcivit familiam ejus, nec patrem, nec matrem, propterea dicitur ſine patre, ſine matre, ſine familia, & quia placuit Deo, manet ſacerdos in perpetuum. Cum igitur occurriſſet, Melchiſedech Abrahamo revertenti a ſtrage Regum, dedit ei vinum

δέκ

δὲκ, ἐπειδὴ τύπ☉ ἐγένετο τ ἀγίας προσφορᾶς ἐπιδεδωκὸς τῷ Αβραὰμ, καὶ τοῖς τιή. ὄτως τε καὶ οἱ ἅγιοι πατέρες καθ' ἁκαιρὸς εὑρέθησαν ἐν τῇ Νικαέων πόλει, οἳ καὶ ὠρθοτόμησαν τὴν πίστιν· ὧν ἡ πεσότης, καθ' ὁμοιότητα τ πατριάρχυ Αβραάμ. ἐστι τριακόσιοι δέκα καὶ ὀκτὼ ἅγιοι ἐπίσκοποι ἐν τῇ συνόδῳ. Αμήν.

meracum addito panis fruſto, & populo ejus 318. Virorum. Et etiamnum hodie ſimilis reputatur filio Dei, ſed non ad gratiam: verum hic primus typus fuit offerendi ſacrificium incruentum, ſanctam oblationem. Quapropter ait: Tu es ſacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech, quoniam typus eſſet ſacræ oblationis, quam tradidit Abrahamo & 318. ſociis. Tot etiam ſancti patres inventi ſuo tempore in Nicænorum civitate, qui nobis rectam confirmarunt fidem, quorum numerus adæquatus Patriarchæ Abraham fuit trecentorum octodecim ſanctorum Epiſcoporum in Synodo. Amen.

Suidas in Μελχισεδὲκ.

Μελχισεδὲκ, ἱερεὺς τ Θεῦ, βασιλεὺς τῶν Χαναναίων. ὄτ☉ κτίσας πόλιν ἐν τῷ ὄρει τῷ λεγομένῳ Σιὼν, ἐπωνόμασεν αὐτὴν Σαλήμ· ὅ ἐστιν, εἰρηνόπολις· ἐν ᾗ βασιλεύσας ἔτη ριγ', ἐτελεύτησε δίκαι☉, καὶ παρθέν☉· ἀγενεαλόγη☉

Melchiſedec, Sacerdos DEI, Rex Chananæorum. Is urbem in monte, qui vocatur Sion, condidit, eamque Salem nominavit: quod idem eſt, ac Εἰρηνόπολις, i. e. urbs pacis. In hac cum regnaſ-

γητος ἡ εἰρηται, ὡς δὲ τὸ μὴ ὑπάρχειν ἐκ σπέρματος Ἀβραὰμ ὅλως, εἶναι ἦ Χαναναῖον τὸ γένος, καὶ ἐκ τῆς ἐσχάτης πορείας ὁρμώμενον, ὅθεν, καὶ γενεαλογίας ἠξίωτο. ἀ γὰρ πρεπωδέστατον ἦν, τὸν τῆς ἀκρας δικαιοσύνης ἐπειλημμένον, συμπλέκειν τῷ τῆς ἀκρας ἀδικίας γένει· διὸ καὶ ἀπάτορα καὶ ἀμήτορα τοῦτον εἶναί φασιν. ὅτι ἦ Χαναναῖος ἦν τὸ γένος; εὔδηλον καὶ ἀφ' ὧν ἐκράτει καὶ ἐβασίλευσε κλιμάτων τῶν Χαναναίων, καὶ οἷς ἐπλησίαζε πονηροτάτοις Σοδόμοις. καὶ μὴν τοι καὶ ἡ Σαλὴμ, ἧς ὑπῆρχε βασιλεὺς, ἡ πολυθρύλλητος Ἱερουσαλήμ ἐστιν, ἀδέπω τὸ ὅλον ὄνομα φέρουσα τῆς Ἱερουσαλήμ· ἐκ προσθήκης ἦ τῆς ἱερᾶς μετὰ τὴν Σαλὴμ προσλαμβάνουσα συλλαβὴν, καὶ καθ' σωάφειαν Ἱερουσαλὴμ ὀνομασθεῖσα· διὰ ἦ τὸ ἀγενεαλόγητον λέγεται ἀπάτωρ καὶ ἀμήτωρ· ὅταν

set annos CXIII. obiit, justus & cœlebs. Ideo vero dictus est expers genealogiæ, quod prorsus non sit ex Abrahami semine, sed ex genere Chananæo, & ex detestando semine ortus. Quamobrem etiam genealogiæ honore caret. Neque enim decebat eum, qui summæ justitiæ compos esset, conjungere cum summæ injustitiæ genere. Quamobrem etiam hunc & patre & matre carere dicunt. Quod autem genere Chananæus fuerit, valde perspicuum est vel ex regione, cujus erat dominus, & ex Climate Chananæo, cujus fuit Rex, & ex improbissimis Sodomis, quibus erat vicinus. Salem autem, cujus erat Rex, est illa celeberrima Hierosolyma, quæ nondum integrum nomen urbis *Hierusalem* ferebat: sed addita voce ἱερᾶ ad Σαλὴμ, & facta compo-

ἢ ἀκόης περὶ τῶν Μελχισεδεκιτῶν, ὅτι Θεὸς ὀνομάζεται, μνήσθητι τῆς Ἀποστολικῆς, ὅτι ἀτέρας* γενεᾶς ἐστι τυγχάνει, τῶν Χαναναίων.

sitione, Hierusalem vocata est. Quod autem ejus genealogia nulla describatur, ideo patre & matre carere dicitur. Quum autem a Melchisedecitis eum Deum appellari audiveris, memento dicti Apostolici, eum esse generis alterius; Chananæorum scilicet.

C. Alia narratio Apocrypha de Melchisedecho. Pater *Sides* vel *Melchi*.

Ex Chronico Paschali p. 49. seq. edit. Caroli du Fresne.

Διηγήσατό τις γέρων περὶ τοῦ Μελχισεδέκ, λαβὼν βεβαιώμενον καὶ λέγων, ὅτι, Ἄνθρωπός ἐστιν ἐκ τῆς Φυλῆς τοῦ Χάμ· εὑρεθεὶς ἢν ἐν τῇ Φυλῇ αὐτοῦ ἅγιον γέννημα, εὐηρέστησεν τῷ Θεῷ, καὶ μετέθηκεν αὐτὸν ὁ Θεὸς ἐκ τῆς ἰδίας αὐτοῦ γῆς εἰς τὸ πέραν τοῦ Ἰορδάνου, καθ' ὃν τρόπον τὸν Ἀβραὰμ ἐκ τῆς χώρας τῶν Χαλδαίων μετέθηκεν. Ὡς ἢν ἅγιος ἐκεῖνος ὁ ἄνθρωπος καὶ δίκαιος, ἐγένετο ἱερεὺς τοῦ Θεοῦ ὑψίστου,

Senex quidam hæc de Melchisedec narrabat, affirmabatque, hisce verbis: Vir est ex tribu Cham; qui sanctus in sua tribu inventus fœtus, placuit Deo; illumque transtulit Deus ex terra sua trans Jordanem, quemadmodum Abrahamum ex regione Chaldæorum transtulit. Cum autem vir ille sanctus esset ac justus, factus est Pontifex Dei altissimi, panem & vi-

ἄρτον

* Hebr. VII. 6.

ἄρτον καὶ οἶνον, καὶ λιβὰς ἁγίας προσφέρων τῷ Θεῷ ὑψίστῳ. Εὐξάμενος δὲ περὶ τῆς φυλῆς αὐτοῦ, λέγων. Κύριε, μεμίσθωκάς με ἐκ τῆς φυλῆς μου, καὶ ἐλέησάς με, ἐλέησον καὶ αὐτούς. Εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Κύριος. Ἐγὼ αὐτοὺς σώσω, ὅταν ἐξ Αἰγύπτου καλέσω τὸν υἱόν μου. Ταύτην τὴν ἐπαγγελίαν ἔδωκεν ὁ Θεὸς τῷ Μελχισεδέκ. Ἐμνημόνευσεν δὲ ὁ γέρων ἐκεῖνος, λέγων, ὅτι, Κατὰ τοὺς καιροὺς τούτους συνέβη τὸν Λὼτ αἰχμαλωτισθῆναι ἐκ γῆς Σοδόμων, ἐκ τῶν περὶ τῶν Γοθωλλογομώρ· καὶ ἐπιδιώξαι τὸν Αβραὰμ ὀπίσω αὐτῶν, καὶ ἧτησεν αὐτοὺς καὶ ἀπέσρεψεν ἀπ' αὐτῶν πᾶσαν τὴν αἰχμαλωσίαν, καὶ τὸν Λὼτ τὸν υἱὸν τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Αράν.

Ἐλεγεν δὲ ἐν ἑαυτῷ ὁ Αβραάμ. Κύριε, εἰ ἐν τῷ χρόνῳ τῶν ἡμερῶν μου ἀποστελεῖς τὸν Ἄγγελόν σου ἐπὶ τῆς γῆς, ἆρα βλέπω τὴν ἡμέραν ἐκείνην; Εἶπεν δὲ αὐτῷ ὁ Θεός· Οὐχί, ἀλλὰ

num, ſanctasque orationes offerens Deo altiſsimo. Precatus eſt pro ſua tribu, dicens: *Domine, tranſtuliſti me ex tribu mea, & miſertus es mei, miſerere etiam eorum.* Dixit vero illi Dominus: *Ego illos ſalvabo, cum ex Ægypto vocavero filium meum.* Hanc promiſſionem dedit Deus Melchiſedec. Memorabat præterea ſenex ille, dicens: Contigit hiſce temporibus ut Lot ex Sodomorum terra captivus abduceretur ab iis qui ex Gothologomor tribu erant: quos inſecutus Abraham delevit, univerſis captivis, ipſoque Lot filio fratris ſui Aram ex eorum manibus ereptis.

Dixit porro Abraham intra ſe: *Domine, ſi tempore dierum meorum miſeris Angelum tuum in terram, fac ut videam hunc diem.* Dixit illi Deus: *Minime, ſed oſtendo tibi figuram diei*

δεικνύω σοι τὸν τύπον τ ἡμέρας ἐκείνης· καὶ ἔλθε, καὶ πέρασον τὸν Ιορδάνην ποταμὸν, καὶ ὄψει τὸν τύπον τ ἡμέρας ἐκείνης.

Επέρασεν οὖ Αβραὰμ τὸν Ιορδάνην ποταμὸν μετὰ τ δυνάμεως αὐτῦ. καὶ ἐξῆλθεν Μελχισεδὲκ εἰς ἀπάντησιν αὐτῦ, ὑπὸ τ ἁγίε Πνεύματος φερόμενος, ἔχων ἐν χερσὶν αὐτῦ ἄρτον εὐχαριστίας, καὶ ποτήριον εὐλογίας. Οὐκ εἶδεν οὖ Αβραὰμ τὸν Μελχισεδὲκ, εἰ μὴ πρῶτον διέβη τὸν Ιορδάνην, τὰ ἐστὶν σημεῖον τ βαπτίσματος, Ιδὼν οὖ Αβραὰμ τὸν Μελχισεδὲκ ἐρχόμενον εἰς ἀπάντησιν αὐτῦ, ἔχοντα ἄρτον τ εὐχαριστίας, καὶ τὸ ποτήριον εὐλογίας, πεσὼν Αβραὰμ ἐπὶ πρόσωπον αὐτῦ ἐπὶ τὴν γῆν, προσεκύνησεν, ὅτι εἶδεν τὴν ἡμέραν Κυρίε, καὶ ἐχάρη. Απαντήσας οὖ αὐτῷ Μελχισεδὲκ ὁ Βασιλεὺς Σαλὴμ Ιερεὺς ὢν τ Θεῦ ὑψίστε, ηὐλόγησε τὸν Αβραὰμ καὶ εἶπεν. Εὐλογητὸς Αβραὰμ

ipſius: deſcende, & tranſi Jordanem fluvium, & videbis figuram diei illius.

Trajecit ergo Abraham Jordanem fluvium cum ſuis, & egreſſus eſt Melchiſedec in occurſum illius, a Spiritu ſancto adductus, habens in manibus ſuis panem gratiarum actionis, & calicem benedictionis. Non vidit Abraham Melchiſedec niſi poſtquam tranſivit Jordanem, id eſt ſymbolum baptiſmatis. Videns vero Abraham Melchiſedec venientem in occurſum ſui, habentem panem gratiarum actionis, & calicem benedictionis, Abraham in faciem humi procumbens, adoravit, quoniam vidit Diem Domini, & lætatus eſt. Huic autem occurrens Melchiſedec Rex Salem, Pontifex Dei altiſſimi, bene-

τῷ

τῷ θεῷ τῷ ὑψίστῳ, ὃς ἔκτισε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. καὶ εὐλογητὸς ὁ θεὸς ὁ ὕψιστος, ὃς παρέδωκε τοὺς ἐχθρούς σου, ὑποχειρίους σου. Καὶ ἔδωκεν αὐτῷ Ἀβραὰμ δεκάτην ἀπὸ πάντων.

dixit Abraham, & dixit: *Benedictus Abraham Deo altissimo, qui condidit cœlum & terram: benedictus Deus altissimus qui tradidit inimicos tuos in manus tuas, ac tibi subdidit.* Et dedit illi Abraham decimam ex omnibus.

Michael Glycas p. 135. Annalium.

Ὁ δὲ Μελχισεδὲκ εἰ καὶ ἀπάτωρ ἐστὶ τῇ γραφῇ καὶ ἀμήτωρ λέγεται, ἀλλὰ καλάγει τὸ γένος ἀπὸ Σίδου τοῦ Αἰγύπτου καὶ τὴν Σιδῶνα κτίσαντος. Ἐν τῷ ὄρει δὲ Σιὼν πόλιν ἐκεῖνος κτίσας Σαλὴμ, καὶ βασιλεύσας ἐν αὐτῇ ἔτη ιγ' βεβασιλευκὼς δίκαιος καὶ παρθένος.

Melchisedecus autem licet in sacris literis patre matreque carere dicatur, generis tamen ortum habuit à Sido Ægypti F. qui Sidonem condidit: Quumque oppidum in monte Sione Salemam exstruxisset, ac XIII. ibidem annis regnum tenuisset, & justus & virgo decessit.

Georgius Cedrenus T. 1. p. 27.

Υἱὸς δὲ ἦν ὁ Μελχισεδὲκ Σίδου Βασιλέως, τοῦ Αἰγύπτου ὃς καὶ κτίζει Σιδῶνα πόλιν. Ἀπάτωρ δὲ καὶ ἀμήτωρ καὶ ἀγενεαλό-

Melchisedechus filius fuit Sidæ Regis, filii Ægypti: sed patre ac matre carere incertæque stirpis dicitur, quod ge-

γηλῶ λέγεται, διὰ τὸ μὴ ἐξ Ἰουδαϊκῆς γενεᾶς καταγεσθαι, καὶ διὰ τὸ τοὺς γονεῖς αὐτῶν πονηροὺς ὄντας μὴ ἀριθμεῖσθαι μετὰ ὁσίων, καὶ ὅτι τῶν Χαναναίων ἄρχων τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐβασίλευε.

nus ſuum â Judæis non duxit, & quia parentes ejus homines mali cum piis non recenſentur tum quod Chananæis imperans Jeruſalemam regno tenebat.

Similia legi in Chronico MS. Simonis Logothetæ notat Cangius ad Chronicon Paſchale p. 500. Eadem quoque habet Joël in Chronographia compendiaria, niſi quod patrem Melchi vocat, & filium Sedecum â patre dictum eſſe ſcribit Melchiſedecum.

CI. Nomen Melchiſedechi proprium *Jeboram*, Pater *Heraclas*, mater *Aſtaroth* vel *Salathiel*.

Joſephus ben Gorion lib. VI. c. 35.

O Hieroſolyma, urbs quondam magni regis, quonam te nomine jam appellem? nonne antea dicta fuiſti Jebus à nomine Jebuſi, qui primus in terra tua urbem iſtam incolere cœpit, poſteà nomen Zedec ſortita es & à nomine tuo vocatus eſt rex tuus *Jeboram* Melchizedec, quia rex juſtus fuit, & quoniam is juſtè regnavit; tu quoque juſtitiæ nomen adepta es & in te juſtitia habitavit, ſtella quoque, * quæ te illuminavit; Zedec dicta eſt; ejusdem regis ætate nomen tuum etiam vocatum eſt Salem, ſicuti in lege † ſcriptum eſt: & Mel-

* Jupiter ſtella Judæis צדק. † Gen. XL. 18.

Melchizedec rex Salem a) fuit, quod nomen inde provenit, quia tunc temporis completa fuit b) iniquitas populi, qui in te habitavit; Abrahamus autem, pater noſter, piæ memoriæ, te elegit, ut in te laboraret & poſſeſſionem acquireret & in te radicem bonorum operum, quæ ille fecit, plantaret: ac propterea etiam Majeſtas Dei in te habitavit, quando ipſe Abrahamo, patri noſtro, apparuit.

Epiphanius hæreſi LV. c. 2.

Καὶ γὰρ τινές ἐξ Μελχισεδὲκ ὁ πατὴρ τε καὶ ἡ μήτηρ ἐμφέρεται. οὐκ ἔχει δὲ * παρὰ τοῖς ῥητοῖς

Enim vero nonnulli utriusque parentum Melchiſedeci nomina commemorarunt, ſed

X 4 γρα-

a) Hieronymus putat ſignificari Salim opidum, juxta Scythopolim Regionis Sichem, in tribu Ephraim.

b) שלם ad ſummum pervenit, finem adepta eſt.

* Non commemorantur in ſacris litteris Melchiſedechi Parentes, ideoque Apoſtolo ἀπάτωρ & ἀμήτωρ dicitur Hebr. VII. 3. atque ut ipſe dilucidationis cauſſa addit, ἀγενεαλόγητος cujus nulla exſtat (e filiis Levi *ſerſ.* 6.) Genealogia. Sic ignobilibus parentibus genitos οὐ γνωρίμοις ἀνεπίσημοις παρὰ τοῖς πατράσιν ut loquitur Ælianus XII. 43. Var. *nullis majoribus ortos* dixit Horatius lib 1. ſat 6. atque apud Livium IV. 3. *Ancus patre nullo, matre ſerva.* Seneca Epiſtola 108. *duos Romanos Reges eſſe, quorum alter patrem non habet, alter matrem. Nam de Servii matre dubitatur: Anci pater nullus, Numa nepos dicitur.* Tiberius apud Tacitum XI. 21. Annal. *Curtius Rufus videtur mihi ex ſenatus*, i. e. ἀπάτωρ & ἀμήτωρ. Optatus Mileritanus de Victore Garbenſi Donatiſta lib. 2. p. 34. *erat ibi*

γραφὰς, καὶ ἐνδιαθέτους. Εἶπον δέ τινες Ἡρακλᾶν καλεῖσθαι αὐτὸν πατέρα, μητέρα δὲ Ἀσαρώθ, τὴν καὶ Ἀστερίαν.

ea nusquam expressis Scripturæ verbis in utroq; testamento declarantur. Sunt qui *Heraclam* patrem illius appellatum, matrem vero *Astaroth* sive *Asteriam* dicant.

Catena Arabica ad Cap. IX. Geneseos: *Melchisedeck erat filius Heraclim, filii Phaleg, filii Eber: & nomen matris ejus erat Salathiel, filiæ Gomer, filii Japhet, filii Noæ.* Vide Jo. Gregorii præfat. ad observationes sacras.

CII.

ibi filius sine patre. Hesychius; ἀμήτωρ κακομήτωρ, Σοφοκλῆς Ἠλέκτρα. Euripides in Jone v. 109. Jonem ἀπάτορα & ἀμήτορα vocat quæ non esset patrima & matrima sive cujus parentes non amplius essent superstites vide Schol. Euripidis Oreste p. 59, & 67. edit. Barnesii; licet v. 837. videtur etiam ἀμήτωρ Jo. dici, quod matre nata esset ignobili ac serva. In Fabulis ἀπάτωρ Vulcanus, ἀμήτωρ Minerva. Vide Ezech Spanhemii Commentar. ad Callimachum p. 644. Νώνυμος γενεὴ *genus nullum* pro obscuro, in veteri oraculo apud Phlegontem de mirabilibus p. 30. Atque ignobiles ne nati quidem dicebantur ut Is. Vossius p. 306. ad Catullum observat ex Plauto, Cicerone & ex illo Martialis IV. 83. *nec quisquam liber nec tibi natus homo est.* Sic quibus obscura patria, obscurum nomen, illi homines nullius nominis, confer Weitzium ad Terentium p. 635. nullâ patria. Galgacus Britannorum dux de Romano milite apud Tacitum Agricola c. 32. *nulla plerisque patria est.*

CII. MELCHISEDECH, Pſalmorum ſcriptor. duodecim de illo ſententiæ. Melchiſedeciani, Athingani.

MElchiſedecho *Pſalmos* tribui ab Hebræis, jam ſupra p. 290. annotavi, & p. 283. ſeq. rejeci ſententiam eorum qui *Semum* * cum Melchiſedecho eundem faciunt, cum tamen Semus (ut alia argumenta jam mittam) nec ἀπάτωρ nec ἀγενεαλόγητος ab Apoſtolo dici potuerit. Quod argumentum valet etiam adverſus eos, qui illum confundunt cum Henocho vel Chamo. Nunc alias de illo ſententias ſtrictim referre juvat, quarum poſtremam veriſimiliorem mihi videri non diffiteor.

Melhiſedeciani, *Theodotus* Byzantinus, *Hierax* & auctor Anonymi Voluminis de quo Hieronymus

* Teſtimoniis Judæorum qui Melchiſedechum cum Semo confundunt, collectis à Matthia Frid. Beckio ad Targum in I. Paralipomen. p. 19. adde quod Melchiſedechum à Rebecca conſultum fuiſſe Geneſ. XXV. 21. veteres quidam ſibi perſuaſere, ut ex Theodoriti & Auguſtini quæſtionibus in Geneſin ad illum locum patet. Atque ſi Targum Hieroſolymitanum ad eundem locum audimus, adiit Rebecca *ad Scholam Semi Magiſtri*, ſive *in domum ubi concionabatur Sem*, ad impetrandum precibus miſericordiam à facie Jehovæ. Nomen Semi veteres interpretantur ὄνομα *nomen*, *nominatum*, vel ἀνάπαυσιν, *requiem* aut ἀναστῶ *reſurgo*. Melchiſedech, βασιλεὺς δίκαιος *rex juſtus* exponitur ab Joſepho VII. 18. de bello Judaico, Euſebio p. 309. præparat. Evangel. Hieronymo aliisque, licet quædam interpretationes habent βασιλεὺς εἰρηνικός quæ potius expoſitio eſt *Regis Salem*, Hebr. VII. 2.

Epiſt. ad Evagrium, aliique ſibi perſuaſerunt Melchiſedechum non fuiſſe hominem ſed virtutem DEI & Spiritum S. Videatur appendix Tertulliani de præſcript. adverſus hæreticos c. ult. Epiphanius & Damaſcenus hæreſi 55. Philaſtrius c. 52. & 143. Auguſtinus & auctor prædeſtinati c. 34. Theodoritus II. 6. de hæreticis fabulis. Novellam Manuelis Comneni de *Melchiſedecitis*, *Theodotianis* & *Athinganis* (à non tangendo dictis) memorat Labbeus in Bibliotheca nova MSS. p. 190. Timotheus presbyter in Cotelerii T. 3. monument. p. 392. Μελχισεδεκίται εἰσὶν οἱ νῦν προσαγορευόμενοι Ἀθίγγανοι, ἤτοι τὸν Μελχισεδὲκ ἀυχοῦσιν &c. De Athinganis Manichæx hæreſeos traduce confer quæ ex Zonara, Cedreno, Hiſtoriæ Miſcellæ lib. 24. & Balſamone ad Can. 61. in Trullo, Scaliger ad Euſeb. p. 241.

Alii ſub Melchiſedechi perſona ipſum jubent *Chriſtum* quærere: ita ſentiunt Petrus Cunæus lib. 3. de Rep. Hebræorum & poſt Petrum Molinæum ſingulari ſcripto Jacobus Gaillardus. Confer plures hujus ſententiæ ſuffragatores laudatos in Actis Erud. A. 1686. p. 150. ſeq. & quæ adverſus eandem diſſerunt Antonius Gariſſolus de CHriſto mediatore lib. III. p. 481. ſeq. Melchior Leydeckerus II. 2. de Rep. Ebræorum & Lampertus Alardus c. 7. Epiphyllidum, Jo. Henricus Heideggerus in Hiſtoria Patriarcharum aliique. Nam verius certe eſt Melchiſedecum hominem CHriſti typum, non ipſum Chriſtum fuiſſe, ut in Apophthegmatis Patrum à Cotelerio editis T. 1. monument. p. 424. 428. recte traditur.

Pro

Pro *Angelo* habuere Melchiſedecum Origenes & Didymus, de quibus videndus Hieronymus Epiſtola ad Evagrium ſupra laudata T. 3. p. 26. ſeq.

Homines *cæleſtes præadamiticos* ex Melchiſedeco, Enocho & Elia confinxit auctor quidam Gallus libri quem *Epiphaniam* inſcripſit, confutatus à Petavio lib. 1. de opificio ſex dierum c. 4. Eundem explodit B. Calovius T. 3. ſyſtematis Theologici p. 1050. 1052. Jo. Cloppenburgius diſſ. de Melchiſedeco §. IX.

Cum *Henocho* eundem facit Melchiſedechum ſcriptor itidem Gallus Melchiſedeci redivivi, refutatus à Saliano præf. ad Tomum V. Annalium V. T. & Henricus Hulſius in libro cui titulus *Melchiſedechus una cum parente è tenebris emergens & caput protollens*. Lugd. Bat. 1706. 8. Eidem Hulſio Henochus eſt Græcorum Neptunus, Bacchus ac neſcio quid non.

Petro Jurieo in lib. 1. Hiſtoriæ Criticæ dogmatum rituumque Eccleſiæ ab Adamo ad CHriſtum usque, Gallice editæ Amſt. 1704. 4. Melchiſedecus videtur eſſe idem cum *Chamo*, quam opinionem everterunt Ludovicus Borgeſius in Hiſtoria Critica Melchiſedeci cap. IV. & V. Jo. Chriſtoph. Wichmanshauſen in Melchiſedecho ab injuria Petri Juriæi defenſo Witeb. 1710. ac Philippus Olearius in diſp. de Chamo maledicto Lipſ. 1707. Omitto Judæorum quorundam malignam temeritatem, qui teſte Seldeno in curis ſecundis ad ſect. 1. de Decimis, affirmarunt Melchiſedecum fuiſſe ſpurium, quare nec parentum ejus nec poſterorum mentio fiat.

Ex

Ex Semi ſtirpe ortum traxiſſe Melchiſedecum ſtatuunt Arabes quidam apud Hottingerum in Smegmate Orientali p. 216. qui filium vel nepotem Phalegi faciunt: Ex Japheti poſteris repetit Jo. Owenus in Epiſt. ad Hebræos Cap. VII. p, 93. *my coniecture is that he was a perſon of the poſterity of Iaphet, who was principally to be regarded as the father of the Gentiles that were to be called.*

Aliis denique videtur fuiſſe ex poſteris Cham atque Chananæis, quæ ſententia certe multis inſignibus auctoribus nititur, ut Joſepho qui χαναναίων δυνάστην & primum conditorem urbis Salem appellat VII. 18. de bello Judaico p. 969. (licet reprehenditur eo nomine à Beveregio p. 60. ad Synodicum.) & antiquiſſimos Eccleſiæ doctores de quibus Hieronymus Epiſt. ad Evagrium: *Verte me ad Hippolytum, Irenæum, Euſebium Cæſar. & Emiſenum, Apollinarium quoque noſtrum, & Euſtathium qui primus Antiochenæ Eccleſiæ Epiſcopus contra Arium clariſſima tuba bellum cecinit, & deprehendi horum omnium opiniones diverſis argumentationibus ac diverticulis ad unum compitum perveniſſe, ut dicerent Melchiſedech hominem fuiſſe Chananæum, nec mirum eſſe ſi ſacerdos DEI altiſſimi deſcribatur abſque circumciſione & legalibus cerimoniis & genere Aaron, cum Abel quoque & Enoch & Noë placuerint DEO & victimas obtulerint.* Theodoritus quæſt. 64. in Geneſin: εἰκὸς δ' αὐτὸν ἐκ τῶν ἐθνῶν ἐκείνων εἶναι τῶν τὴν Παλαιστίνην οἰκούντων. Ἐκείνων γὰρ καὶ βασιλεὺς ἐτύγχανεν ὤν. Ex progenie Chami fuiſſe ſcribit etiam auctor Chronici Alex. ſive Paſchalis & Suidas, quorum loca jam ſupra dedi.

CIII.

CIII. *Scriptores de Melchiſedecho* præter jam à me laudatos, & interpretes libri Geneſeos c. XIV. Pſalmi CX. atque Epiſtolæ ad Hebræos c. VII.

Natalis Alexander in ſelectis capitibus Hiſtoriæ V. T. ætate 3. diſſ. 3. & N. T. Sec. II. diſſ. 19.

Moyſis Amyraldi Melchiſedechus. Salmur. 1657. 8. Gallice.

Frid. Bechmanni diſſ. de Melchiſedecho CHriſti typo Jen. 1678. & in theſauro Theologico Philologico diſſ. in N. T. p. 742. Confer typorum V. T. explanatores Frid. Balduinum, Dan. Feſſelium, Mich. Baumannum, Valerium Herbergerum in magnalibus DEI, Jo. Jeremiam Reichelium, Theophilum Raynaudum T. 1. Opp. Jeremiam Taylorum, Jo. Biermannum & Samuelem Marther, aliosque, & D. *Jo. Michaelis* ſyncriſin Melchiſedeci & JESU CHRISTI. Gryphiswald. 1668.

Antonius Cregutus in revelatore arcanorum Genev. 1661. 4. capite VII. p. 279. ſeq.

Jo. Conrad Dannhauerus diſſ. Theologica de Melchiſedecho ejusque perſona, officio & factis, quæ eſt inter alias ejus à M. Chriſtiano Miſlero junctim Lipſiæ 1707. 4. editas ſecunda.

Caroli Dematii de Melchiſedecho diſſertationes VII. Ultraj. 1643.

D. Jo. Deutſchmanni Theologia Melchiſedeciana Witeberg. 1685.

Andreæ

Andreæ Dan. Habichorſti diſſertationes IX. de Melchiſedeci Hiſtoria & figura. Roſtoch. 1698.

M. Chriſtiani Hofmanni de Melchiſedecho ex mente ſcriptorum Orientalium.

Jo. Hen. Hottingerus in Enneade diſſ. VI.

Frid. Karberi Melchiſedechus ſive diſcurſus Philologicus de Melchiſedecho. Cygneæ 1673. 12. & in theſauro Theologico Philologico diſſ. in N. T. p. 729.

Sam. Mareſii diſſ. de Melchiſedecho in ſylloge diſp. Groning. 1660. T. 1. p. 661.

Discours ou l'on voit qui eſt Melchiſedech ce grand Preſtre Roy, & comme il eſt encore aujourdhui vivant en corps & ame. Par Mr. d' Auzoles la Peire. Pariſ. 8.

Dionyſius Petavius dogm. Theolog. de incarnatione XII. 12.

Caſpar Sagittarius introductione in Hiſt. Eccleſ. p. 1056. ſeq.

Jac. Salianus ad A. M. 2118. n. 38.

Chriſtophori Schlegelii de perſona Melchiſedechi diſſ.

Ægidii Strauchii diſſ. Theologica de Melchiſedecho. Gedani 1672.

Jo. Caſpar. Suicerus, theſauro Eccleſiaſtico in Μελχισεδέκ.

Gisb. Voëtii diſſ. de ſacrificio Melchiſedechi T. V. ſelect. p. 526. ſeq.

Jo. Henricus Urſinus Annalect. ſacr. T. 1. p. 349. ſeq.

Caſp. Waſeri Melchiſedech, & quod ex ejus typo ſacrificium Miſſæ adſtrui non poſſit. Hanov. 1624. 8.

CIV.

CIV. Duo Tharæ, unus pater Abrahami, cognomine Azar, alter avus.

Bartholomæus Herbelotus in Bibliotheca Orientali p. 12.

ABraham. que les Arabes appellent Ebrahim, les Perſans & les Turcs Ibrahim, ſelon le Tarikh Montekheb étoit fils d' *Azar*, * & petit-fils de Tareh. Cependant à cauſe que ce Patriarche étoit fils de Tareh ſelon le texte Hebreu de la Geneſe, l' on dit ordinairement que le Taréh de Moyſe eſt appellé par les Arabes Azar: car l' on voit dans toutes leurs hiſtoires, qu' Abraham y eſt qualifié fils d' Azar. Il eſt aiſé toute fois de voir que les Arabes ne font pas de ces deux noms un ſeul perſonnage, puisque Tareh eſt marqué dans leur genealogie pour être le grand Pere d' Abraham. Si nos Chronologiſtes qui ſe ſont donné tant de peine pour accorder l' Epoque de la transmigration d' Abraham avec les années de ſon âge & la mort de Taréh, avoient eu une connoiſſance de cette Genealogie Arabique, ils n' auroient point été obligez d' avoir recours à une ſeconde

* Conſer Ludovicum Maraccium ad Alcoran. p. 258. Pro *Azar* in Alcorano Sura VI. verſ. 75. legitur *Adar*, atque idem forte apud Juſtinum XXXVI. *Adores*. Verba ejus ſunt: *Poſt Damaſcum Azelus, mox Adores & Abraham & Iſrahel reges fuere.* Cæterum in Muſculi verſione Hiſt. Eccleſ. Euſebii *Atharam & Abraham* per errorem irrepſiſſe certum eſt, neque pro *Atara* legendum ibi cum Grynæo *Tharæ*, ſed in Græco eſt ἀτὰρ καὶ τὸν Ἀβραάμ ſed & Abraham. Conſer Valeſium ad Euſeb. p. 10.

conde transmigration de ce Patriarche, dont l'Ecriture ne fait aucune mention, & ils ſeroient ſortis aiſement de toutes ces difficultez ** en admettant deux Taréhs, dont l'un, qui portoit auſſi le nom d'Azar, etoit pere, & l'autre grand-pere d'Abraham, ce qui peut s'accorder aiſement avec le texte ſacré.

CV. THARAH Aſtronomus. Idola * ejus à Filio Abrahamo everſa & combuſta.

Suidas in Ἀβραάμ.

Ὅτι ἤρξατο ἡ εἰδωλολα- Imaginum cultus cœ-
τρεία

** Non equidem video quomodo difficultas illa Chronologica tollatur, ſi duos Tharas admittamus. Nam in loco Actor. VII. 4. de patre Abrahami ſermo eſt, adeoque haud dubie eodem Thara de quo Gen. XI. 26. 32. XII. 4. Igitur præſtat dicere ex loco Gen. XI. 26. non evinci Abraamum anno ætatis Tharæ ſeptugeſimo natum eſſe, tantum enim inde licet concludere poſt annum ætatis ſeptugeſimum Tharam genera ſſe filios, qui deinde ſtatim nominantur tres, non certe uno partu editi neque uno anno. Nihil igitur abſurdi eſt dicere Aramum v. g. primogenitum fuiſſe, multis annis interjectis genitum Nachorum, ac denique poſt annum 130. patris, Abrahamum. Confer Jac. Uſſerii Chronologiam ſacram poſtumam p. 113. ſeq.

* S. Auguſtinus XVI. 12. ſeq. de C. D. unicam opinatur Tharæ domum apud Chaldæos, fuiſſe in qua unius veri DEI cultus remanſerit. Sed violentior eſt explicatio qua verba Joſuæ XXIV. 2. *hæc dicit Dominus Deus Iſrael: trans fluvium habitaverunt Patres veſtri ab initio Thare pater Abraham & Nachor, ſerviebantque Diis alienis*, putat tantum intelligenda de habitatione illorum & civili ſubjectione ſub imperio

τρία ἀπὸ Σερὸχ ** ἕως ζῶν χρόνων θάρα ὃ πατὴρ Ἀβραάμ, ὃς Ἀβραὰμ ὑπάρχων ἐτῶν ιδ', καὶ θεογνωσίας ἀξιωθεὶς, ἐνουθέτει τὸν πατέρα αὐτῦ, λέγων· Τί πλανᾶς τὰς ἀνθρώπους ἀφ' κέρδους ἐπιζήμιον (τῦτ' ἔστι, τὰ εἴδωλα)· οὐκ ἔστιν ἄλλος θεὸς, εἰ μὴ ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὁ

pit à Serucho, & viguit usque ad tempora Tharæ, patris Abrahami; qui Abrahamus, natus quatuordecim * annos, & Dei cognitione præditus, ſuum patrem admonuit his verbis: *Quid ſeducis homines ob lucrum pernicioſum*, (hoceſt, ob imagines)? *Non eſt alius*

imperio Idololatrarum. Cum Auguſtino tamen facit Jo. Owenus in Theologumenis p. 222, 269. ſeq. Inſignis vero Theologus. Wolfgangus Franzius noſter in aureolo libro de interpretatione S. Scripturæ Oraculo XCI. ſolum Thare, non etiam Abrahamum Idololatriâ ſe obſtrinxiſſe exiſtimat. Cæterum plerique omnes veteres ſcriptores Chriſtiani, Græci & Latini, quemadmodum Judæi quoque & Muhamedani non dubitant Abrahamum de media Idololatria à DEO fuiſſe evocatum, quade re præter loca in proximis capitibus alleganda, vide Gallum Confeſſorem in ſermone Conſtantiæ habito p. 14. edit. Barthii, Athanaſium ſynopſi Scripturæ T. 2. p. 101. Interpretes ad Geneſ. XII. 1. & Joſuæ XXIV. 2.

** Idololatriæ origo ad *Seruchum* refertur ab Euſebio in Chron. p. 13. Epiphanio T. 1. p. 7. Joanne Antiocheno in excerptis Peireſcianis p. 778. Cedreno p. 37. Swida in Σερὸχ. Conſer Petavium ad Epiphan. p. 9. & Scaligerum ad Græca Euſebii p. 411. Nomen Σερὸχ Epiphanius interpretatur ἐρεθισμὸν, Hieronymus *corrigiam* vel ἀπάρτημα, *perfectum*.

* Imo jam tres annos natus, ſi audimus Judæos apud Hackſpanium ad Nizachon p. 490. ſeq. Alii anno ætatis XLVIII. ut Abarbanel in Geneſin fol. 53. col. 4. & Maimonides de Idololatria.

καὶ πάντα τὸν κόσμον δημιουργήσας. Ὁρῶν γὰρ τοὺς ἀνθρώπους κτισματολατρείας, διήρχετο ἀφαπονούμενος, καὶ τὸν ὄντως ὄντα θεὸν ἐκζητῶν ἐκ φιλοθέου καρδίας. Ὁρῶν δὲ τὸν οὐρανὸν ποτὲ μὲν λαμπρὸν, ποτὲ δὲ σκοτεινὸν, ἔλεγεν ἐν ἑαυτῷ, οὐκ ἔστιν οὗτος θεός. Ὁμοίως καὶ τὸν ἥλιον, καὶ τὴν σελήνην, τὸν μὲν ἀποκρυπτόμενον καὶ ἀμαυρούμενον, τὴν δὲ φθίνουσαν καὶ ἀπολήγουσαν, ἔφησεν, οὐδ' οὗτοί εἰσι θεοί. Καὶ μὴν δὴ καὶ τὴν τῶν ἀστέρων κίνησιν, ἐκ τοῦ πατρὸς γὰρ ἐπαιδεύετο τὴν ἀστρονομίαν, ἀπορῶν ἐδυσχέραινεν. Ὤφθη δὲ αὐτῷ θεὸς, καὶ λέγει αὐτῷ· Ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου, καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου. Καὶ λαβὼν τὰ εἴδωλα τοῦ πατρὸς, καὶ τὰ μὲν κλάσας, τὰ δὲ ἐμπυρίσας, ἀνεχώρησε μετὰ τοῦ πατρὸς ἐκ γῆς Χαλδαίων· καὶ ἐλθόντων εἰς Χαρρὰν, ἐτελεύτησεν ὁ πατὴρ αὐτοῦ.

Deus, niſi ille, qui in cœlis eſt, & univerſum mundum fabricavit. Cum enim videret homines res creatas colere, magno labore & animo religioſo verum Deum exquirens varias regiones peragrabat. Cum autem videret cœlum, modo quidem ſerenum, modo vero nubilum & obſcurum, in animo ſuo dixit, *hoc cœlum non eſt Deus.* Similiter etiam, cum Solem & Lunam, illum quidem occultari & obſcurari; hanc vero deficere & deſinere cerneret, dixit, *ne iſti quidem ſunt Dii.* Quinetiam aſtrorum motum conſiderans (a patre enim aſtronomiam edocebatur) animo dubitans moleſtia quadam affici cœpit. Apparuit autem ipſi Deus, & ipſi dixit: Exi ex tua terra & ex cognitione tua. Quamobrem correptis patris ſimulacris, iisque partim fractis, partim crematis

tis, ex Chaldæorum terra cum patre exceſſit. Cum autem Charram perveniſſent, ipſius pater obiit.

Georgius Syncellus p. 99. Chronographiæ.

Τῷ γλογ' ἔτει ἀπὸ κόσμου Ἀβραὰμ ὢν ἐτῶν ξά, ἐνεπύρισεν Ἀβραὰμ τὰ εἴδωλα τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ συγκατεκάυθη αὐτοῖς ὁ Ἀρράν, θέλων σβέσαι τὸ πῦρ ἐν νυκτί. Καὶ ἐξῆλθεν Θάρρα σὺν Ἀβραὰμ τοῦ ἐλθεῖν εἰς γῆν Χαναάν, καὶ μεταγνοὺς ὤκησεν ἐν Χαρράν εἰδωλομανῶν ἕως θανάτου αὐτοῦ.

Anno mundi 3373. Abrahami vero 61. ipſe Abrahamus patris idola ſuccendit, Aran autem nocturnum incendium extinguere molitus, illo eodem abſorptus eſt. Profectusque Thara cum Abraham, ut in terram Chananæorum migraret, mutata ſententia inſano ſimulacrorum cultu allectus in Charran ad obitum usque remanſit.

Confer quæ idem Syncellus p. 95. & 98.

Philaſtrius hæreſi 142.

Et Abraham beatiſſimus, frangens idola juſtificatus eſt.

Wagenſeilius in Sota p. 192. ex Schalſchelet Hakkabala p. 8.

Fertur, Tharam Abrahami Patrem, non idololatram tantum fuiſſe, ſed & idola paraſſe, & eorum venditione quæſtum feciſſe maximum. Forte negotiorum cauſa, iter ei aliquando ſuſcipiendum

erat; Abrahamum igitur tabernæ præficit. Cæterum hunc si quis accedebat emtor, quæsivit Abrahamus ex eo, quot annos natus esset? Isto vero annorum numerum ediſſerente, tum Abrahamus, quæso te, inquiebat, mi homo, annon oppido insanis, qui cum tantam ætatem agas, tamen idolum adorare instituis, quod χθες και πρωι demum, e rudi materia fuit effictum? Quamobrem suffusi pudore quotquot emtum venerant, infecta re discesserunt. Adfuit postremo anus quædam, offam gestans, sacrificatura eam, ut ajebat, omnibus quæ in Abrahami taberna prostabant, Numinibus. Hic quidem Abrahamus ira percitus, amplius se continere non valens, accepto fuste omnia Numina comminuit, solo inter ea majore relicto incolumi, cujus manibus fustem ipse commisit. Interea temporis, reversus Pater, illamque stragem cum horrore aspiciens, quis eam edidisset, Abrahamum interrogat? Enim vero, inquit Abrahamus, nescio quæ Vetula adventaverat, offam consecrans istis Numinibus, ibi tumultus inter ea ortus est longe maximus, unoquoque sibi offam deposcente. Denique eo res rediit, ut magnum illud, reliquisque valentius, arrepto fuste, minorum temeritatem compescere, & pœnam, quam, mi Pater, vides, de iis sumere cogeretur. (*Negante Patre, id accidere potuisse, cum sensu omni Numina sua careant: Tum vero exprobrare ei cœpit Filius, ineptis-

* *Non habentur hæc in Schalsch Hak, sed supplet ea Wagenseilius ex* ספר הישר *p.* 24. *b. ubi tamen cæteroquin multa aliter gesta narrantur.*

ptisſimam ſuperſtitionem, quod iis honorem deferret, quæ inanima eſſe, ipſe agnoſceret, quodque opem ab iis præſtolaretur, quæ a ſuis capitibus fuſtium contuſiones averruncare nequiverant.) Sed Thara, ſana conſilia haud admittens, adverſus filium apud Nimrodum accuſationem inſtituit: qui, vocatum Abrahamum, jubet ignem adorare illico. At Abrahamus, magis eſt, inquit, ut Aquam quis adoret, hæc enim Ignem extinguit. Ergo, quando ita viſum eſſet, jubetur Aquam venerari Abrahamus, ſed is, imo, excipit, potius Nubes adorandæ ſunt, nam hæ Aquas ſuſtinent. Nubibus cultum deferre juſſus, majori jure hunc Vento competere regerebat, quod is Nubes diſpergeret. Verum nec ad hunc divino cultu proſequendum, permoveri potuit, cauſam allegans, quod Homo adverſus Ventum adhuc queat conſiſtere, nec proinde æquius quid videri, quam ut Homines ſeſe invicem adorare debeant. Tandem Nimrodus ſentiens ludum & jocum tantum ſe eſſe Abrahamo, in fornacem ardentem eundem actutum conjici juſſit.

CVI. Abrahamus inventor literarum Chaldaicarum. Ab Angelis edoctus linguam Hebraicam.

Suidas in Ἀβραάμ.

Οὗτος εὗρε τὰ ἱερὰ γράμματα, καὶ γλῶσσαν ἐμηχανήσατο τὴν Ἑβραίων παῖ-

Hic ſacras literas invenit & linguam excogitavit, cujus notitiam

δες ἐν ἐπιστήμῃ ἐτύγχανον, ὡς ὄντες τούτου μαθηταὶ καὶ ἀπόγονοι. Ἐκ τούτου καὶ τὰ ἑλλήνων γράμματα τὰς ἀφορμὰς ἔλαβε, καὶν ἄλλως ἑαυτοὺς διαπαίζοντες ἀναγράφωσιν ἕλληνες. καὶ τοῦτο μαρτύριον ἡ τοῦ ἄλφα φωνὴ τοῦ πρώτου στοιχείου καὶ ἄρχοντος, ἀπὸ τοῦ ἄλεφ Ἑβραϊκοῦ λαβόντος τὴν ἐπίκλησιν τοῦ μακαρίου καὶ πρώτου καὶ ἀθανάτου ὀνόματος.

habuerunt Hebræorum filii, quod eſſent hujus diſcipuli & poſteri. Ab hoc etiam literæ Græcorum originem duxerunt, quamvis Græci ſeipſos illudentes, aliter hac de re ſcribunt. Hujus vero rei teſtimonium eſt appellatio τοῦ ἄλφα, primæ & principis litteræ ab Aleph Hebraico, beato illo & primo & immortali nomine ſuum nomen ſortitæ.

Confer, ſi placet Voſſium lib. 1. Ariſtarchi cap. 9. Petrum Lambecium Prodromi Hiſt. literar. p. 43. 44. 45. Huetium Demonſtrat. Evangelicæ p. 284. 286. & 293. (ubi Samaritanas literas in Chananæam ab Abrahamo illatas conjicit) & Guilelmum Nicols de literis inventis p. 1. & 275.

Georgius Syncellus p. 99. è parva Geneſi.

Ὁ ἄγγελος ὁ λαλῶν τῷ Μωυσῇ εἶπεν αὐτῷ, ὅτι τὸν Ἀβραὰμ ἐδίδαξα τὴν Ἑβραΐδα γλῶσσαν καὶ τὴν ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως, λαλεῖν τὰ πατρῷα παῖδα, ὡς ἐν λεπτῇ κείσαι γενέσει.

Angelus familiari colloquio cum Moyſe ſolitus uti, dixit ei: Hebræam linguam, qualis primitus purior erat, ego docui Abraham, ut ea velut patria loqui noverit. Hæc parva refert Geneſis.

Euge-

Eugenii Toletani verſus de inventoribus ſeptem linguarum, quos ex vetuſto codice Bibl. Septimanæ produxit Petrus Crinitus lib. XVII. de honeſta diſciplina c. 1. & ex Crinito Lilius Gyraldus dialogo 1. de Poëtis p. 13.*

Moyſes primus Hebræas exaravit litteras,
Mente Phœnices ſagaci condiderunt Atticas;
Quas Latini ſcriptitamus, edidit Nicoſtrata,
Abraham Syras & idem repperit Chaldaicas,
Iſis arte non minore protulit Ægyptias,
Gulfila promſit Getarum quas videmus ultimas.

Iſidorus Hiſpalenſis lib. 1. Originum cap. 3.

Hebræorum literæ à Lege cœpere per Moyſem, Syrorum autem & Chaldæorum per Abraham, unde cum Hebræis & numero & ſono concordant, ſolis characteribus diſcrepant. Ægyptiorum literas Iſis regina, Inachi filia de Græcia veniens in Ægyptum, reperit & Ægyptiis tradidit.

Omitto *Alphabetum Abrahami* commentitium, quod exhibet Jo. Auguſtinus Pantheus, Venetus presbyter in Voarchdumia contra Alchimiam, Venet. 1530. p. 14. & Guil. Gœree in T. 1. Antiquitatum Judaicarum, ſive apparatus Biblici Belgice editi p. 44. & 88.

* Vide Sirmondi Opera T. 2. p. 887.

CVII. Abraham à Nembrodo in ignem conjectus, & divina ope ex illo liberatus. Abrahami pater *Azar*, mater *Adna*, vel *Emtelai*.

QUoniam ἡ παλαιᾶς μὲν ἀποσὰς πλάνης εἶτα πρωτέρας, καὶ δεισιδαιμονίας * *relicta Patria superstitione, & priore errore vitæ* idola colere renuit Abrahamus, hinc à Nimrodo (cujus tamen ætatem Abrahami temporibus antecessisse constat) in ignem & ardentem fornacem injectum, atque ex ea per miraculum Divino beneficio erutum incolumemque servatum Judæi, ** Muhamedani & quidam Christiani scriptores tradunt, idque esse *Ur* illud *Chaldæorum* Gen. XV. 7. *Aram* vero Abrahami frater, *qui dubitavit, dicitur quod sit combustus*, inquit glossa ad Gratianum causa 35. qu. 1. nimirum quoniam ante patrem in Ur Chaldææ obiisse legitur. Gen. XI. 28.

Bar-

* Euseb. lib. 1. Hist. Eccles. cap. 4.

** Videinterpretes ad Gen. XI. 28. 31. XV. 7. Nehem. IX. 7. Hottingerum smegm. Oriental lib 1. cap. 8. p. 291. Andream Mullerum ad fragmentum Azizi Tartari nota 26. Henningium Henningii in Muhamedano precante p 278 seq. Bochartum Hierozoic. T. 2. p. 673. & Christiani Wagneri Ἐμμακαρίτου Exercitationem de Ur Chaldæorum, Lipsi. 1681. qui probat illo nomine Mesopotamiam intelligi, in qua versatus Abrahamus fuit, licet in pseudo Sibyllinis traditur fuisse nomen civitatis:

Ἔσται ἀνὴρ πόλεως αὐτόχθων Οὖρ χαλδαίων
Ἐξ οὗ δὴ γένος ἐστὶ δικαιοτάτων ἀνθρώπων.

Bartholomæus Herbelotus in Bibliotheca Orientali p. 13. *ex libro Arabico, cui titulus Maallem.*

Nembrod fils de Chanaan lequel on croit avoir été le premier Roy aprés le deluge, tenoit ſon ſiege dans la ville de Babilone, qu'il avoit fait bâtir; ce Prince vit en ſonge pendant la nuit une étoile qui s'élevoit ſur l'horizon, dont la lumiere effaçoit celle du ſoleil: & ayant conſulté ſes divins ſur l'explication de ce ſonge, ils luy répondirent tous d'une voix, qu'il devoit naître dans Babilone un enfant qui deviendroit en peu de tems un grand Prince, duquel il avoit ſujet de tout craindre, quoy qu'il ne fût pas encore engendré. Nembrod effrayé de cette réponſe, ordonna auſſi tôt que les hommes fuſſent ſeparez de leurs femmes, & il établit un officier de dix en dix maiſons, pour les empêcher de ſe voir. *Azar* un des plus grands Seigneurs de la cour de Nembrod, & qui étoit ſon gendre, trompa ſes gardes, & coucha une nuit avec ſa femme nommée *Adna*. * Le lendemain les devins qui obſervoient tous les momens de ce temps-là, vinrent trouver Nembrod, & luy dirent que l'enfant, dont il étoit menacé, avoit été conçu cette même nuit: ce qui obligea ce Prince à ordonner que l'on gardât ſoigneuſement toutes les femmes groſſes, & que l'on fiſt mourir tous les enfans mâles, qu'elles mettroient au monde. Adna qui ne donnoit acune marque de groſſeſſe, ne fut point gardée; de ſorte qu'étant prête d'accoucher, elle eut la commodité d'aller à la campagne pour ſe délivrer de ſon fruit: Elle le fit dans

* In Talmude Bava Batra f. 91. a. mater Abrahami vocatur *Emtelai*, quæ filia fuerit Car. Nebo. Wagenſeil Sota p. 161.

une grotte dont elle ferma ſoigneuſement l' entrée, & revint à la ville, où elle dit à ſon mary qu'elle avoit accouché d'un fils qui étoit mort auſſi-tôt aprés ſa naiſſance.

Adna cependant alloit ſouvent à la grotte pour viſiter ſon enfant, & luy donner du lait; mais elle le trouva toûjours ſuçant le bout de ſes doigts, dont l'un luy fourniſſoit du lait, & l'autre du miel: ce miracle la ſurprit extrémement d' abord: mais ſon étonnement ſe changea bientôt en un excez de joye, lorsqu' elle conſidera que la Providence prenoit le ſoin de nourrir ſon enfant, & qv'elle n'en devoit plus être en peine: cela n'empêcha pas neanmoins qu'elle ne le vît de tems en tems, & elle s' apperçoit bientôt qu'il croiſſoit autant en un jour, que les autres enfans font en un mois. Quinze Lunes furent-elles à peine écoulées, que cet enfant luy parut être un juene garçon de quinze ans; & il n'étoit point encore ſorti de ſa grotte, lorsqu' Adna dit à Azar, que cet enfant dont elle étoit accouchée, & qu' elle luy avoit dit être mort, ſe trouvoit plein de vie, & étoit doüé d'une beauté tres-parfaite.

Azar ſe tranſporta auſſi-tôt à la grotte, où aprés avoir conſideré & careſſé ſon fils, il dit à la mere, qu'elle le fiſt venir à la ville, parce qu'il le vouloit preſenter à Nembrod, & le placer à la cour. Adna alla prendre ſon fils vers le ſoir, & le fit paſſer par une prairie où paiſſoient des troupeaux de vaches, de chevaux, de chameaux, & de moutons. Abraham qui n'avoit rien encore vû jusqu' alors que ſon pere & ſa mere, demondoit le nom de toutes

les

les choſes qu'il voyoit, & Adna l' inſtruiſoit des noms, des qualitez, & des uſages de tous ces animaux: Abraham continua à luy demander qui étoit celuy qui avoit produit toutes ces eſpeces differentes; Adna luy dit: il n'y a aucune choſe en ce monde qui n' ait ſon Createur & ſon Seigneur, & qui ne ſoit dans ſa dépendance. Abraham luy repartit auſſi-tôt: Qui eſt donc celuy qui m'a mis au monde, & de qui eſt-ce que je dépends? C'eſt de moy, repliqua la mere: Qui eſt vôtre Seigneuer, luy dit Abraham? C'eſt Azar vôtre pere, luy répondit ſa mere. Abraham n'en demeura pas là, & demanda qui étoit celuy d' Azar ſon pere? Et ayant entendu dire que c' étoit Nembrod, il voulut encore ſçavoir qui étoit celuy de Nembrod: mais ſa mere ſe trouvant alors trop preſſée, luy dit, il ne faut pas, mon fils, rechercher les choſes ſi avant, car il y auroit du danger pour vous.

Il y avoit déja en ce tems là pluſieurs ſortes d' Idolâtres dans la Chaldée où regnoit Nembrod. Les uns adoroient le Soleil, les autres la Lune & les Etoiles, quelques-uns ſe proſternoient devant des ſtatuës, dans leſquelles ils reveroient quelque Divinité, & enfin il y en avoit qui ne reconnoiſſoient point d'autre Dieu que Nembrod luy même. Abraham marchant pendant la nuit, de ſa grotte jusqu' à la ville, vit au ciel des étoiles, & entr' autres celle de Venus, que pluſieurs adoroient, & il dit en luy-même: Volià peut-être le Dieu & le Seigneur du monde; mais aprés quelque tems, & quelque reflexion il dit en luy-même: je vois

que

que cette étoile ſe couche & diſparoit: ce n' eſt donc pas icy le Maître de l'Univers, car il ne peut pas être ſujet à ce changement. Il conſidera peu aprés la Lune dans ſon plein, & dit: Voicy peut-être le Createur de toutes choſes, & par conſequent mon Seigneur; mais l'ayant vû paſſer ſous l'horizon comme les autres Aſtres, il en fit le méme jugement qu'il avoit fait de l' étoile de Venus. Enfin ayant ainſi paſſé le reſte de la nuit en conſiderations & en reflexions, il ſe trouva proche de Babilone au lever du Soleil: alors il vit une infinité de gens qui ſe proſternoient & adoroient cet aſtre, ce qui luy fit dire: voici aſſurément un aſtre merveilleux, & je le prendrois aiſément pour le Createur & le Maître de toute la Nature; mais je m'apperçois qu'il décline, & prend la route du couchant auſſi-bien que les autres, il n' eſt donc pas ni mon Createur, ni mon Seigneur, ni mon Dieu.

Lorsqu' Azar preſenta ſon fils Abraham à Nembrod, ce Prince étoit aſſis ſur un trône fort élevé, à l'entour duquel un grand nombre d' eſclaves des mieux faits de l'un & de l'autre ſexe étoient placez chacun dans ſon rang: Abraham demanda auſſitôt à ſon pere qui étoit ce perſonnage ſi élevé au deſſus des autres; & il luy répondit que c' étoit le Seigneur de tous ceux qu'il voyoit autour de luy, & que tous ces gens là le reconnoiſſoient pour leur Dieu. Abraham conſiderans Nembrod qui étoit fort laid de viſage, dit à ſon pere: Comment ſe peut-il faire que celuy que vous appellez vôtre Dieu, ait fait des creatures plus belles que luy, puis-

puiſqu'il faut neceſſairement que le Createur ait des perfections beaucoup plus grandes que celles de ſes creatures ? Ce fut la premiere occaſion qu' Abraham prit de deſa buſer ſon pere de l' idolatrie, & de luy prẽcher l'unite de Dieu Createur dé toutes choſes, qui luy avoit été revelée. Ce zele qu'il témoigna d'abord, luy attira la colere de ſon pere, & le jetta en ſuite dans de grands démélez avec les principaux de la cour de Nembrod, qui refuſoient d' acquieſcer aux veritez qu'il leur enſeignoit. Le bruit enfin de ces diſputes étant venu juſqu' aux oreilles de Nembrod, ce Prince ſuperbe & cruel le fit jetter dans une fournaiſe ardente, d'où il ſortit neanmoins ſain & ſauf, ſans avoir reçu la moindre atteinte du feu.

CVIII. Abraham Zoroaſter. Libri à Perſis & Arabibus ei tributi.

Idem Herbelotus p. 16.

SI les Muſulmans aprés les Juifs & les Chrétiens parlent ſi avantageuſement d' Abraham, les Mages, ou adorateurs du feu, qui ſont profeſſion de la religion des deux principes, n' en ſont pas moins d'état, car ils croyent que *Zoroaſtre* * leur grand Prophete eſt le méme qv' Abraham, qui fut ſur nommé Zerdaſcht & Zerdouſt, c' eſt à dire l' Ami du feu, à cauſe qu'ayant été jetté par Nembrod dans une fournaiſe ardente, le feu le careſſa, au lieu de lui nuire. — — Les Mages de Perſe attribuent fauſſement à Abraham des livres quis nom-

* De ſcriptis Zoroaſtri tributis dixi lib. I. Bibliothecæ Græcæ. cap. ult.

nomment *Zend*, *Pazend*, & *Voſtha*, dans lequels ſont compris tous les points de leur Religion: les Arabes en ont auſſi un, intitulé *Sefer*, mot pris de l'Hebreu, qui ſignifie livre, lequel ils diſent leur étre venu de ce Patriarche.

Idem p. 11.

Abeſta nom d'un livre que les Mages de Perſe attribuent à Abraham le Patriarche, qu'ils croyoient étre le méme que Zerdaſcht ou Zoroaſtre. Ce livre eſt l' explication ou commentaire de deux autres livres nommez *Zend* & *Pazend*. Ces trois volumes jointes enſemble comprennent toute la religion des Mages ou adorateurs du feu.

His jungenda quæ copioſe atque erudite diſſerit Thomas Hyde libro de veteri religione Perſarum c. 2.

CIX. Abrahamus Doctor Aſtrologiæ * & Arithmeticæ. Abrahami maternus avus, Abrahamus.

Philo lib. de Abrahamo p. 282.

Χαλδαῖοι γὰρ ἐν τοῖς μάλιστα ἀσκησάντες ἀστρονομίαν, καὶ πάντα τοῖς κινήσεσι τῶν ἀστέρων ἀναθέντες, οἷς ὑπέλαβον οἰκονομεῖσθαι τὰ ἐν κόσμῳ δυνάμεσιν, ἃς περιέχουσιν ἀριθμοὶ καὶ ἀ-

Nam Chaldæi cum primis exercitati ſiderali ſcientia, omnia tribuentes ſtellarum motibus, à quibus credebant diſpenſari mundi potentias, quæ conſtant ex numeris eorumque pro-

ριθ-

*) Anſam id comminiſcendi videtur dediſſe locus Gen. XV. 5. *Numera ſtellas*, de quo conſule Cyrillum lib. X. contra Julian. p. 357. edit. Lipſienſ.

ριθμῶν ἀναλογίαν, τὴν ὁρατὴν ὐσίαν ἐσέμνυνον, τὰ ἀοράτα καὶ νοητὰς ὐ λαβόντες ἔννοιαν, ἀλλὰ τὴν ἐν ἐκείνοις τάξιν διερευνώμενοι, κατὰ τε τὰς ἡλίυ καὶ σελήνης καὶ τῶν ἄλλων πλανητῶν καὶ ἀπλανῶν περιόδυς, ἢ καὶ τὰς τῶν ἐτησίων ὡρῶν μεταβολὰς, καὶ καὶ τὴν τῶν ὐρανίων πρὸς τὰ ἐπίγεια συμπάθειαν, τὸν κόσμον αὐτὸν ὑπέλαβον εἶναι θεὸν, ὐκ ἐναγῶς τὸ γενόμενον, ἐξομοιώσαντες τῷ πεποιηκότι. ταύτῃ τις τῇ δόξῃ συλλαφεὶς, καὶ χαλδαΐσας μακρόν τινα χρόνον, ὥσπερ ἐκ βαθέος ὕπνυ ἀνοίξας τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα, καὶ καθαρὰν αὐγὴν ἀντὶ σκότυς βαθέος βλέπειν ἀρξάμενος, ἠκολούθησε τῷ φέγγει, καὶ κατεῖδεν ὃ μὴ πρότερον νένοηκε, κόσμυ τινὰ ἡνίοχον καὶ κυβερνήτην ἑστῶτα, καὶ σωτηρίως εὐθύνοντα τὸ οἰκεῖον ἔργον, ἐπιμέλειάν τε καὶ προσασίαν καὶ τῶν ἐν αὐτῷ μερῶν, ὃ-

portionibus, venerabantur iſtas res viſibiles, non percipientes inviſibilia & intelligibilia, ſcrutantes illarum tantùm ordinem: atque ita è ſolis, lunæ, ſtellarum erraticarum fixarúmque circuitibus, & anni in quatuor tempora diſtincti vicibus, conſenſúque rerum cœleſtium ac terreſtrium, mundum ipſum exiſtimabant eſſe Deum, profana opinione creaturam facientes creatori ſimilem. Huic innutritus dogmati, & per tempus longum Chaldaico imbutus delirio, tanquam poſt altum ſomnum aperto mentis oculo, poſtquam puram lucem pro denſis tenebris cœpit intueri, ſecutus ejus ſplendorem, animadvertit quod prius non viderat: præeſſe mundo quendam aurigam gubernatoremque, qui operis ſui ſaluti provi-

σα θείας ἐπιμέλειας φροντίδος, ποιήμασιν· ὅπως δὲ ἂν βεβαιώσῃ τὴν φανεῖσαν ὄψιν ἐν διανοίᾳ παγιώτερον, φησὶν αὐτῷ ὁ ἱερὸς λόγος, τὰ μεγάλα, ὦ θεός, ὑποτυπώσει βραχυτέρων πολλάκις γνωρίζεσθαι, πρὸς ἃ τις ἀπιδὼν ἤγεσθ' τὴν φαντασίαν ἀπείρων μεγέθεσι. ὥσπερ οὖν ἂν τὰς τε κατ' οὐρανὸν περιπολήσεις, καὶ τὴν χαλδαϊκὴν ἐπιστήμην, μεταναστῆναι πρὸς ὀλίγον ἀπὸ τῆς μεγίστης πόλεως ἐς τὴν κώμην πρὸς βραχυτέραν. διωκῆσαι γὰρ μᾶλλον καταλαβεῖν τὸν ἔφορον ἐς πανταχός. διὰ τοῦτο τὴν πρώτην ἀποικίαν ἀπὸ τῆς χαλδαίων γῆς εἰς τὴν χαρραίων λέγεσθαι ποιεῖσθαι. χαρραὶ δὲ ἑλληνιστὶ τρώγλαι λέγονται, καθ' ὑπόβολον, αἱ τῶν ἡμετέρων αἰσθήσεων χῶραι, δι' ὧν ὥσπερ ὀπῶν, ἑκάστη πέφυκε διακύπτειν πρὸς τὴν τῶν οἰκείων ἀντίληψιν.

deat, curator tutorque partium ejus etiam, quæ divina cura dignæ sunt. Ergo ut confirmaretur mentis ejus visio, sic admonetur divinitus. Heus tu, magna plerumque cognoscuntur signis exiguis, quæ intuitus aliquis, imaginationum infinitarum mole premitur. Proinde vale dicto Chaldæis, quorum professio est scrutari cœlestia, demigra è magna mundi civitate aliquantisper in minorem aliam, sic enim facilius videbis mundi præsidem, & hoc est cur prima migratio fit in agrum Carrensem, quia Charran specus dicuntur: per quos significantur regiones nostrorum sensuum, per quas tanquam cavernas unusquisque illorum solet prospicere ad subjecta sua percipienda.

Et

Et aliquibus interjectis p. 283.

Τεκμήριον δὲ τὸ ἀποικίας ἐναργέσαλον, ἣν ἀπ' ἀςρονομίας καὶ τῆς χαλδαϊζούσης δόξης ἡ διάνοια ἐςείλαλο· λέγελαι γὰρ ἅμα τῇ μελανασάσει εὐθὺς τοῦ σοφοῦ, ΩΦΘΗ δὲ ὁ Θεὸς τῷ Αβραὰμ, ᾧ δηλονότι πρότερον οὐκ ἦν ἐμφανὴς, ὅτε Χαλδαΐζων τῇ τῶν ἀςέρων πορείᾳ προσεῖχεν, ἔξω τοῦ κόσμου καὶ τῆς αἰσθητῆς οὐσίας, ἐυάρμοσον καὶ νοητὴν φύσιν οὐδεμίαν ἁπλῶς καταλαμβάνων. ἐπεὶ δὲ μεθωρμίσαλο καὶ μέλεχωρησε, καὶ τἀναγκαῖον ἔγνω τὸν κόσμον ὑπήκοον, ἀλλ' οὐκ αὐτοκράτορα, οὐ πρυτανεύουσα, ἀλλὰ πρυτανευόμενον ὑπ' αἰτίου τοῦ πεποιηκότος. ὅπερ ἡ διάνοια τότε πρῶτον ἀνέβλεψασα εἶδε. πολλὴ γὰρ αὐτῆς πρότερον ἀχλὺς ὑπὸ τῶν αἰσθητῶν καλεκέχυλο, ἣν ἐνθέρμοις καὶ διαπύροις δόγμασιν ἀνασκεδάσασα, μόλις ἔσχισεν, ὡς ἐν αἰθρίᾳ κα-

Habemus autem argumentum evidens hujus migrationis, qua mens aſtronomiam & Chaldaicam opinionem reliquit; memoratur enim quam primum profectus eſt ille ſapiens, Deum apparuiſſe Abrahamo: cui videlicet prius non fuerat conſpicuus, quando more Chaldæorum intentus erat ſiderum curſibus, extra mundum & ſenſibilem eſſentiam nullam prorſus naturam intelligibilem percipiens. At poſtquam ſolum vertit, neceſſario cognovit mundum eſſe ſubditum non dominum, nec regere, ſed regi ab autore ſuo: quod mens tunc primum apertis oculis didicit, nam prius ſenſibilia magnam ei caliginem offuderant, quam ubi diſcuſſit calidis & ignitis

θαρᾶ δ' παλαι κρυπτομένη καὶ ἀειδῆς φαντασίαν λαβεῖν· ὃς ἕνεκεν φιλανθρωπίας ἀφικνουμένην τὴν ψυχὴν ὡς αὐτὸν οὐκ ἀπεστράφη, προϋπαντήσας ἧ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ἔδειξε, καθ' ὅσον οἷόν τ' ἦν ἰδεῖν τὸν βλέποντα. διὸ λέγεται, οὐχ ὅτι ὁ σοφὸς εἶδε θεὸν, ἀλλ' ὅτι ὁ θεὸς ὤφθη τῷ σοφῷ. καὶ γὰρ ἦν ἀδύνατον καταλαβεῖν τινα δι' αὑτοῦ τὸ πρὸς ἀλήθειαν ὄν, μὴ αὐτοφάνταν ἐκείνου ἑαυτὸ καὶ αὐτοδείξαντος. μαρτυρεῖ ἧ τοῖς εἰρημένοις καὶ ἡ τοῦ ὀνόματος ὑπαλλαγὴ καὶ μετάθεσις. ἐκαλεῖτο γὰρ Αβρὰμ τὸ ἀρχαῖον ὄνομα, προσερρήθη δὲ ὕστερον Αβραάμ, φωνῆ μὲν ἑνὸς στοιχείου δ' ἁπλασιαθέντος, δυνάμει ἧ μεγάλου πράγματος καὶ δόγματος ἐνδειξαμένου τὴν μετάβολήν. Αβρὰμ μὲν γὰρ ἑρμηνευθέν ἐστι πατὴρ μετεώρου.*

dogmatibus, vix tandem potuit velut in ſerenitate pura eum qui prius latuerat cernere, ille verò pro ſua humanitate venientem ad ſe animam non averſatus, ſed obviam progreſſus, oſtendit ſuam naturam, quatenus videri poterat, quam ob rem non dicitur, vidit ſapiens Deum: ſed Deus apparuit ſapienti. Non enim erat poſsibile, ut aliquis per ſeipſum comprehenderet eum qui verè eſt, ni ille ſe ultro videndum præbuiſſet. Teſtatur hoc etiam mutatio nominis, prius enim Abram vocatus, mox cœpit appellari † Abraam, unius tantum duplicatione literæ, videlicet A, ſed quæ magnum quiddam ſignificabat. Abram enim interpretatur pater ſubli-

Αβρα-

† Gen. 17. 5.

* Ita Philo etiam lib. de nominum mutatione p. 816. ſeq. & ex eo

Ἀβραὰμ δὲ παλῃὸς ἐκλεκτὸς ἠχῆς. Τὸ μὲν πρότερον ἐμφαῖνον τὸν ** ἀστρολογικὸν καὶ μετεωρολογικὸν ἐπικαλούμενον, ἕτω τῶν χαλδαίων δογμάτων ἐπιμελόμενον, ὡς ἄν τις παmis : Abraam vero pater electus vocis. Prius indicat virum astrologicum & meteorologicum, Chaldæorum placitis tanta cura deditum, quantam solent

eo Eusebius XI. 6. præparat. & Clemens Alex V. Strom. p. 549. Ambrosius lib. 1. de Abrahamo cap. 4. Sed Hieronymo Abraham est *Pater videns populum*. Idem in quæst. Hebr. *Dicunt Hebræi quod ex nomine suo DEus quod apud illos tetragrammaton est*, he *literam Abrahæ & Saræ addiderit, dicebatur enim primum* Abram *quod interpretatur* Pater excelsus, *& postea vocatus est* Abraam, *quod transfertur* Pater multarum, *nam quod sequitur* gentium, *non habetur in nomine, sed subauditur Nec mirandum quare cum apud Græcos & nos a litera videatur addita, nos he literam Hebræam additam dixerimus. Idioma enim linguæ illius est per he quidem scribere sed per a legere, sicut e contrario a literam sæpe per he pronunciat.* Abraham dici ab אב *pater*, רב *magnus*, & המון *multitudo*, notarunt Angelus Caninius de locis Hebraicis N. T. p. 6. & Steph. Pfochenius de stylo N. T. p. 71.

** Idem Philo lib. de Gigantibus p. 227. ὁ γὰρ Ἀβραὰμ μέχρι μὲν Χαλδαίων ἦν ἐν τῇ χαλδαίων γῇ τῇ δόξῃ πρὶν ἂν μετονομασθῆναι, παλαίμνηστος Ἀβραὰμ, ΑΝΘΡΩΠΟΣ ΟΥΡΑΝΟΥ, ζητητὴς μεταρσίου καὶ τὴν αἰθέριον Φύσιν διερευνῶν, καὶ τάτε συμβαίνοντα καὶ τὰς αἰτίας καὶ εἴ τι ἄλλο ὁμοιότροπον, Φιλοσοφῶν, ἐφ' ᾧ χάριν καὶ προσρήσεως οἷς ἐπιτετήδευκε, τετύχηκεν οἰκείας. Ἀβραὰμ γὰρ ἑρμηνεύεται πατὴρ ἐξ μετεώρων, ὄνομα ἐκ τῶν μετεώρων καὶ ἐπουρανίων θεωρημάτων παντελῶς.

τὴν ἐγγόνων ἐπιμελησθῆναι· τὸ δὲ ὕστερον, τὸν σοφόν.

parentes impendere ſuis filiis, poſterius verò, ſapientem.

Idem libro de præmiis & pœnis p. 711.

Ὁ μὲν οὖν πρῶτος πρὸς ἀλήθειαν ἐκ τύφου μεταθέμενος, καὶ τὰ ἐν τοῖς μαθήμασι χαλδαϊκῆς ἱερατείας ὑποδὰς ἕνεκα τελειοτέρας ὄψεως, ἣν θεασάμενος θελχθεὶς ἡκολούθησε τῇ φαντασίᾳ, καθάπερ τὸν σίδηρον φασὶν ὑπὸ λίθου τῆς μαγνήτιδος ἕλκεσθαι, αὐτὶ σοφιστὴς γενόμενος ἐν διδασκαλίαις σοφός,

Is primus omnium poſtquam à vanitate tranſivit ad veritatem, valere juſſis diſciplinis Chaldaicis & præſtigiis, ut perfectiore contemplatione frueretur qua facile captus eſt, non aliter quàm ferrum magnete trahitur, ex ſophiſta ſapiens factus eſt.

Plura in hanc ſententiam Nyſſenus in vita Thaumaturgi T. 2. p. 971. & Suidas in Ἀβραάμ.

Flavius Joſephus lib. 1. Antiquitat. Jud. c. 8. & apud Euſebium IX. 16. præparat. Evang.

Μνημονεύει δὲ ἡμῶν τοῦ πατρὸς Ἀβραάμου Βηρωσσὸς, οὐκ ὀνομάζων, λέγων δὲ ὧδε. Μετὰ τὸν κατακλυσμὸν δεκάτῃ γενεᾷ, παρὰ Χαλδαίοις τις ἦν δίκαιος ἀνὴρ, καὶ μέγας,

Beroſus quidem Abrahami Parentis noſtri, ſuppreſſo licet nomine, his tamen verbis meminit: *Circa decimam poſt Diluvium ætatem, Vir quidam apud Chaldæos vi-*

καὶ

καὶ τὰ ἀξιόνια ἔμπειρος. Ἑκαταῖος ὁ καὶ τὸ μνημονεύειν πλεῖόν τι πεποιηκε. βιβλίον τε περὶ αὐτοῦ συνταξάμενος καταλέλιπε. Νικόλαος δὲ ὁ Δαμασκηνὸς ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν ἱστοριῶν λέγει ὅτως· Ἀβραάμης ἐβασίλευσε Δαμασκοῦ, ἔπηλυς σὺν στρατῷ ἀφιγμένος ἐκ τῆς ὑπὲρ Βαβυλῶνα Χαλδαίων λεγομένης. μετ' οὐ πολὺν χρόνον ἐξαναστὰς καὶ ἀπὸ ταύτης τῆς χώρας, σὺν τῷ στρατεύματι εἰς τὴν τότε μὲν Χαναναίαν λεγομένην, νῦν δὲ Ἰουδαίαν μεταῴκησε, καὶ οἱ ἀπ' ἐκείνου πληθύναντες, περὶ ὧν ἐν ἑτέρῳ λόγῳ διέξειμι τὰ ἱστορούμενα. ἔστι τε Ἀβραάμου ἔτι καὶ νῦν ἐν τῇ Δαμασκηνῇ τὸ ὄνομα δοξάζεται, καὶ κώμη ἀπ' αὐτοῦ δείκνυται, Ἀβραάμου οἴκησις λεγομένη. μικρὸν δὲ χρόνοις ὕστερον τὴν Χαναναίαν καταλαβόντος, Ἀβραάμης Αἰγυπτίους ἐνδαιμονεῖν πυθόμενος, θέλων πρὸς αὐτοὺς ἦν πρόθυμος,

xit, summa cum integritate morum, tum etiam dignitate rerumque cœleſtium cognitione præditus. Hecatæus vero, non ejus tantum obiter meminit, ſed etiam juſtum de ipſo volumen ſcriptum reliquit. Nicolaus autem Damaſcenus quarto Hiſtoriarum libro hunc in modum loquitur: *Abraames Damaſci regnavit, cum ex regione Chaldæorum ultra Babylonem ſita cum exercitu profectus, eo commigraſſet: Inde vero haud longo poſt tempore, mutatis denuo ſedibus, eam, quæ tum Chananæa, nunc autem Judæa nuncupatur, cum ſuis incoluit, nec non illius poſteri numero ac multitudine auctì, quorum de rebus alium mihi ſepono dicendi locum. Et vero, illuſtris etiamnum Abraamæ nominis tota paſſim Damaſcena regione memoria eſt, ac certus quidam vicus oſtenditur, quod Abraamæ domicilium nomi-*

μος τ τε ἀφθονίας τ ἐκείνων μεθέξων, καὶ τῶν ἱερέων ἀκριβεστὴς ἐσόμενος, ὧν λέγοιεν περὶ θεῶν, ἢ δὲ χρείαιτοσιν εὐρεθεῖσι καταχολυθήσεων, ἢ μεταχοσμήσεων αὐτὰς ἐπὶ τὸ βέλτιον, αὐτὸς ἀμείνω φρονῶν. εἶθ' ἑξῆς ἐπιλέγει, * Καὶ σωφρονῆν Αἰγυπτίων τοῖς λογιωτάτοις, τήν τε ἀρετὴν αὐτοῦ. καὶ τὴν ὑπ' αὐτῷ δόξαν ἐντεῦθεν ἐπιφανεστέραν σωφρόνων γενέσθαι. τῶν δὲ Αἰγυπτίων διαφόροις ἀρεσκομένων ἔθεσι, καὶ τὰ παρ' ἀλλήλοις ἐκφαυλιζόντων νόμιμα, καὶ διὰ ταῦτο δυσμενῶς ἐχόντων πρὸς ἀλλήλους, συμβαλὼν αὐτῶν ἑκάστοις, καὶ διαπτύων τοὺς λόγους, ὡς ἐποιοῦντο περὶ τῶν ἰδίων, κενοὺς καὶ μηδὲν ἀληθὲς ἔχοντας ἀπέφαινε. θαυμασθεὶς δὴ ὑπ' αὐτῶν ἐν ταῖς συνουσίαις ὡς σωφρονέστατος, καὶ δεινὸς οὐκ ἐν νοῆσαι μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσαι λέγων περὶ ὧν ἂν ἐπιχειρή-

nant. Verum, ubi gravis poſtea fames in Chananæam incubuiſſet, is quod annonæ copia Ægyptios abundare intelligeret, libenter omnino ſeſe ad eos contulit, partim ut ipſorum ubertate frueretur, partim ut Ægyptiorum Sacerdotum de Diis opinionem acciperet: hoc utique conſilio, ut ſi meliora traderent, ea ſectaretur; ſin autem verius ipſe ſentiret, eos contrà ſaniorem ad mentem ſententiamque traduceret. Ac deinceps ita ſubjungit. * Cum Ægyptiorum, inquit, eruditiſſimis familiariter uteretur, novum ipſe non ad virtutem modo ſuam, verum etiam ad nominis exiſtimationem decus ac ſplendorem adjunxit. Nam quod Ægyptii diſcrepantibus moribus delectati, ſuos ipſimet

ceni

* Joſephus lib. 1. Antiqu. Jud. cap. 9.

σεις διδάσκειν, τήν τε Ἀριθμητικὴν αὐτοῖς χαρίζεσθαι, καὶ τὰ περὶ Ἀστρολογίαν παραδιδόναι. πρὸ δὲ τῆς Ἀβραάμου παρουσίας, Αἰγύπτιοι ζήτων εἶχον ἀμαθῶς. ἐκ Χαλδαίων δὲ ταῦτ' ἐφοίτησεν εἰς Αἴγυπτον, ὅθεν ἦλθε καὶ εἰς τὰς Ἑλληνας.

aliorum alii ritus verbis elevarent, mutuoque propterea odio tenerentur, ille cum singulis ita seorsim agebat, ut quicquid suis quique de rebus ac placitis disputarent, id totum ipse respueret, & ab omni veritate vacuum esse demonstraret. Quo factum est, ut in quotidianis eum mutuisque congressibus, tanquam sapientissimum, nec singulari tantum intelligendi vi præditum, sed etiam ad persvadendum aliis, quicquid probandum suscepisset, potentissimum admirarentur. Itaque *Arithmeticam* eos atque *Astrologiam* * prolixe ac liberaliter docuit, quibus in Artibus, ante ipsius adventum, Ægyptii hospites omnino ac peregrini fuerant. Quippe a Chaldæis in Ægyptum, indeque ad Græcos utriusque præcepta permanarunt.

Alexander Polyhistor in libro de Judæis, apud Eusebium IX. 17. præparat. Evangel.

Εὐπόλεμος ὃ ἐν τῷ περὶ Ἰουδαίων τῆς Ἀσσυρίας φησὶ, πόλιν Βαβυλῶνα πρῶτον μὲν κτισθῆναι ὑπὸ τῶν Γιγαντοθενῶν ἐκ τοῦ κατακλυσμοῦ. εἶναι δὲ αὐτὸς γίγαντας. οἰκοδο-

Eupolemus, in ea, quam de Judæis Assyriis habet, disputatione, auctor est, primum quidem Babylonem urbem, ac postmodum Turrim illam Histori-

μεῖν

Z 4

* Confer Theophilum Galeum in Philosophia universali p. 13. seq. & in Atrio Gentilium lib. I. p. 22. If. Vossium de LXX. Interpretibus p. 365.

μεῶν ὃ τὸν ἱσορύμενον Πύργον. πεσονῶν ὃ ἐκ τοῦ ὑπὸ τ ☧ Θεοῦ ἐνεργείας, τοὺς Γίγαντας διασπαρῆναι καθ' ὅλην τὴν γῆν. δεκάτῃ ὃ γενεᾷ, φησὶν, ἐν πόλει τ Βαβυλωνίας Καμαρίνῃ, ἣν τινας λέγειν πόλιν Οὐρίην* * εἶναι ὃ μεθερμηνευομένην, Χαλδαίων πόλιν· ἐν τρισκαιδεκάτῃ γενεᾷ τ Ἀβραὰμ γενεᾷ, εὐγενείᾳ καὶ σοφίᾳ πάσας ὑπερβεβηκότα, ὃν δὴ καὶ τὴν Ἀστρολογίαν καὶ χαλδαϊκὴν εὑρεῖν, ἐπί τε τὴν εὐσέβειαν ὁρμήσαντα, εὐαρεστῆσαι τῷ Θεῷ, ἔτον ὃ διὰ τὰ προστάγματα τοῦ Θεοῦ, εἰς Φοινίκην ἐλθόντα κατοικῆσαι, καὶ τροπὰς Ἡλίου καὶ Σελήνης, καὶ τὰ ἄλλα πάντα διδάξαντα τοὺς Φοίνικας, εὐαρεστῆσαι τῷ Βασιλεῖ αὐτῶν, ὕστερον ὃ Ἀμμώνιος ἐπιστρατεῦσαι τοῖς Φοίνιξι· νικησάντων ὃ καὶ αἰχμαλωτισαμένων τὸν ἀδελφιδοῦν αὐτοῦ, τὸν Ἀβραὰμ μετὰ οἰκετῶν βοηθήσαντα, ἐγκρατῆ γενέσθ τῶν αἰχμαλωτισα-

corum omnium ore jactatam, ab iis, qui Diluvium effugiſſet (Gigantes illi erant) excitatam, eaque deinde ſumma Numinis poteſtate disjecta, toto pasſim orbe diſtractos ac diſſipatos Gigantes fuiſſe. Idem ætate decima, Camarinæ, quæ Babyloniæ civitas eſt, quamque Urien nonnulli vocant, Græci Chaldæopolin interpretantur, Abraamum natum eſſe tradit, qui cum nobilitate ac Sapientia omnibus anteiverit, tum vero *Aſtrologiam* pariter & *Chaldaicam* invenerit, & ſingulari ſtudio pietatis divinam ſibi gratiam conciliarit. Hunc porro divino juſſu, collocato rerum ſuarum in Phœnicia domicilio, Solis Lunæque converſiones ac reliqua id genus omnia Phœnices docuiſſe, quæ res ſumme gratioſum eum apud Regem eſſe-

μένων,

* Ut Chaldæorum, de qua ſupra p. 344.

μάων, καὶ τῶν πολεμίων αἰχμαλωτίσας τέκνα καὶ γυναῖκας. Πρέσβεων δ' ἀφικομένων πρὸς αὐτὸν, ὅπως χρήματα λαβὼν ἀπολύσῃ ταῦτα, μὴ προελέσθαι τοῖς δυστυχοῦσιν ἐπεμβαίνειν, ἀλλὰ τὰς τροφὰς λαβόντα τῶν νεανίσκων, ἀποδοῦναι τὰ αἰχμάλωτα, ξενισθῆναι τε αὐτὸν ὑπὸ πόλεως ἱερὸν, Ἀργαριζὶν,* ὃ εἶναι μεθερμηνευόμενον, ὄρος ὑψίστου. τοῦτον δὲ Μελχισεδὲκ Ἱερέως ὄντα θεοῦ, καὶ βασιλεύοντα λαβεῖν δῶρα. λιμοῦ δὲ γενομένου, τὸν Ἀβραὰμ ἀπαλλαγῆναι εἰς Αἴγυπτον παροικίας, κἀκεῖ κατοικεῖν, ἣν τε γυναῖκα αὐτοῦ τὸν βασιλέα τῶν Αἰγυπτίων γῆμαι, φάντα αὐτοῦ ἀδελφὴν εἶναι. Περιστότερον δ' ἰσόρησεν, ὅτι μὲν ἠδύνατο αὐτῇ συγγενέσθαι, καὶ ὅτι συνέζη φθείρας αὐτοῦ τὸν λαὸν, καὶ τὸν οἶκον. μάντεις δὲ αὐτοῦ καλέσαντα, ἔτον φάναι μὴ εἶναι χήραν τὴν γυναῖκα. τὸν δὲ βασιλέα

cerit. Poſtea vero, cum appetitos bello Phœnices Armenii ſuperaſſent, ipſumque Abraami nepotem captivum abducerent, Abraamum ſervorum manu ſtipatum auxilium ei tuliſſe. Victores ſuam in poteſtatem redegiſſe, eorumque liberos & uxores belli jure captos abegiſſe. Verum Legatis ad ipſum ab hoſte miſſis, qui captivos pecunia redimerent, victis eum inſultare ferocius noluiſſe, ſed militum ſuorum ſtipendio contentum, captivos liberaliter reddidiſſe. Addit inſuper eum in ſacro urbis Argarize, hoc eſt Altiſſimi Monte ſuſceptum hoſpitio, dona ſimul à Melchiſedeco Dei Sacerdote, qui ibidem regnabat, accepiſſe. Poſtmodum urgente fame Abraamum in Ægyptum cum univerſa familia ſecesſiſſe, ibique

* l. Ἀγαριζὶν.

τῶν Αιγυπτίων ἔτως ἀπογνῶναι, ὅτι γυνὴ ἦν ⸗ Αβραάμ, καὶ ἀποδῶναι αὐτὴν τῷ ἀνδρί. συζήσαντα ⸗ τὸν Αβραὰμ ἐν Ηλιουπόλει τοῖς Αιγυπτίων Ιερεῦσι, πολλὰ μεταδιδάξαι αὐτοὺς, καὶ τὴν Αστρολογίαν, καὶ τὰ λοιπὰ ⸗τον αὐτοῖς εἰσηγήσασθαι. Φάμενον Βαβυλωνίους ταῦτα καὶ αὐτὸν ἐυρηκέναι, τὴν ⸗ ἔυρεσιν αὐτῶν εἰς Ενωχ ἀναπέμπειν, καὶ ⸗τον ἐυρηκέναι πρῶτον τὴν Αστρολογίαν, ἐκ Αιγυπτίους. Βαβυλωνίους δὲ λέγειν πρῶτον γενέσθαι Βῆλον, ὃν εἶναι Κρόνον· ἐκ τούτου ⸗ γενέσθαι Βῆλον. καὶ Χαναὰν, ⸗τον ⸗ τὸν Χαναὰν γεννῆσαι τὸν παλαιὸν τῶν Φοινίκων. τοῦτο ⸗ Χῶμ υἱὸν γενέσθαι, ὃν ὑπὸ τῶν Ελλήνων λέγεσθαι Ἄσβολον, παλαιὸν ⸗ Αιθιόπων, ἀδελφὸν ⸗ ⸗ Μεσραὶμ, παλαιὸν Αιγυπτίων. Ελληνας ⸗ λέγειν τὸν Ατλαντα ἐυρηκέναι Αστρολογίαν· εἶναι ⸗ τὸν Ατλαντα τὸν

fixa ſede, cum ejus uxore, quam ſororem ille ſuam vocaret, Ægyptiorum Regem * matrimonium iniiſſe. Hic vero fuſius exequitur, quemadmodum nec illius congreſſu frui Rex potuerit, & Populum ejus univerſum Regiamque adeo familiam gravisſima peſtis invaſerit: tandemque Rex, conſultis Vatibus, ac minime viduam Mulierem eſſe reſpondentibus, ubi eam Abraami uxorem eſſe comperisſet, Viro ſuo reddiderit. Cæterum, cum apud Heliopolim Abraamus Ægyptiorum Sacerdotum conſvetudine plurimum uteretur, multa ipſos, nec non Aſtrologiam, quæque ad eam pertinent omnia, illo docente didiciſſe tradit, ſic tamen eorum inventionem Babyloniis atque Abrahamo ipſi at-

ὠυ-

* Φαραώθης Joſepho lib. 1. Antiqv. Jud. c. 9.

αὐτὸν ᾗ Ενὼχ. ὃν δὲ Ενὼχ, γενέσθαι τὸν Μαθουσάλαν, ὃν πάντα δι' Αγγέλων θεῖα γνῶναι, καὶ ἡμᾶς ἅπερ ἐπιγνῶναι.

tribuens, ut principem illorum Auctorem *Enochum* * fuiſſe ſtatuat, quippe qui primus omnium Aſtrologiam invenerit, non autem Ægyptii. Enimvero Babylonios dicere ſolitos, primum extitiſſe *Belum*, qui *Saturnus* vulgò nominetur, quique Belum alterum cum Chanaane ſuſceperit: hunc vero *Chanaanem* Phœnicum Parentem genuiſſe, cujus filius *Chumus* extiterit, quem Asbolum Græci nominant; Eum *Meſtraimi* fratrem, Æthiopumque ſimul & Ægyptiorum Parentem fuiſſe: tametſi Atlantem Græci Aſtrologiæ inventorem eſſe velint; ſed nimirum Atlantem eundem eſſe, quem Enochum, qui Mathuſalamum Filium habuerit; huncque ab Angelis Dei omnia didiciſſe, quæ tandem ad nos, cognitionemque noſtram permanarint.

Artapanus ab eodem Alexandro laudatus apud Euſebium IX. 18. præparat.

Αρτάπανος δὲ φησιν ἐν τοῖς Ιουδαϊκοῖς, Ἰουδαίους μὲν Ιουδαίους ὀνομάζεσθαι Ερμιὴθ, ὃ εἶναι μεθερμηνευθὲν κατὰ τὴν Ελλάδα φωνὴν, Ιουδαίους καλεῖσθαι· οὓς αὐτοὺς Εβραίους, ἀπὸ Εβραάμου. ἔτον δέ φησι

Jam vero Artapanus in rerum Judaicarum hiſtoria, Judæos ſcribit Hermiuth nominari, quæ vox, ſi Græce loqui velis, Judæos ſonet; eosdem vero Abraami ex nomine † Hebræos

πα-

* Vide ſupra p. 203.

† Abraham Gen. XIV. 13. vocatur Ἑβραῖος עברי quia ex Hebe-

πανοικίᾳ ἐλθεῖν εἰς Αἴγυπτον, πρὸς τὸν τῶν Αἰγυπτίων Βασιλέα Φαρεθώνην, καὶ τὴν Ἀστρολογίαν αὐτὸν διδάξαι· μείναντα δὲ ἔτη ἐκεῖ εἴκοσι, πάλιν εἰς τὰς κατὰ Συρίαν ἀπαλλαγῆναι τόπους· τῶν δὲ τότε συνελθόντων πολλοὺς ἐν Αἰγύπτῳ καταμεῖναι, διὰ τὴν εὐδαιμονίαν τῆς χώρας. Ἐν δὲ ἀδεσπότοις, εὑρομὲν τὸν Ἀβραὰμ ἀναφερόμενα εἰς τοὺς Γίγαντας, τούτους δὲ οἰκοῦντας ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ, διὰ τὴν ἀσέβειαν ὑπὸ τῶν Θεῶν ἀναιρεθῆναι, ὧν ἕνα Βῆλον ἐκφεύγοντα τὸν θάνατον, ἐν Βαβυλῶνι καθοικῆσαι, Πύργον τε καθασκευάσαντα, ἐν αὐτῷ διαιτᾶσθαι, ὃν δὴ ὑπὸ τοῦ καθασκευάσαντος Βήλου, Βῆλον ὀνομασθῆναι. τὸν δὲ Ἀβραμον τὴν ἀστρολογικὴν ἐπιστήμην παιδευθέντα, πρῶτον μὲν ἐλθεῖν εἰς Φοινίκην, κἀ

nuncupari. Abraamum autem in Ægyptum cum universa familia ad Parethonem Ægyptiorum Regem sese contulisse, quem cum Astrologiæ præceptis instituisset, ac viginti continentes annos ibidem egisset, in Syriam denuo remigrasse, plerisque suorum ob regionis ubertatem in Ægypto residentibus. Quamquam in libris quibusdam, quorum auctores incerti sunt, Abraamum invenimus ad Gigantes venisse. Hos porro cum Babyloniam incolerent, a Diis propter impietatem extinctos ac sublatos fuisse, uno tantum Belo superstite, qui exitio subductus Babylonem tenuerit, sedemque sibi in ea Turri, quam ipsemet excitaverat, quam-

τοὺς

Heberi stirpe genitus fuit. Hoc LXX. verterunt περάτην, Chrysost. ἐπειδὴ περαῖν ἔμελλε τὸν Εὐφράτην. Confer si placet thesaurum Suiceri & Jo. Oweni Theologumena p. 165.

τὰς Φοίνικας Ἀστρολογίαν διδάξαι, ὕστερον δὲ εἰς Αἴγυπτον ὡδηγηκέναι. que Belum Conditoris ex nomine appellarunt, delegerit. Abraamum autem *Aſtrologiam* apprime callentem, primum in Phœniciam, ubi Phœnices eadem ſcientia imbuerit, ac deinde in Ægyptum migraſſe.

Apollonius Molo apud eundem Euſebium IX. 19.

Ὁ δὲ τὴν συγκειμένην τὴν κατὰ Ἰουδαίων γράψας Μήλων, καὶ τὸν κατακλυσμὸν φησιν, ἀπὸ τῆς Ἀρμενίας ἀπελθεῖν τὸν περιλειφθέντα ἄνθρωπον μετὰ τῶν υἱῶν, ἐκ τῶν ἰδίων ἐξελαυνόμενον ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων· διανύσαντα δὲ τὴν μεταξὺ χώραν, ἐλθεῖν εἰς τὴν ὀρεινὴν τῆς Συρίας οὖσαν ἔρημον. μετὰ δὲ τρεῖς γενεὰς Ἀβραὰμ γενέσθαι, ὃν δὴ μεθερμηνεύεσθαι Πατρὸς Φίλου, ὃν δὴ σοφὸν γενόμενον τὴν ἐρημίαν μεταδιώκειν. λαβόντα δὲ

At Melo,* is qui adverſus Judæos ſcripſit, Virum quendam, qui cum filiis Diluvium effugerat, ab indigenis Armenia pulſum, ædibusque ac poſſeſſionibus ejectum ſuis, intermedia regione peragrata in deſertos Syriæ Montes ſecesſiſſe commemorat. Abraamum vero poſt tertiam ætatem natum eſſe, cujus nomen, *Patris amicum* ſignificet. Eundem, cum Sapientiæ laude præſta-

* Legendum *Molo*. Intelligitur enim Apollonius Alabandenſis Rhetor, cognomine *Molo*, ὁ Μόλων, ſive *Molonis*, quem Cicero audivit. Is adverſus Judæos quædam commentatus fuiſſe cognoſcitur è Joſepho, qui aliquoties memorat. Forte id fecit in opere quo res Ægyptiacas eſt perſecutus, nam inter rerum Ægyptiarum ſcriptores laudatur à Coſma Indopleuſte lib. XI. p. 341.

ἢ δύο γυναῖκας, τὴν μὲν ἐνδοπίαν, συγγενῆ τὴν ἢ Αἰγυπτίαν, θεράπαιναν. ἐκ μὲν τ Αἰγυπτίας γενῆσαι υἱὸς ιβ, ὃς δὴ εἰς Ἀραβίαν ἀπαλλαγέντας διελέαχ τὴν χώραν, καὶ πρώτους βασιλεῦσαι τῶν ἐγχωρίων. ὅθεν ἕως καθ' ἡμᾶς δώδεκα εἶναι βασιλεῖς Ἀράβων ὁμωνύμους ἐκείνοις. ἐκ δὲ τ γαμετῆς ἰδίαν αὐτῷ γενέαχ ἕνα, ὃν ἑλληνιστὶ γέλωτα ὀνομασθῆναι. καὶ τὸν μὲν Ἀβραὰμ γῆρα τελευτῆσαι γέλωτι· ἢ καὶ γυναικὸς ἐγχωρίου υἱὸς ἕνδεκα γενέαχ, καὶ δωδέκατον Ἰωσηφ, καὶ ἀπὸ τοῦδε τρίτον Μωυσῆν. Τοσαῦτα ὁ Πολυΐστωρ· οἷς μεθ' ἕτερα ἐπιφέρει λέγων. μεθ' ὃ πολὺν ἢ χρόνον τὸν Θεὸν τῷ Ἀβραὰμ προσλάξαι, Ἰσαὰκ

ret, ſolitudinẽ percucurriſſe ac luſtraſſe univerſam: tum duabus ductis uxoribus, altera quidem indigena & affini, Ægyptia vero altera, quæ ſervitutem ante ſerviebat; ex Ægyptia liberos duodecim genuiſſe, qui in Arabiam profecti eam inter ſe diviſerint, locique hominibus principes imperarint: ex quo factum ſit, ut Reges Arabum duodecim primis illis cognomines ad noſtra usque tempora numerentur. Ex legitima autem uxore filium unicum ſuſcepiſſe, cujus nomen apud Græcos γέλωτα, * hoc eſt riſum ſonet, quique Abraamo ſeniore jam defuncto, liberos ex con-

τὸν

* Iſaac apud Hebræos à riſu nomen accepit, ut notant Philo de præmiis & pœnis p. 708. Clemens Alex. I. pædagog. p. 90. Euſebius XI. 6. præparat. p 519. aliique plurimi; ita dictus non ut placet Joſepho quod Sara riſerit, ſed quod Abrahamo fuerit γέλωσ μεθ' ἡδονῆς, adeoque ipſo nomine debuit præferre gaudium riſumque. Confer Syncellum p. 102. Druſium lib. I. animadverſ c. 9. & Obſervat ſacr. XV. 24. Henr. Morum p. 328. Opp. Theol.

τὸν γὸν ἐλοκαρπῶσαι αὐτῷ. τὸν ϑ ἀναγαγόντα τὸν παῖδα ἐπὶ τὸ ὄρος, πυρὰν νῆσαι, καὶ ἐπιθεῖναι τὸν Ισαάκ. σφάζειν ϑ μέλλοντα, κωλυθῆναι ὑπὸ Αγγέλου, κριὸν αὐτῷ πρὸς τὴν καρπωσιν προσενεγκόντος. τὸν δὲ Αβραάμ, τὸν μὲν παῖδα καθελεῖν ἀπὸ τ πυρᾶς, τὸν ϑ κριὸν καρπῶσαι.

juge indigena duodecim procrearit, quorum poſtremo Joſepho nomen fuit, a quo Moyſes tertius numeretur. Hæc Polyhiſtor, qui nonnullis interjectis rurſus ita ſubdit: Paulo poſt juſſum a DEO Abraamum fuiſſe ait, ut Iſaacum filium ipſi in holocaſtum immolaret, eumque continuo, adoleſcente ſecum in montem educto, ſuccendiſſe pyram, eique ſimul Iſaacum impoſuiſſe. Verum ipſi, cum jamjam filium jugulaturus eſſet, ab Angelo facinus inhibente Arietem ad ſacrificium oblatum eſſe, quem ille ſubducto pyræ filio immolarit.

Orpheus ſive Onomacritus apud Clementem Alex. V. Strom. p. 607. & Euſebium XIII. 12. præparat. p. 665. & 685.

Οὐ γὰρ κέν τις ἴδοι θνητῶν μερόπων κραίνοντα
Εἰ μὴ μινυγενὴς τις ἀπορρὼξ Φύλλ ἄνωθεν
Χαλδαίων· ἴδοις γὰρ ἔην ἀέροιο πορείης
Καὶ σφαίρης κίνημ' ἀμφὶ χθόνα ὡς τετύκται
Κυκλοτερὴς, ἐν ἴσῳ τε καθὰ σφέτερον κνώδακα
Πνεύματι δ' ἠνιοχεῖ περὶ τ ἠέρα καὶ περὶ χεῦμα
Καμάτου, ἐκφαίνει δὲ πυρὸς σέλας ἠδ γενέτειρα.

Hoc

Hoc eſt ex interpretatione Franciſci Vigeri S. I.

*Unus * enim imperio mortalia fata regentem*
Noſſe aliquis potuit Chaldæo ſanguine cretus.

Nonat

* Hugo Grotius ad Matth. V. 31. *Abrahamum* אחד (unum) *vocari ſolere, Judæi magno conſenſu tradidere* (Vide ad Eſaiæ LI. 8. & Malach. II. 15.) *Videtur autem nomen illud* אחד *Abrahamo adhæſiſſe ex eo quod unus ex tanto hominum numero eſſet electus auctor ſancti & immenſi generis. Indicare hoc videtur ſcriptor ad Hebræos XI.* 12. διὸ καὶ ἀφ' ἑνὸς ἐγενήθησαν, ubi ἀφ' ἑνὸς eſt מחד: *quo trahi poteſt illud ejusdem ſcriptoris II.* 11. ὅτε γὰρ ἁγιάζων καὶ οἱ ἁγιαζόμενοι ἐξ ἑνὸς πάντες. *Nam mox ſequitur:* διὸ οὐκ ἐπαισχύνεται Ἀβραὰμ ἀδελφοὺς καλεῖν αὐτούς. *Sicut autem Abrahamus* אחד *ita filius ejus Iſaacus cognomento vocatus eſt* יחיד *id eſt* μονογενὴς *Geneſ. XXII.* 2. *Hebr. XI.* 17. *Sanchuniatho in Phœniciis:* (apud Euſeb. I. præparat. c. ult. p. 40.) Κρόνον τοίνυν ὃν οἱ Φοίνικες Ἰσραὴλ προσαγορεύουσι, βασιλεύων τῆς χώρας — ἐξ ἐπιχωρίας Νύμφης Ἀνωβρὲτ λεγομένης υἱὸν ἔχων ΜΟΝΟΓΕΝΗ̃, ὃν Ἰεοὺδ ἐκάλουν &c. *Quibus verbis homo Tyrius multis modis ſacram Hiſtoriam depravans, quod fere omnibus contigit non Judæis qui res Judaicas tradiderunt, Iſraelem pro Abrahamo, hoc eſt nepotem pro avo nominavit, eundem dicens eſſe Saturnum, nimirum quia poſteri ejus Saturni die feriabantur.* Ἀνωβρὲτ *autem, id eſt ni fallor* הנברת ἐκλεκτὴν *vocavit Sarain. Nam* Ἰεοὺδ *pro* Ἰεσοὺδ *dialectus magis eſt quam corruptio vocabuli. Sic & Orpheus* μονογενῆ *poſuit* ἀντὶ τοῦ ἑνὸς, יחיד *pro* אחד *id eſt Iſaacum pro Abrahamo. — Nam fidelis ſcientiæ famam Abrahamus habuit, non Iſaacus.* Conferendus Joſephus Scaliger ad fragmenta antiquaBeroſi & aliorum p. 48. & Huetius demonſtrat.

Norat enim qua magnus iter Sol flectat in orbem,
Æquatosque habilis circumque immania terræ
Pondera, ſed proprio gyros convertat in axe,
Et volucres effuſus equos per cærula Mundi
Verſet agens, auraſque obeat pelagique profundum,
Et vivos rutili ſuccendat luminis ignes.

Georgius Syncellus p. 98. Chronographiæ.

Ἀβραὰμ Χαλδαῖος τῷ γένει τὴν πρώτην ἡλικίαν παρὰ Χαλδαίοις ἐτράφη, καὶ τὰ παρ' αὐτοῖς ἀστρολογίας, καὶ λοιπῆς μετέσχε σοφίας. Θεοφιλὴς ὢν καὶ τοῖς κτίσμασι τὸν νοῦν ἑαυτοῦ μὴ καταδεξάμενος ἅπασαν ἐν ἀγαπήσειν, ἀλλ' ἐπὶ τὸν γενεσιουργὸν ἐκ τῶν κτισμάτων ἀναχθεὶς καλλονῆς, θείας ἐλλάμψεως ἠξιώθη, ἔτι Χαλδαίων ἐν τῇ πατρίδι, ὡς φασὶν ἐν ταῖς πράξεσιν * ὁ πρωτομάρτυς, καθὼς καὶ προσεσημάνατο. Ἄλλοι δὲ

Abraham Chaldæus genere, primam ætatem apud ſuos egit, & aſtrorum notitia, & reliqua Chaldæorum eruditione non leviter imbutus fuit. Summa vero in Deum religione præditus, animum circa vilem creaturarum congeriem non permiſit, verſari, verum earum ſpecie doctus in authorem mente tradu&ta, etiam patrio detentus adhuc ſolo, divinis irradiationibus plenum lu-

A a ται,

ſtrat. Evangelic. p. 218. ſeq. edit. Lipſienſis. Porro acute ſuſpicatur Grotius Ἰσραὴλ apud Euſebium male ſcribi pro Ἴλ (quod alioqui in MSS. Codicibus Græcis ſolet eſſe compendium ſcripturæ pro Ἰσραὴλ) nam Philo Byblius apud eundem Euſebium p. 36. Ἴλον ait Phœnicibus dici, qui Κρόνος eſt Græcis, אל ſcilicet, pro quo alii אל.

* Actor. VII. 2. ſeq.

ται. Ισέον ὅτι οἱ Χαλδαῖοι ἀπὸ τοῦ Σὴμ καλάγονται, ἐξ ὧν ὁ Αβραάμ. Τὸν καταὰ μητέρα πάππον τοῦ Αβραὰμ ἡλεπτὴ γένεσις φησιν ὅτι Αβραὰμ ἐκαλεῖτο, ἡ δὲ Σάρρα ἀδελφὴ ὁμοπατρία τοῦ Αβραὰμ ὑπῆρχεν. Πρῶτος Αβραὰμ δημιουργὸν μὲν τῶν ὅλων Θεὸν ἀνεκήρυξεν. Πρῶτος Αβραὰμ ἐκύκλω τὸ θυσιαστήριον κλάδοις φοινικῶν καὶ ἐλαιῶν. Επὶ Αβραὰμ πρῶτος ὠνόμασται ἄγγελος ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ. Παρ' αὐτοῦ Αἰγύπτιοι τὴν τῶν ἀστέρων θέσιν καὶ κινησιν ἔμαθον, καὶ τὴν ἀριθμητικὴν ἐπιστήμην. Τῷ ιδ'. ἔτει αὖθις ὁ Αβραὰμ ἐπιγνοὺς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν προσεκύνει τὰ δὲ εἰδώλα τοῦ πατρὸς σωτρίψας κατεκαυσεν σὺν τῷ οἴκῳ. συγκαλεσαμένη δὲ αὐτοῖς καὶ ὁ Αρραὰν ὁ ἀδελφὸς Αβραὰμ, σβέσαι

men mente accepit; ut prædicat Protomartyr Stephanus in Actibus, & nos quoque superius indicavimus. Observa Chaldæos, ex quibus Abraham ortus est, a Sem primam originem duxisse. Abraham maternum avum eodem Abraham nomine apud parvam Genesin nuncupari legimus, Saramque ex eodem cum Abraham patre progenitam. Abraham primus Deum rerum omnium conditorem publica voce professus est. Palmarum olivarumque ramis primus omnium altare circumcinxit. Ubi de illo narrat, de Angelis * quoque primum sermonem exaratum declaravit Scriptura. Ab Abraham siderum positiones & motus perfe-

τὸ

* Jobius Monachus apud Photium Cod. 222. p. 309. ἡ δὲ τῶν ἀγγέλων φύσις καὶ κλῆσις καθ' ἁρχὰς ἀγνοουμένη. ἐκεῖθεν εἰς γνῶσιν κατέστη, ἀφ' οὗ τὸ Θεοσεβὲς τοῦ Αβραὰμ ἐγνωρίσθη.

τὸ πῦρ σπουδάζων. εἰσυθέτει δὲ τὸν πατέρα αὐτῦ ἀποσῆναι τῆς εἰδωλολατρείας καὶ εἰδωλοποιίας, ὡς φησὶν ὁ Ἰώσηπος.

etamque *numerorum scientiam* acceperunt Ægyptii. Anno ætatis decimo quarto Deum Universorum opificem agnoscens Abraham supremum ei religionis cultum exhibuit, comminutaque patris simulachra cum æde propria incendit: Aran porro frater ejus incendium extinguere sollicitus, flammis eisdem absumptus est. Cæterum ut a condendis colendisque idolis patrem averteret Abraham, Josepho teste, studium omne semper apposuit.

Pseudo Clemens lib. 1. recognitionum cap. 32. seq.

Vicesima primâ generatione, exstitit vir quidam sapiens, ex genere eorum qui fuerunt expulsi, ex semine primogeniti filiorum Noë, nomine Abraham, à quo nostrum Hebræorum ducitur genus. Hic cum universus iterum mundus diversis erroribus esset oppressus, & pro immanitate scelerum maturum ei pararetur excidium, non jam per aquam, sed per ignem; cumque jam plaga, initio à Sodomis sumpto, immineret & universo orbi terrarum; pro amicitiis, quibus erat ei familiaritas cum Deo, cui bene placuerat, universum mundum ne pariter periret, eripuit. Ab initio tamen, cæteris omnibus errantibus, ipse, cùm arte esset Astrologus, ex ratione & ordine stellarum agnoscere potuit Conditorem, ejusque providentiâ intellexit cuncta moderari. Unde & Angelus, adsistens ei per visionem, pleniùs eum de his quæ sentire cœpit, edocuit. Sed & quid generi ejus ac posteritati deberetur, ostendit; & non tam eis danda hæc loca, quàm reddenda promisit.

Igitur Abraham, cùm rerum cauſſas deſideraret agnoſcere, idque ſecum intentâ mente pervolveret, apparuit ei verus Propheta, qui ſolus omnium corda & propoſitum novit; & omnia ei quæ deſiderabat aperuit; Divinitatis ſcientiam docuit; mundi originem, finemque pariter indicavit; animæ immortalitatem, ac vivendi inſtituta, quibus Deo placeretur, oſtendit; reſurrecturos quoque mortuos, ac judicium futurum, bonorum remunerationem, malorum pœnas, juſto cuncta moderanda judicio, declaravit; omnibusque ritè ac ſufficienter edoctis, ad ſedes rurſus inviſibiles ſecesſit. Verùm, cùm adhuc Abraham in ignorantia verſaretur, ſicut tibi & antea jam diximus, nati ſunt ei filii duo, quorum unus Iſmaël, alius Helieſdros appellati ſunt. Ex alio barbaræ gentes, ex alio Perſarum populi deſcendunt. E quibus nonnulli Brachmanorum vitam, & vicina inſtituta ſectati ſunt. Alii apud Arabiam conſederunt: Ex quorum poſteris nonnulli etiam in Ægyptum diſperſi ſunt. Inde denique & Indorum quidam & Ægyptiorum * circumcidi didicere, ac purioris obſervantiæ eſſe quàm cæteri, licèt proceſſu temporis quamplurimi eorum, ad impietatem verterent argumentum & indicium caſtitatis.

Euſta-

* Vide Anaſtaſium Sinaitam quæſt. 28. ubi ab Iſmaëlis poſteris didiciſſe circumciſionem Ægyptios tradit. Quod ſane verius eſt quam ab Ægyptiis illam accepiſſe Abrahamum, Iſaacum, Jacobum, ut affirmat Julianus apud Cyrillum Alex. lib. X. contra Jul. p. 354. Confer quæ contra Spenceri & Marshami ſententiam, qui ab Ægyptiis Judæorum circumciſionem non dubitant repetere, diſputant Ramireſius t. 4. pentecontarchi, & Cotelerius ad Epiſt. Barnabæ c. 9. nonnullos jam memorem.

Euſtatius Antiochenus in Hexaëmeron p. 58.

Cum Abrahamum ἄριστον Ἀστρόνομον fuiſſe, & ex Aſtrorum motu & mutationibus non ipſa ſed eorum Conditorem DEum colendum docuiſſe, notaſſet:

πρὸς γὰρ τὴν δόξαν αὐτῷ ταύτην οἱ Χαλδαῖοι, καὶ οἱ τὴν Μεσοποταμίαν οἰκοῦντες διεφέροντο, ἢ καὶ ἀντεῖχον αὐτῷ. καὶ ἀναστὰς ἐκεῖθεν κατὰ πρόσταγμα Θεοῦ τὴν γῆν τῶν Χαναναίων κατῴκησε. λιμοῦ δὲ καταλαβόντος δεινοῦ, εἰς Αἴγυπτον παρεγένετο, καὶ τοὺς Αἰγυπτίους ἀλλήλοις ἀντιδοξοῦντας, καὶ τὰ νόμιμα ἑαυτῶν ἀλλοπλοῦντας, καὶ ἀνατρέποντας, ἀπέδειξεν ἅπαντας αὐτοὺς μηδὲν ἀξιόλογον μηδὲ φρονοῦντας, μηδὲ θεωρίζοντας. καὶ θαυμασθεὶς ἐπὶ σύνεσει, καὶ σοφίᾳ πολλῇ τὴν ἀριθμητικὴν αὐτοῖς, καὶ τὴν ἀστρονομίαν παραδέδωκε. πρὸ γὰρ τῆς παρουσίας αὐτοῦ ἄπειροι ἦσαν οἱ Αἰγύπτιοι. μαθόντες δὲ ὕστερον τοῖς Ἕλλησι μετεδεδώκασιν. ὑποστρέψαντι δὲ εἰς τὴν Αἰγύπτου τῷ Ἀβραὰμ ὡς ἰσο-

Contra hanc ſententiam Chaldæi, & Meſopotamiæ incolæ plura diſputabant, & ab eo diſcrepabant, qui mandato Dei inde egreſſus, *Gen.* 12, 1. terram Chananæorum habitavit, deinde cum fames ingens eam regionem vexaret, Ægyptum advenit, *Gen.* 12, 10. atque Ægyptios qui varia ſentientes, legésque proprias peſſundantes, evertebant, inſtruxit, nihil eos vel momenti, vel ponderis cogitare, neque decernere; quare propter prudentiam, ſapientiamque, ſumma cum admiratione laudatus, Arithmeticæ illis, Aſtrorumque artem tradit; ante enim illius acceſſum, harum ſcientiarum Ægyptii rudes erant, quibus imbuti, eas

μαὴλ ἐγένετο ἐκ τῆ παιδίσκης Ἄγαρ, ἐξ ἧς τὸ ἔθνος Ἀγαρηνῶν τε, καὶ Σαρακηνῶν σωυέστη. Τὸ δὲ τῶν Ἰσμαηλιτῶν ἐκ τοῦ Ἰσμαὴλ.

postea cum Græcis communicarunt; reversoque Abraam ex Ægypto, *Genes.* 16. 4. filius Ismaël nascitur ex ancilla Agar, quæ Agarenis, Saracenisque, quemadmodum Ismaëlitis Ismaël origo fuit.

Cæsarius quæst. XLVI.

Καὶ πῶς ἡ γραφὴ * ἀστρολόγον τὸν Ἀβραὰμ λέγει: πῶς δὲ καὶ ἑτέρους πλείστους εὑρίσκομεν ἀπὸ ἄστρων πολλὰ ἰῶν καθ' ἡμᾶς λέγοντας ὅτι φονικὸν ἀποβήσεται τὸ παιδίον αὐξηθὲν, ἢ μοιχόν. Τὸ δὲ ἕτερον νηφάλεον καὶ σωφρονέστερον καὶ εὐτυχὲς ἀφ' ἑαυτοῦ;

QUomodo verò scriptura astrologum dicit Abrahamum, aut quomodo & alios invenimus plurimos, qui ex astris multa apud nos quæ fiunt prædicunt, veluti quòd hic infans adultus, in homicidam evasurus sit, aut adulterum: ille verò in sobrium & modestiorem & fortunatum, beneficio sideris?

Ἀπόκρισις.

Ἡμῖν ἱστορία τὸν πατριάρχην Ἀβραὰμ ἀστρονόμον φάσκουσα, δέ-

Responsio.

PAtriarcham quidem Abrahamum historia astronomum vo-

δεπω

* Nusquam SS. literæ Abrahamum Astrologum vocant, licet à DEO justus esset cælum suspicere & numerare stellas, Gen. XV. 5. de quo loco præter interpretes vide Episcopium Institut. Theol. p. 30, & Jo. Markii Exercitationem Biblicam V.

δέπω αὐτὸν θεοποιεῖν ἢ σέβειν τὰς ἀστέρας παρίστησιν· ἀλλὰ πρὸς γεωργίας καὶ ἐπομβρίας αὐχμούς τε καὶ χειμῶνας προσέχειν αὐτοῖς ὁ Παλιαίρχης πιστεύσας· καὶ ταῦτα παλαιὸς ὑπάρχων ἕλλην, ἔν θάρρα, καὶ χαλδαίοις συναλάγων, πολυθεΐαν πυρέττουσι. ὃ γὰρ κατὰ ἀστρονομίαν ἀλλὰ θεοσέβειαν πρῶτον ἑαυτῷ, εἶθ' ὕστερον ἰσαὰκ τῷ παιδὶ τὸ σιδήριον τῆς περιτομῆς τιθημένον ἐπήγαγεν· οὐδὲ κατὰ ἀστρονομίαν ἀλλὰ θεηγορίαν ἐκ τῆς ἀγόνου καὶ παρήλικος συμβίου τὴν ἐκείνου γέννησιν ἐπισώσατο, περὶ ἧς ἐκ νέας καὶ ἥδη σφριγώσης τῆς ἡλικίας, μέχρις αὐτῆς πολιᾶς καὶ βαθυτάτης γήρως, ἀλλήλοις συγκαθεύδουσες, οὐδέπω ἀστρονομίας ἐπείθοντο, οὐδ' αὖ πάλιν τὸν ἀστροτέκτονα τὸν παῖδα, πειραστικῶς αὐτὸν θύειν προστάξοντα, οὐδ' ἄστροις ἐπόμενον, ἀλλὰ θεῷ πειθόμενον, τὴν Χαλδαίαν

cans, nusquam ponit ipsum pro Diis habuisse vel coluisse stellas. Verum ad agriculturam & imbres, & siccitates tempestatesque ipsa observasse patriarcha creditur, ut qui patre genitus esset Gentili Thare & cum Chaldæis versatus, qui multitudinem Deorum credebant. non enim juxta leges siderum, sed juxta pietatem in Deum primum sibimetipsi, & deinceps Isaaco filio circumcisionis acutum cultrum adhibuit. Neque secundum astronomiam, sed divinam promissionem ex sterili & decrepita consorte sobolem se procreaturum credidit, cum qua ab adolescentia & florenti ætate usque ad ipsam canitiem & extremam senectutem versatus erat. Nunquam certe astronomiæ paruit, ne tunc quidem, quum astrorum opifex

τῇ Μεσοποταμίᾳ Συρίας ἀμείβεται.

per tentationem filium immolare præcepiſſet. Neque aſtra ſequens, ſed Deo obediens, Chaldæam cum Meſopotamia Syriæ permutat.

Liber Coſri p. 316. edit. Buxtorfii.

Rabini noſtri ſuper id quod ſcriptum eſt: *Et eduxit eum foras* Gen. XV. ἀλληγορίζουσις dixerunt Deum dixiſſe Abrahamo: egredere de Aſtrologia tua, omni ſcientia naturali dubia (i.e. deſere & abjice eam.) *Hæ ſimilia Bar Schefchet in Reſponſionibus ſuis, notante Buxtorfio.*

Coſmas Indopleuſtes lib. V. Topographiæ Chriſtianæ p. 219.

Ἀπὸ μὲν τῶν Χαλδαίων, Ἀστρονόμων ὄντων καὶ Ἀστρολόγων, πιστότατον αὐτὸν εὑρηκὼς μεταφέρει πρὸς τὰς γόητας τὰς λεγομένας Καρηνάς, κἀκεῖ πιστὸς ἀναφανεὶς κελεύεται τῶν εἰδωλολατρῶν τὴν γῆν οἰκεῖν. κἀκεῖ ἀνώτερος εὑρεθεὶς καὶ πρὸς ὑδεμίαν τῶν ἡμῶν ἐκκλίνας τὴν ὁδὸν, ἀλλὰ πρὸς τὸ σέβας καὶ τὰς κελεύσεις,

Abrahamum ex Chaldæis, aſtronomis & aſtrologis illis, fidelisſimum deprehenſum, transfert ad præſtigiatores Carenos, * ibique fidelis repertus, jubetur Chananæorum idololatrarum terram incolere. Cum ibi quoque commorans animo iis ſuperior deprehderetur, neque ad ullam me-

* In Charan ſive Carrhis, quo Abraham ex Chaldæa conceſſit.

σεις δ' Θεῷ μᾶλλον ὑποκύψας, τῶν μεγάλων ἐπαγγελιῶν καὶ δωρεῶν ἠξιώθη ἀνωθεν γενέσθ.

moratarum trium viarum declinaret, ſed cultui & mandatis DEI ſeſe pronum ſubjiceret, magnis DEI promisſis & donis dignus habitus eſt.

Andreas Chriſtianus Eſchenbachius libro de Poëſi Orphica p. 156.

Arabes narrant; verum fictumve ſit: Abrahamum, quamprimum in lucem editus fuiſſet; quo tutus a Chaldæorum inſidiis ſervaretur; qui ei Necem intentabant, quod Diis ſuis. Hunc Hominem fatalem fore, Aſtrologorum Vaticinia cecíniſſent; à Patre, Speluncæ cuidam commiſſum & incluſum fuiſſe: inibique detentum, donec Virilis Ætas, & Periculi Oblivio, eum a Chaldæorum Minis vindicaſſent. Inde egreſſum aliquando Noctu, primum Oculorum ictum, ſudo & ſereno cœlo, ad Aſtra direxiſſe: cumque diu attonitus, & quaſi extra ſe raptus in Obtutu illo Cœleſti defixus hæſiſſet; &, dum ſingulas luſtrat & miratur, tandem in Veneris Stellam, Lucidam illam & Scintillantem, incidiſſet; ibi vero ſubita quadam, & Venerationis plena Religione, Mentem ejus ita perculſam fuiſſe; ut Humi proſtratus, ſpecioſum iſtud Sidus adoraverit: alta ſimul & ſonora Voce inclamans: Hic eſt Deus meus, & Creator meus. Non multo poſt autem, cum Luna inte-

rim ſurrexiſſet, pura & ſerena; nec tantum illam Alteram, ſed totum reliquum Stellarum Agmen, ſuo Splendore viciſſet, & non parum earum ſpecie detraxiſſet; toto Vultu, verſus Hanc delatum priorem Sententiam mutaſſe: & hanc Solam, hanc Unicam, Deum ſuum & Creatorem ſuum ſalutaſſe. Dum vero hoc agit, dum ſtupet, dum trepidat, dum veneratur; Ecce, jam purum & plenum Solis Jubar, Cacumen Montis ſuperaverat. Refugiſſe ad primum adſpectum Abrahamum, & utraque manu Vultui objecta, quantum pedibus valebat, Speluncam ſuam repetiiſſe. Mox, viſo novo, Telluris, Radiis Solaribus colluſtratæ, ſpecioſo habitu; deprehenſa Stellarum omnium, & inter has, Ipſius etiam Lunæ Fuga; quin, Ipſum Se quoque, blandiſſimo, tepentis auræ, inſveto ſibi antea, Calore, Animatum: Totum erga hujus Sideris Majeſtatem converſum; demiſſis Oculis, Veniam primo præcipitis ſui temerarii Judicii rogaſſe; Inde, Formidine ſimul & Amore erga hoc auguſtiſſimum Sidus plenum, Alta, qua poterat, Voce proclamaſſe: Tu, Tu: quicunque demum es, es vere Deus meus, es Creator meus, quo Splendidius, quo Altius, quo pulchrius nihil, ne excogitari quidem, poteſt. Et jam Vota Cultumque meditatum fuiſſe: Cum ſubito ei adſtiterit Angelus, qui ei, retracto inde, Verum Deum, Verumque DEI Cultum deinceps commonſtraverit.

CX.

CX. Anni ſolaris ratio & nomina XII. menſium ab Abraamo tradita.

Georgius Syncellus p. 312. Chronographiæ.

Ἕλληνες ὑπὸ τοὺς ἀπὸ Χαλδαίων εἰς Αἰγυπτίους ἀφ' ἑνὸς Πατριάρχου Ἀβραὰμ, ὡς ὁ λόγος, τὴν αὐτὴν ἐλθοῦσαν γνῶσιν τοὺς ἀπὸ Χαλδαίων μεταβάντες καὶ Αἰγυπτίους τξέ ἡμερῶν τὸν ἑαυτὸν ἐλογίσαντο.

Græci deſcendente à Chaldæis ad Ægyptios per Patriarcham Abrahamum, ut fama fert, iſta cognitione auctі, annum ſimiliter ut Ægyptii diebus trecentis ſexaginta quinque computarunt.

Confer quæ idem Syncellus p. 98.

Honorius Auguſtodunenſis lib. 2. de temporibus c. 5. p. 78.

Hebræi auctore Moyſe * ſic menſes nominant, incipientes ab Aprili in quo paſcha celebrant, *Niſan*, *Jiar*, *Sivan*, *Thamuz*, *Ab*, *Elul*, *Tisri*, *Marchesvan*, *Chisleu*, *Thebet*, *Shebat*, *Adar*. Ægyptii vero auctore Abraham menſes à Septembri computant, ſicque eos vocant: *Thoth*, *Paophi*, *Athyr*, *Choiac*, *Tybi*, *Mechir*, *Phamenoth*, *Pharmuthi*, *Pachon*, *Payni*, *Epiphi*, *Meſori*. Græci autem Phoroneo auctore, à Decembri menſes inchoant, *Apellæus*, *Audynæus*, *Peritius*, *Dyſtrus*, *Xanthicus*, *Artemiſius*, *Deſius*, *Panemus*, *Lous*, *Gorpiæus*, *Hyperberetæus*, *Dius*. Romulus Romanis

* In libro Jezirah quem Abrahamo Judæi tribuunt, menſium Hebræorum nomina occurrunt p. 205. edit. Rittangelii, quæ ex illo repetit liber Coſri p. 307. edit. Buxtorfianæ.

manis decem menſes ordinavit, quorum primum Martium à Marte qui in hoc menſe in Phrygia natus eſt nominavit &c.

CXI. Scriptum Abrahami de Aſtrologia Apoteleſmatica.

OPus Aſtrologicum ſub Abrahami Patriarchæ nomine videtur lectum eſſe à Vettio Valente Antiocheno MS. & Julio Firmico, qui ambo inter Aſtrologos ſcriptores Petoſirim, Necepſonem, Critodemum aliosque, etiam Abrahami mentionem faciunt, eumque allegant. Laudatur etiam ſed junior ni fallor Abrahamus Judæus Aſtrologus ab Albohazen Itali, Abenragelis F. p. 400. De Vettii teſtimonio vide Dodwelli diſſ. de tabulis cœli §. 5. in Spicilegio Grabiano T. 1. p. 331.

CXII. Scriptum de ſomniorum interpretatione.

Suidas in Ἀβραάμ.

Ἐκ τούτου καὶ τὰ ὀνείρων βιβλία ἐσφετερίσαντο Ἕλληνες. καὶ μάρτυς Ἰωσὴφ ὁ παυθαύμας Θ. ὁ τούτου ἀπόγονος Θ., ὁ τοῦ Φαραὼ τὰ ἐνύπνια ὡς ἔμελλον ἀποβήσεσθαι διηγούμενος Θ. Τοῦτό μοι καὶ Φίλων ἐξ Ἑβραίων

Ab hoc etiam ſomniorum libros Græci ſibi vindicarunt. Et teſtis pronepos ejus, admirandus ille Joſephus, qui Pharaonis ſomnia ſic ut erant eventura, expoſuit. Quod & Phi-

Φιλό-

Φιλόσοφος ἐν τῷ Ἐπολιτικῷ βίῳ συνεπιμαρτυρῆσαι, Φίλων πλατωνίζει καὶ Πλάτων φιλωνίζει.

lo *confirmat, Philoſophus Hebræus in Joſephi vita ſive libro de vita civili, Philo ille de quo fertur proverbium aut Philo Platonizat, aut Plato Philonizat.

CXIII. Liber Jetzirah tributus Abrahamo.

Richardus Simon Catalogo ſcripterum Judaicorum, quem libro tertio Hiſtoriæ Criticæ V. T. ſubjunxit:

Plerique Judæi, Patriarchæ Abrahamo librum Sepher Jetzira, id eſt *Creationis*, ſæpius excuſum tribuunt. Editione Mantuana in 4. uſus fui, cui adjuncti ſunt Commentarii † Rabbinorum Abraham ben Dior, Moſis Botrel, Moſis Bar-Nahman, Sadiæ Gaon, Rabbi Eliezer. Etſi libellus ſit tam paucis conſtans foliis, paucos tamen videre eſt libros, quorum Codices Manuſcripti adeo varient ac Codices iſtius libelli.

Jo.

* De Joſepho hoc confirmat Philo, non de Abrahamo, ut ex Suida male intellecto Cornelius Agrippa c. 39. de vanitate ſcient. *Circumferuntur libri ſub Abrahami nomine, quem Philo in libris de Gigantibus & de ciſdli vita aſſerit ſomniorum ſolutiones primum adinveniſſe.*

† Præter hos commentarios & MStas (quarum Strimerus in labiis dormientium meminit) *Joſephi ben Uſiel*, Jeremiæ ut ajunt diſcipuli additiones, exſtant etiam commentarii *R. Aaron Magni, R. Judæ Levi*, & clavis in librum Jetzirah edita à Judæo Pragenſi *R. Schepſel Hornitz* ſub titulo חוט השני *Abundantia roris*. Hanov. 1612.

Jo. Stephanus Rittangelius ad librum Jetzirah. p. 36.

Abrahami liber, Jetzirah inſcriptus, cæteris omnibus Rabbinorum ſcriptis arte, difficultate, & ætate mihi videtur præferendus.

Petrus Lambecius lib. 1. prodromi Hiſt. literariæ p. 52.

LIber Cabbaliſticus ספר יצירה ſive *Sepher Jezirah* h. e. *Liber creationis ſive formationis rerum* etiamnunc extat, & Patriarchæ Abrahamo perperam attribuitur. Continet autem majore ex parte Pythagoricam philoſophandi rationem ex literis & numeris, & præfixas habet *triginta duas Semitas Sapientiæ*, quibus ſubjungitur capitis primi ſectio prima interprete Joan. Stephano Rittangelio his verbis: *Cum triginta & duabus ſemitis mirabilibus Sapientiæ exſculpſit* יהוה יה *Exercituum Deus Iſrael, Dii viventes & Rex ſeculi, Deus miſericors & gratioſus, ſublimis & exaltatus, habitator æternitatis, excelſus & ſanctus, Nomen ſuum cum tribus numerationibus, Numero, Numerante & Numerato.* Cæterum, fingitur hic liber ab Abrahamo compoſitus ante vocationem divinam & transmigrationem in terram Chanaan, ut apparet ex cap. 5. ſect. 4. ſive ultima, p. 208. quæ eodem Rittangelio interprete ſic concepta eſt: *Et poſtquam Abraham pater noſter reſpexit & ſpeculatus eſt, & quod ſpeculatus eſt, exaravit, & exſculpſit & adeptus eſt, apparuit ei Dominus univerſi, & vocavit*

vit eum dilectum ſuum, (Eſ. XLI.) & inciſum eſt ei & ſemini ejus fœdus, & credidit in Tetragrammaton & reputatum eſt illi ad juſtitiam. Incidit cum eo fœdus in decem digitos pedum ſuorum, quod eſt circumciſio, & inter decem digitos manuum ſuarum, & eſt lingua; & alligavit viginti duas literas linguæ ejus, & revelavit ei myſterium earum. Attraxit eas in aqua, accendit eas in igne, ſuccendit eas in ſeptem, effudit eas in duodecim ſignu cœleſtibus.* Sic deſinit liber *Jezirah.* ** Cujus quidem auctor, ut modo dixi, falſo creditur *Abrahamus* Patriarcha, in eaque ſententia doctiſſimus Dionyſius Voſſius exiſtimat etiam *Maimonidem* fuiſſe, dum lib. de Idololatria §. 9. poſtquam & Abrahami, & domeſticorum ipſius ab Idololatria ad unius veri DEI cultum converſionem narravit, ſubjungit: ושתל בלבבם העיקר הגדול הזה וחבר בו ספרים וחורישו ליצחק בנו h. e. *Infixitque* (Abrahamus) *animis eorum* (ſc. virorum domus ſuæ) *magnum hoc fundamentum* (ſc. unius veri DEI cultum) *compoſuitque libros de eo, & filio ſuo Iſaac indicium ejus fecit.* Ad quem locum jam memoratus Dionyſ. Voſſius hæc annotat: *Compoſuitque Abrahamus libros, nimirum* ספר היצירה, *librum creationis: qui hodieque, ſi inſcriptioni credere fas eſt, extat. Mirum non inter Canonicos S. Scripturæ libros cum theſaurum à Cabbaliſtis reponi: quippe per quem ſeſe miracula quoque facere poſſe aſſerant,* vide

* Planetis.

** Hanc concluſionem libri Jetzirah laudat etiam liber Coſri p. 317. edit. Buxtorfii. *Fragmenta* tantum *quædam* libri Jetzira hodie teri, ſcribit Salomon Zevi in theriaca Judaica p. 23.

vide Gemaram Sanhedrin cap. 7. Alii auctorem ejus esse R. Aquibam volunt. Hæc Vossius. Qui ut merito eos ridet, qui librum *Jezirah* Abrahamo attribuunt, sic recte monet, eundem librum ab aliis adscribi *Rabbi Aquibæ* seu *Akivæ*, †† qui circa annum Æ. C. sec. Calvis. 135. floruit, & in bello Adriani Imp. contra Judæos à Romanis fidiculis excarnificatus obiit. Idem enim testatur Sixtus Senens. Biblioth. sanct. lib. 2. his verbis: *Fertur apud Hebræos liber sub nomine Abrahæ Patriarchæ, cujus est inscriptio* יצירה *Jetzira, id est, de creatione, quem non parum literati assignant Rabbi Akibæ.* Affirmat hoc quoque Vir Clarissimus Joan. Buxtorfius in Bibliotheca Rabbinica his verbis: יצירה *Jetzirah, liber creationis. Liber Cabalisticus celebris, qui tribuitur Abrahamo Patriarchæ, ut titulus præ se fert, & Author libri Juchasin testatur, ut & alibi in Abbreviaturis diximus. Quidam attribuunt eum R. Akivæ, unde in præfatione secunda Zohar Mantuani scribitur** מי התיר לר עקיבא לכתוב ספר יצירא וקראהו משנה שהיתה שומה בפיהם בקבלה מאברהם אבינו וכו *In libro Cosri Orat. 4. Num. 25. scribitur de hoc libro:* † ספר יצורה והוא

†† Librum Jetzirah R. Akibæ, Gamalielis discipulo, tributum licet itidem Cabbalisticum, longe diversum esse ab eo quem Rittangelius edidit, notatum Wagenseilio in Sota p. 985. Multi tamen confundunt, ut Jo. Crojus in specimine conjecturarum per librum Akibæ de Creatione illum ipsum intelligens, quem Abrahamo Judæi tribuunt. Sed & in hujus Codicibus MSS. magna est diversitas, ut propter illam forte pro diverso illum libro habere potuerit Wagenseilius.

* *Quis jussit R. Akibam scribere librum Jetzirah?*

† Edit. Buxtorfii p. 301. *Ex his est liber Jetzira Abrahami Patris nostri, qui est profundus & longam requirit explicationem*

והוא לאברהם אבינו עמוק ופירשו ארוך
על אלהותו ואחדותו בדברים מתחלפי מתרבום
מתרבום מצר אבל הם מתאחדים וכו. *Vide illic plura & Commentario. Mentio ejus in Talmud Sanhedrin** cap. 7. fol. 65. 2.* Hæc Buxtorfius. Ejusdem libri etiam Gilbertus Genebrardus Chronograph. general. lib. 1. pag. 44. hanc facit mentionem: *Abraham inquodam Græcorum canone libros conscripsisse asseritur. Quod & affirmat Mahometes in Alkorano. Hebræi hodie libellum Jetzira, de formatione rerum, ejus nomine ostentant, ubi philosophatur ex literis & numeris, more Pythagorico, & jacit fundamenta Cabbalæ illius vanissimæ, de qua alibi. Quare est suppositititius.* Audi insuper Simonem Judæum, qui à Joan. Reuchlino libro primo de arte Cabbalistica, ubi præcipui Cabbalistici libri recensentur, de Abrahami Patriarchæ scriptis, & nominatim quidem de libro Jetzira sic loquens introducitur: *Citantur ab hominibus fide dignis Henoch libri & Abrahæ patris nostri.* Et paulo post: *Utimur autem non adeo libros, attamen pro nostra virili, Abrahæ libro patris nostri, cui est inscriptio* יצירה *de creatione: quem non parum literati quidam assignant Magistro Akiba, profecto nobilibus scholiis ornatum, ut qui alioquin existat reconditus & obscurus.* Item libro tertio: *Prisca igitur ætate motus inde pater noster Abraham dixit, ut in libri Jetzira cap. 2. legitur: Aleph cum*

cationem, docens de DEO & unitate ejus, verbis variis & multiplicibus sed eodem tendentibus. Plura deinde ex eodem affert in medium.

** Verba sunt in Gemara c. 7. §. 9. edit. Cocceji: *R. Chanina & R. Hoschaja pridie Sabbati solebant in libro Jetzirah legere. Ita contingebat ipsis bitulus trimus quem Sabbato opularentur.*

omnibus & omnia cum Aleph, haud ſecus atque Beth cum omnibus & omnia cum Beth, & ita de ſingulis. Quare ut exemplo id fiat manifeſtius, viginti duo alphabetha producam in medium, quæ in eodem creationis volumine Abraham ſcite admodum & utiliter ordinavit. Hæc Simon ille apud Reuchlinum; ubi & multo plura, quæ hic ob prolixitatem commode inſeri non poſſunt, invenies. Cæterum quod ad editiones libri Jetzira attinet, excuſus ille eſt primum, quod ſciam *. *Mantuæ in 4to cum commentariis R. Abraham ben Dior, R. Moſis ben Nachman, R. Moſche* בוטרלו *Butrillo,* (Botril,) *R. Saadiæ Gaon & R. Elieſer* מגרמישא (de Garmiza) *anno Chriſti* 1562. Recentiſſima autem editio eſt, cujus titulum ſubjunxi: ספר יצירה *id eſt, LIBER JEZIRAH, qui Abrahamo Patriarchæ adſcribitur, una cum Commentario Rabbi Abraham F. Dior ſuper* 32. *Semitas Sapientiæ, à quibus liber Iezirah incipit: translatus & notis illuſtratus à Ioanne Stephano Rittangelio** Linguar. Orient. in Elect. Acad. Regiomontana Prof.*

* Etiam latine editum cum ſcholiis à *Guil. Poſtello* Pariſ. 1552. 8. notat Theophilus Spizelius in ſpecimine Bibliothecæ Univerſalis, cui adde quod latine itidem habetur inter Jo. Piſtorii ſcriptores Cabbaliſticos Baſil. 1587. in fol. T. 1. p. 869. Auctorem verſionis Jo. Morinus ſuſpicatur *Jo. Reuchlinum*, qui eſt ni fallor Poſtellus. Præter editionem Hebraicam Mantuanam in qua textus ſive τὸ κείμενον quadrato charactere, & commentarii nitide & diligenti cura excuſi ſunt exſtat quoque *Venetæ* in 4. cujus Spizelius, & *Pragenſis* in 4. cujus Strimerus in labiis dormientium meminit, indice dictorum S. Scripturæ locupletatam eſſe teſtatus. *Sablonetenſis* item, cujus apud Sgambatum mentio.

** Rittangelius in præf. *Propoſitum mihi eſt, ſi manus Domini in bono ſuper me fuerit, cœptisque meis adſpiraverit, non tantum*

Prof. Extraordinario. Amſtelodami apud Ioan. & Iodoc. Ianſanios an. 1642. in 4to.

Julius Bartoloccius de Celleno T. I. Bibl. Rabbinica p. 15.

Abraham Patriarcha, credentium ſecundum communem ſententiam omnium Kabbaliſtarum perperam ſcripſit ספר יצירה Sepher Jetzirà i. e. librum formationis, plane Kabbaliſticum, & ex quo quotquot de Kabbala ſcripſerunt, tanquam ex turbido fonte biberunt, & hauſerunt totam illam tam ſublimem & reconditam Judæorum Theologiam, quam myſticam vocitantes, de ea mira jactitant & effutiunt Judæi.

Jo. Plantavitius de Pauſa Eiſc. Lodovenſis in Bibl. Rabbinica num. 243. p. 578.

Jetzirah, Creatio, ſive liber de Creatione. Totus hic liber ænigmaticus eſt & Cabbaliſticorum omnium celeberrimus, qui Abrahamo Patriarchæ vulgo tribuitur, & ſub hoc titulo prælo editur, ſed perperam, ut Hebræorum peritiſſimi fateri coguntur, teſte Abrahamo Zacuth in libro Juchaſin. Unde quidam illius auctorem faciunt R. Akivam,

tantum integrum librum Jezirah cum omnibus Commentariis ſuis, ſed plures ad hoc negotium utiles tractatus latinitate donatos in publicam lucem edere. Sed non potuit ſtare promiſſis fato interceptus, uti nec *Jo Crojus*, qui librum Jetzirah cum qvinqve Commentariis latine propediem ſe daturum ſcripſit A. 1632, in ſpecimine conjecturarum ad quædam Origenis & Epiphanii loca f. 29. edit. Oxon. ad calcem S. Irenæi.

paullo poſt Maſſoretharum* tempora. Exculus Mantuæ in 4. typis Jacobi Cohen ſeu ſacerdotis, an. 322. ſub Dominio Guillelmi Gonzagæ, una cum quatuor variorum Rabbinorum expoſitionibus ad latera textûs appoſitis, & quibuscunque circulis, orbiculis, rotulis & tabulis, quibus omnes uti ſolent Cabbaliſtæ, ut ſuas nænias nugasque magis commendent. Notat autem eruditiſſimus Morinus Exercitat. 2. cap. 7. in Pentateuch. Samarit. Libri hujus autorem originem permutationi** quæ tertiam conſtituit Cabbalæ partem, dediſſe, quem conſulere potes, ſi lubet.

Conferri etiam poſſunt Rich. Simon lib. II. Epiſtolar. ſelect. 27. Hottingerus in ſpecimine Pſeudepigraphias V. T. Enneade diſſ. p. 9. ſeq. Morhoſius lib. I. Polyhiſtoris c. 10. §. 23. Placcius Theatro Pſeudonymor p. 4. ſeq. & Io. Franciſcus Buddeus introductione ad Philoſophiam Hebræorum p. 102. 105. ſeq.

Scipio

* Jo. Morinus Exercitat. Bibl. p. 374. hoc colligit exinde, quod cum litteras Hebraicas in omnem partem ſusque deque verſet, punctorum vocalium ne meminit quidem. Sed nec juniores Cabbaliſtas circa puncta vocalia luſibus ingenii ſui multum indulgere accepimus, uti Abrahamum ben Mardochæi Aſullai in libro חסד לאברהם aliosque.

** Notum eſt tria eſſe Cabbalæ literalis genera 1.) *Gamatriam*, ſive arithmeticam vocabulorum quorum literas pro numeris accipiunt ſupputationem, & per vocabula quæ æqualem numerum referunt interpretationem. 2.) *Notaricon* ſive notationem ex primis, poſtremis vel ſingulis literis cujusque vocabuli, ut ex illis vel unum vocabulum componatur vel ſingulæ literæ totidem vocabula quorum initiales ſunt ſignificent. 3.) *Temuram* ſive anagrammaticam permutationem aut acceptionem literæ pro litera.

Scipio Sgambatus in Archivis V. T. p. 193.

Ietzira, ſeu Formatio, Liber eſt Kabbalæ prima rudimenta & arcana præcipua continens, procul dubio antiqvus; ut brevitas ipſa, & ſtylus docent. Sed non ejus antiquitatis, ut poſsit Abrahamo tribui. Paſsim adſcribitur R. Akibæ: cui ſententiæ, quam ſecutus eſt Genebrardus, & Capnio lib. II. de Kabbala, non repugno. Non deſunt multi tamen, qui tueri velint eum librum revera eſſe Abrahami, ut ejus Interpretes. Extat excuſus Venetiis, Sablonetæ, & alibi cum quadruplici Commentario. Mantuæ quoque cum triplici. * R. Abrahami Ben Dior, R. Moyſis Maimonidis, ** R. Moyſis Botaril. Finis libri eſt docere, omnia à Deo emanare, quod argumentum ab eo ſuſceptum eſſe dicunt Interpretes in eum finem, ut Chaldæos oppugnaret, à quibus alia rerum principia ponebantur. R. Abraham Ben Dior ait, hujus libri partes eſſe tres; primam, quæ agit de Mundo; ſecundam, quæ de motu, & tempore; tertiam, quæ de Anima. Quare Symbolum hujus libri ait eſſe ספר, quæ vox *Fumum* ſignificat, libri obſcuritatem, & ſublimitatem eâ voce, ut ajunt, indicante, nam ſingulis literis ſingulas dictiones ſignificat: ע״, עולם Mundus: ש״, שנה *Annus* נ״, נפש *Anima*. Exordium libri tale eſt: בשלשי ושתים ושתים נחיבות פל יאות חכמח *In triginta duabus portis admirabilibus Sapientia*. Quas portas fusè explicat

Bb 3

* Imo quintuplici, nam R. Saadiæ Gaon, & R. Elieſeris de Garmiza etiam commentarius in illa editione habetur.

** Imo R. Moyſis ben Nachman, qui à patria etiam dicitur Gerundenſis.

plicat ibi R. Abraham ex libro Job. Librum hunc non eſſe Abrahami probare me poſſe exiſtimo, vel ex eo, quod inter Dei nomina habeat hoc quoque: *Deus Iſrael.* Conſtat autem Abrahamum mortuum multo ante, quam Jacob vocaretur Iſrael. Sed Hebræi quibus hoc objeci, negabant huic argumento ſe ceſſuros, tum quod Abrahamus Propheta eſſet, ac nomen imponendum ſuo nepoti ſcire potuiſſet, tum quod ipſemet vocatus eſſet Iſrael, ut ipſorum traditio habet in *Bereſchith Rabba* ſect. LXIII. Sed neque hoc facile credendum, neque illud bene ſolvitur. Nam hoc Abrahami ſcriptum Prophetia non eſt.

CXIV. Liber de Magiæ modis & effectibus.

Jo. Wulferus in animaduerſionibus ad Salomonis Zevi theriacam Judaicam p. 70.

MAgnæ certè temeritatis videtur, Abrahamo, Librum Jetzira, adſcribere, eumque tantarum præſtigiarum Autorem facere, in tanto inprimis doctiorum diſſenſu, qui R. Akibæ potius, quam Abrahami, opus id exiſtimant. Novi equidem in ipſius Jeziræ titulo חמיוחס לאברהם עה׳ Abrahamo id tribui; quo tamen colore, exploratum non habeo. Interim egregium huic mendacio fucum fecit *R. Moſes Butrillo in ſuo Commentario ab init.* qui cauſſam conſcripti ab Abrahamo hujus libri

bri hanc tradit אברהם אבינו עירת כתב הספר
הזה והוא מנרה האנשים הנבוכים בהשקפת
העין האמתי בענין האמונה הכרורה והנה
אברהם אבינו עיה עשה זה כנגר חכמי דורו שהיו
חולקים על ענין האחדות כאשר כתב רבינו
סעריה זל בספר הנקרא אבן הפילוספי יחל בשער
ראשון : חכמי הכשדיים היו חולקו על אברהם
אבינו באמונתו: *Abraham Pater noſter f. m. conſcripſit Librum hunc, eôque ipſô viam iis oſtendit, qui animi quadam cæcitate ducti, veram fidem non contemplantur. Scripſit autem eum contra Sapientes ſeculi ſui, qui unitatem DEI impugnabant, ſicut R. Saadias f. m. in libro, quem Lapidem Philoſophorum nominavit, Cap. I. ait, cujus hæc ſunt verba: Sapientes Chaldæorum contra Abrahamum in fide diſputabant &c.* Sunt tamen & alii, qui, quemnam hujus ſcripti Autorem facerent, dubii hærent. Ita *Aſis Rimmonim ab initio:* וכן בספר
יצירה המכונה לאברהם אבינו ע"ה ויש מכנים
אותו לר עקיבא ואין הסכמה בזה *Librum Jezira Abrahamo à nonnullis tribui*, ait, *à quibusdam autem R. Akibæ, nec omnium hac de re eandem eſſe ſententiam.* Conf. doctiſſimum Commentarium R. *Muſcato in Cosri Ont. IV. num. 25.* Fabulæ autem ſunt, Abrahamo, Viro piiſſimo, id libri adſcribere velle; eô inprimis tempore, quo ex idololatrica Chaldæorum Patria, Ur, emigrandi adeo lætus Divinæ voluntati obſequebatur, ut Pater etiam credentium à DEO vocatus fuerit. Eo pejus vero & hoc eſt, quod ſanctiſſimum Virum, alium etiam librum, * conſcripſiſſe ſomniant, in quo, per no-

* Inter eos quorum libri Magici circumferuntur, *Abrahamum* quoque

mina Diabolica, patrandi miracula modum oſtenderit, quô, an qvid tantô Patriarcha indignius dici posſit, ſummoperè dubito. Expreſſe tamen id legitur in *Niſchmat chaym Orat. III. Cap.* 29. אברהם אבינו עשה מסכתא שהיו סדורים בה כל סדרי הכשוף ופעולותיו מכחות חטומאה כמו שחבר ספר היצירה *Abraham Pater noſter compoſuit Maſſichtam, in qua traditi erant omnes modi Magiæ, & effectus ejus per potentiam immundorum Spirituum, quemadmodum Librum Ietzira conſcripſit de Nominibus ſanctis.* Ipſum illud autem, quod, bonorum Angelorum ope, confici poſſe, librum Jetzira docuiſſe, *Iore Dea, num.* 179. fingit, idque omne absque ullo Magiæ crimine, licitum vult, majoris nobis momenti neutiquam erit, quam ipſi R. Jerucham videbatur, qui *Beth Joſeph* annotante, עו ספר יצירה זהו מעשה שדים *omne id, quod per eum librum conficitur, Diaboli præſtigias eſſe*, aſſeruit.

CXV. Abrahamus de reſurrectione mortuorum à DEO edoctus. Colloquium DEI, Satanæ & Abrahami.

Bartholomæus Herbelotus in Bibl. Orientali p. 15, 16.

NOus trouvons dans le chapitre deuxieme de l' Alcoran intitulé *Bacrah*, qu' Abraham fit cette priere a Dieu: Seigneur, faites moi voir comment vous reſſuſcitez les morts. Le Seigneur lui répondit: N'avez-vous pas la foy? Oui, Sei-

quoque nominat Cornelius Agrippa & Jo. Wierus in locis ſupra p. 112. allegatis.

Seigneur, mais je vous fais ſeulement cette demande pour contenter mon cœur. Caſchiri dans ſon livre intitulé *Fetouhat*, dit qu'il y a pluſieurs ſortes de reſurrections, de même qu'il y a pluſieurs ſortes de créations. Il y a des choſes que Dieu a créées avec ſa ſeule parole en diſant, ſoit fait; Il y en a d'autres auſquelles il employe la main; & enfin nous en trouvous quelques unes, dans la production deſquelles il ſemble qu'il ait employé la voix & la main. Il a creé dés le commencement le Ciel & la Terre d' une ſeule parole, il a formé enſuite l'homme, & les autres animaux avec la matiere, & par le concours des cauſes ſecondes, qu'il avoit déja creées: Or comme Abraham connoiſſoit toutes ces differentes ſortes de création; & qu'il ſçavoit d'ailleurs que la reſurrection n'eſt autre choſe qu'une reproduction, & pour ainſi dire, une ſeconde création, il vouloit apprendre de Dieu de quelle eſpece elle étoit,

Il y a une Tradition, qui porte que le Demon conſiderant un jour le cadavre d'un homme, que la mer avoit jetté ſur le rivage dont les bêtes farouches, les oiſeaux carnaſſiers, & les poiſſons avoient chacun d' eux devoré une partie, il trouva que c'étoit une belle occaſion pour tendre un piege aux hommes ſur le ſujet de la reſurrection: car enfin, diſoit-il, comment pourront-ils comprendre que les membres de ce cadavre ſeparez dans le ventre de tous ces differens animaux, puiſſent ſe rejoindre pour faire le même corps au jour de la reſurrection generale. Dieu ſçachant le deſſein de cet ennemi du genre humain; commanda à

Abraham d' aller ſe promener ſur le bord de la mer : ce Patriarche obéit, & le Demon ne manqua pas auſſi-toſt de ſe preſenter â luy ſous la figure d'un homme étonné & confus, & de luy propoſer le doute dans lequel il étoit au ſujet de la reſurrection. Abraham aprés l' avoir écouté, luy répondit : Quel ſujet raiſonnable pouvez-vous avoir de vôtre doute, puiſque celuy qui a pû tirer toutes les parties de ce corps du fonds du néant, ſçaura fort aiſément les retrouver dans les divers endroits de la nature où elles ſont diſperſées, pour las rejoindre. Le Potier met en pieces un vaſe de terre, & le refait de la même terre, quand il luy plait.

Dieu cependant pour contenter Abraham, luy dit, ſelon l' Alcoran : *Prenez quatre biſeaux, mettez les en pieces, & portez-en les parties diviſées ſur quatre montagnes ſeparées, appellez les enſuite, & vous verrez que ces oiſeaux viendront tous quatre auſſi-tôt à vous.*

Cette hiſtoire eſt priſe du ſacrifice des oiſeauz, dont il eſt parlé dans la * Geneſe : mais les Interpretes Muſulmâns ſçavent toûjours beaucoup plus de particularitez des hiſtoires ſaintes, que Moyſe ne nous en a voulu déclarer, tant leur imagination eſt feconde en inventions. Ils diſent donc que ces quatre oiſeaux étoient une colombe, un cocq, un corbeau, & un paon : Qu' Abraham aprés les avoir mis en pieces, en fit une anatomie exacte, qu'il les mela tous enſemble : quelques-uns ajoûtent qu'il les pila dans un mortier, & n'en fit qu'une maſſe, de laquelle il fit quatre portions qu'il por-

* Geneſ. XV.

porte ſur la cime de quatre montagnes differentes; aptés quoy tenant à ſa main leurs têtes qu'il avoit reſervées, il les appella ſeparément par leur nom, & chacun d'eux revint auſſi-toſt ſe rejoindre à ſa teſte, & s'envola. L'Auteur d'Anuár allegoriſe ainſi cette fable. Tous ceux qui veulent faire vivre leur ame de la vie ſpirituelle, doivent égorger & ſacrifier toutes leurs paſſions avec le glaive de la mortification, & faire en ſorte qu'elles ſoient tellement confonduës, que l'on les trouve diſpoſées à ſe laiſſer conduire par les ordres de Dieu: car alors ce Seigneur en les appellant, les fait courir dans le chemin de ſa Loy, juſqu'à ce qu'ils s'envolent au ſéjour du bonheur éternel.

Talmudici in Gemara Sanhedrin, ex verſione B. Balthaſaris Scheidii:

Et fuit poſt verba illa, & Deus tentavit Abrahamum. Poſt quænam? Dixit R. Johannes, nomine Joſes filii זמרא Zimræ, poſt verba Satanæ: quia ſcribitur Gen. 21. 8. *Et crevit puer & ablactatus eſt.* Scilicet eo tempore dixit Satanas coram DEO O. M. Domine Mundi, ſenex ille cui centenario gratificatus es fructum ventris, ex toto convivio quod fecit, nonne debebat vel unum turturem, vel unum vitulum coram te obtuliſſe? Cui reſpondit Deus, an forte fecit (non alia de cauſa) niſi propter filium, ut ſi ego dixero ei, immola filium tuum coram me (obſequium ſuum oſtenderet!) Quare ſtatim (contigit, quod dicitur) Gen. 22. 1. *Et Deus tentavit Abrahamum, & dixit* נא *quæſo filium tuum*

tuum. Dixit R. Simeon, filius Aba, voce נָא *na*, nihil aliud ſignificari niſi בקשה *petitionem* ſeu *obſecrationem.* Quæ res per parabolam comparari poteſt cum aliquo Rege mortali, qui multis bellis undique ipſum invadentibus circumdatus fortem aliquem (ducem) habebat, quia victorioſe ea omnia conficiebat. Poſt aliquod tempus denuo acre bellum adverſus eum excitabatur: quare dixit illi, obſecro te, fortem te præſta mei cauſa in iſto bello, ne quis dicat, priora nullius momenti fuiſſe. Sic etiam DEus O. M. dixit ad Abrahamum, tentavi jam aliquoties, & in omnibus illis tentationibus virum conſtantem te præſtitiſti. Age etiamnum in præſenti hac te conſtantem mihi exhibeas, ne quis dicat, priores nullius momenti fuiſſe. (Sic ergo Deus eum cœpit alloqui, *Accipe* quæſo) v. 1. *filium tuum.* (Reſpondit Abraham) Duos filios habeo (utrum eorum petis?) DEus: *unicum tuum.* Abraham: Alter eſt unicus matris ſuæ (Saræ)? alter pariter eſt unicus matris ſuæ Hagaris (utrum eorum petis?) Deus: *Quem diligis.* Abraham; Ambos diligo. Deus: *Iſaacum* (peto.) Sed omnia iſta quorſum? Quid opus erat tot verborum ambagibus?) ſcilicet ideo, ne diſturbaretur mens ejus ſuper eo. (Absque mora ergo Abrahamus ſe accinxit ad iter, ut juſſa Dei exſequeretur, (cum eſſet in itinere) antevertit eum Satanas in via, & tali colloquio cum ipſo habito à propoſito avertere conatus eſt. Satanas: *annon tentare te* (Deum) *in re tali egre feras?* Job. 4. 2. Gloſſ. Num ei, qui te diligit, fueras tentandus in re, quæ tibi adeo ſit moleſta, & ſemen tuum aboleat?) v. 3. *Ecce erudie-*

bat

bas multos &c. v. 4. *Labantem erigebant verba tua* &c. v. 5. *Quum nunc advenit ad te, (Deus taliter te tentans) nonne agre ferres?* (Gloſſ. Reconciliabas, reficiebas & vivificabas Deo omnes venientes in mundum verbis; nunc autem ecce venit ad te tanta moleſtia opprimendum, & percellendum) Cui reſpondit Abraham, *Ego in integritate mea ambulo* Pſ. XXVI. 11. Satanas; *Annon timor tuus, ſpes tua?* Hiob. 4. 6. Abraham: *recordare quæſo quis eſt inſons, qui perierit?* v. 7. Quare cum videret Satanas, ſe nihil proficere, nec Abrahamum ſibi obedire, dixit ad illum verſ. 12. *Et ad me verbum furtim ablatum eſt.* Audivi jam מאחרי הפרוכת poſt velum, ſeu ſecreto (quid in arcano Dei conſilio decretum ſit) ſcilicet *pecus futurum eſſe pro holocauſto* Gen. 22. 7. non autem Iſaacum. Cum reſpondit Abraham, hæc eſt pœna mendacis, ut etiam, cum vera loquitur, fides ei non habeatur. In alia tamen ſententia eſt R. Levi, qui putavit (illud Gen. 22. 1. *Et fuit poſt verba illa*, reſpectum habere, ad antegreſſum Iſmaëlis cum Iſaaco colloquium.) Hanc tentationem factam eſſe poſt verba Iſmaëlis habita cum Iſaaco. Scil. Dixerat Iſmael ad Iſaacum, ego major ſum te, obſervatione præceptorum. Nam tu circumciſus es cum natus eſſes octo dies. Ego autem natus 13. annos. Cui ille reſponderat, Tune ob unicum membrum mecum contendis? Si mihi diceret Deus O. M. immola te ipſum coram me, ecce ego paratus eſſem ad id præſtandum. Quare (poſt hæc verba) ſtatim contigit, quod legitur Gen. 22. 1. Et DEus tentavit Abrahamum.

CXVII.

CXVI. Decem * Abrahami tentationes.

PRolixius recenſentur in Pirke R. Elieſer c. 26. ſeq. p. 59. ad 75. ex verſione Guil. Henrici Vorſtii. Sunt autem † iſtæ:

Prima eſt periculum mortis, quod à prima ſtatim nativitate ſubiit, ſed tamen evaſit, per tredecim annos à parentibus in ſubterraneâ ſpecu occultatus. *Secunda* carcer decennalis, eumque ſecuta in clibanum ignitum conjectio. *Quarta fames.* *Quinta* raptus uxoris Saræ Ægiptiacus. *Sexta* conatus Regum ad ipſum abductô fratre Lothô occidendum congregatorum. *Septima* formidabilis Dei apparitio. *Octava* præceptum circumciſionis. *Nona* Iſmaelis ejectio. *Decima* immolatio Iſaaci. Aliter ille recenſentur in Pirke R. Nathan *Cap. XXXIII. fol. IIX. col.* 2. עשר נסיונות נתנסה אברהם אבינו לכני הק"בה ובכלם נמצא שלם אלו הן שנים בלך לך ב' בשתי בנין ב' בשתי נשין אחד עם המלכים ואחד בין הבתרים א' באור כשדים ואברות בין הבתרים: *Decem tentationibus tentatus eſt Abrahamus Pater noſter, inque iis omnibus inventus eſt perfectus. Sunt autem iſtæ: duæ, cum ire juſſus eſt,* (ſemel ex patria *Gen. XI.* 1. iterum ad Montem Morijah ut filium immolaret, *Gen. XX.* 2.) *duæ quas in Filiis ſuis ſuſti-*

* Novies DEus apparuiſſe Abrahamo legitur. Quas revelationes vel in ſomnio vel in viſione Prophecica Patriarchæ contigiſſe diſputat Epiſcopius lib. 2. Inſtitut. Theolog. cap. 3.

† B. D. Jo. Benedictus Carpzovius T. 2. funebr. p. 204. ſeq. Melch. Leydecker de Rep. Hebræorum T. 1. p. 84. Hottinger Ennead, &c.

ſuſtinuit, duæ in duabus uxoribus ſuis, una cum regibus, una inter partes, una in clibano ignito Chaldæorum, & una denique cùm fœdus inter partes pangeretur. Utramque hanc enumerationem cum nonnullorum aliis refert R. Abarbanel *in Nachalat Abhoth fol. CLV. col. 1. ſeqq.* poſtquam R. Moſis Maimonidis ſententiam expoſuiſſet. Is vero ſic illas tradiderat (1.) הגרות שאמר לו השם לך לך מארצך וגו׳ *exilium, cum dixiſſet ei Deus, vade tibi è terrâ tuâ &c.* (2.) הרעב אשר היה בארץ כנען בבואו שמה ער שהוצרך לצאת משם ובו׳ *fames, quæ accidit in terrâ Canaan, cum vix eam ingreſſus eſſet, atque adeò graſſata eſt, ut inde egredi cogeretur, &c.* (3.) חמס המצרוים עליו בהלקח שרה לפרעה: *raptus, quo Ægyptii Sarai ipſi ablatam, Pharaoni adduxerunt.* (4.) הלחמו עם ד׳ מלכים *bellum cum quatuor regibus gerendum.* (5.) לקוחו הגר לאשה אחר שנואש מהוליד משרה: *Matrimonium cum Hagare contractum, poſtquam deſperaſſet de ſuſcipiendo ex Sarâ filio.* (6.) מצות המולה אשר ציוה למול בן ק׳ שנה *præceptum circumciſionis, quod à Deo accepit, ut jam centum annos natus circumcideretur.* (7.) חמס מלך גרר בקחתו את שרה. *raptus, quo Rex Gerar ei Sarai abſtulit.* (8). גרש הגר אחרי הבנ׳ת ממנה *expulſio Hagaris, poſtquam ex eâ filium genuerat.* (9.) הרחקת בני ישמאל *ejectio filii Iſmaelis.* (10.) שקדת יצחק *Ligatio Iſaaci.* Singulis ſuam interpretationem interſpergit Abarbanel, & addit: הנה לא זכר הרב הצלתו מאור כשדים מכלל הנסיונות לפי שלא נזכר בתורה: *Ecce non meminit Rabbi hic liberationis è Chaldæorum clibano ignito, ab aliis inter tentationes relatæ, propterea, quod illius*

illius nulla fiat mentio in Scripturâ. Fatetur igitur, ab aliis addi, quæ ex Scripturâ probari nequeant. Videatur idem Abarbanel *ibidem* pluribus, uti & R. Elieſer Æſcenaſi ſive Germanus *in Mahaſe aboth Cap. II. ſeq. fol. LVII. ſeqq.*

CXVII. Abrahami liber de Idololatria.

Gemara Codicis Talmudici Avoda Sacra cap. I. p. 108. ex verſione Clariſſ. Viri Georgii Elieſeris Edzardi.

R. Chasda dixit ad Aſimi, Ego per Kabbalam ſum edoctus, quod Codex Abrahami Patris noſtri de Idololatria, quadringenta continuerit capita. Nos autem à Doctoribus Miſchnicis tantum accepimus quinque capita (*quibus nempe abſolvitur codex Miſchnicus Aroda Sam*) & neſcimus quid dicamus, (*i. e. neſcimus multa eorum quæ in parvo iſto Codice Miſchnico dicuntur: quantæ itaque difficultates nos premerent, ſi prolixus ille Codex Abrahami in noſtris manibus verſaretur?*)

Ad hunc locum doctiſſimus interpres in notis p. 287. *De libris Abrahami paſſim etiam fabulatur Muhammed in Alkorano*, edoctus ita à Judæis, quorum opera in illo conſarcinando fuit *uſus. Huc illud Surata LIII. verſ. 36. 37. 38.* An non percepit (*ſcil. homo impius qui abnegavit fidem*) id quod eſt in libris Moſis & Abrahami qui ſervavit pactum (*ſ. integer fuit*) Quod non portatura ſit portans (*ſcil. anima*) onus alienum, (*i. e. quod nemo alterius onus ſ. peccata ſit portaturus.*) *Et Sur. LXXXVII. verſ. 16. ſeq.* Equidem præ-

ſertis

ſertis (*mauultis*) vitam huius ſeculi. Sed futura vita melior eſt & perennis. Nam hoc (*ſcriptum*) eſt in libris prioribus. In libris (*inquam*) Abrahami & Moſis. *Ubinam autem ſcripta illa genuina Abrahami?*

CXVIII. Abrahami * Angelus Zedekiel, Apocalypſis a Sethianis ſuppoſita. Idem an aliud ſcriptum Origeni, Athanaſio & Nicephoro CPol. memoratum.

S. Epiphanius hareſi XXXIX. Sethianorum cap. V.

Βίβλους δέτινας συγγράφοντες ἐξ ὀνόματος μεγάλων ἀνδρῶν. Ἐξ ὀνόματος μὲν Σὴθ ** ——— ἄλλην δέ ἐξ ὀνόματος Ἀβραὰμ, ἣν καὶ ἀποκάλυψιν φάσκουσιν εἶναι, πάσης κακίας ἐμπλεων· ἑτέραν δέ ἐξ ὀνόματος Μωϋσέως, καὶ ἄλλας ἄλλων.

Libros etiam certos conſcripſerunt ſub nominibus magnorum virorum, ut Sethi ——— alium item ſub Abrahami nomine, quem & pro Apocalypſi venditant, omni nequitia refertum. Præter quem alios à Moyſe, alios ab aliis editos eſſe ajunt.

Origenes Homilia XXXV. in Lucam:

Legimus, (ſi tamen cui placet huiuscemodi ſcripturam recipere) iuſtitiæ & iniquitatis Angelos

Cc ſuper-

* Vide ſupra p. 4. Jo. Reuchlinus lib. 1. de Cabbala p. 631. Præceptor Abrahæ fuit Zadkiel, qui eandem ei tradidit Cabbalam recipienti, quam Adæ protoplasmati, Raziel.

** Supra p. 154. ſeq.

ſuper Abrahæ ſalute & interitu diſceptantes, dum utraque turma ſuo eum volunt cœtui vindicare. Quod ſi cui diſplicet, tranſeat ad volumen quod titulo Paſtoris inſcribitur.

Athanaſius in Synopſi S. Scripturæ T. 2. p. 154.

Τὰ δὲ ἀπόκρυφα παλαιᾶς διαθήκης ταῦτα·

Ἐνὼχ, Πατριάρχαι, προσευχὴ Ἰωσὴφ, Διαθήκη Μωϋσέως, ἀνάληψις Μωϋσέως, ΑΒΡΑΑΜ*, Ἐλδὰδ καὶ Μωδὰδ, Ἠλίου Προφήτου, Σοφονίου Προφήτου Ζαχαρίου πατρὸς Ἰωάννου, Βαρὲχ, Ἀμβακούμ, Ἐζεχιὴλ καὶ Δανιὴλ ψευδεπίγραφα.

Apocrypha Veteris Teſtamenti ſunt iſta:

Enoch, Patriarchæ, Oratio Joſeph, Teſtamentum Moyſis, Aſſumtio Moyſis, ABRAAM, Eldad & Modad. Eliæ Prophetæ, Sophoniæ Prophetæ, Zachariæ patri Joannis, Baruch, Ambacum, Ezechieli & Danieli falſo adſcripta.

Nice-

* Lambecius in prodromo Hiſt. litterariæ p. 50. ſuſpicabatur ex præcedentibus ſubintelligi ac repetendum eſſe vocabulum ἀνάληψιν, ſed nemo veterum ἀνάληψιν Abrahami memorat, neque ceteris quorum nomina ſequuntur ἀναλήψεις tributas accepimus. Itaque verius eſt ad Abrahamum non minus quam Eldadum & Modadum ceterosq; referendum eſſe quod poſtremo loco ſubiungitur commune vocabulum, Ψευδεπίγραφα. Aut certe Ἀβραὰμ poni ut Ἐνὼχ & Πατριάρχαι pro ſcriptis ſub Enochi nomine & Patriarcharum ſuppoſitis.

Nicephorus CPolitanus in Stichometria Chronico Compendio ſubjecta.

Καὶ ὅσα τῶν παλαιῶς εἰσὶν ἀπόκρυφα·	Apocrypha Veteris Teſtamenti:
α' Ἐνὼχ στίχων δω	1 Enoch, verſuum 4800
β' Πατριάρχαι, στίχων εξ	2 Patriarchæ, verſuum 5100
γ' Προσευχὴ Ἰωσὴφ, στίχων αρ	3 Oratio Joſeph, verſuum 1100
δ' Διαθήκη Μωϋσέως στίχων * αρ	4 Teſtamentum Moyſis verſ. *1100.
ε' Ἀνάληψις Μωϋσέως στίχων αρ	5 Aſſumtio Moyſis verſ. 1400.
ς' Ἀβραὰμ στίχων ατ'	6 Abraam, verſuum 130
ζ' Ἐλδὰδ καὶ Μωδὰδ στίχων υ	7 Eldad & Modad. verſ. 400
η Ἠλίας προφήτης στίχων τις'	8 Elias Propheta, verſuum 3016
θ Σοφονίου προφητεία στίχων χ'	9 Sophoniæ Prophetia verſ. 600.
ι Ζαχαρίου τοῦ πατρὸς Ἰωάννου, στίχων φ'	10 Zachariæ patris Joannis, verſuum 500.
ια Βαρὺχ, Ἀμβακούμ, Ἐζεκιὴλ καὶ Δανιὴλ ψευδεπίγραφα.	11 Baruch, Ambacum, Ezechiel, & Daniel falſo inſcripta.

CXIX. Precatio *Schemá*, ſive preces matutinæ.

JUdæi Abrahamum auctorem eſſe ferunt precum ma-

* In operibus Petri Pithoei p. 18 στίχων αὐ, *verſuum* 1400.

matutinarum quibus quotidie utuntur. Conſtant illæ tribus pericopis Moſaicis Deut. VI. 4. 5. 6. 7. 8. 9. Deut. XI. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. Num. XV. 37. 38. 39. 40. 41. Harum prima incipit à verbo שְׁמַע *Audi*, unde totis precibus nomen. Illis præmittunt duas breves precationes quarum prior יוֹצֵר incipit: *Benedictus Tu Domine DEUS noſter, Rex mundi, formans lucem.* Altera אַהֲבָה incipit: *Amore æterno amaſti nos.* Poſt pericopas quas dixi, ſequitur precatio quæ incipit: אֱמֶת וְיַצִּיב *Verum & ſtabile.* Vide Talmudicos in Tamid. c. 5. Miſna 1. & Gvil. Gviſium ac doctiſſimum Collegam noſtrum Georg. Elieſerem Edzardum ad Codicem Talmudicum Berachot. c. 1. ſect. 4. Notant etiam Talmudici primum fuiſſe Abrahamum qui DEum nominaverit Adonai, Gen. XV. 2. 8. id. p. 68.

CXX. Pſalmi Abrahamo tributi. *Heman* vel *Ethan* utrum idem cum Abrahamo?

R. *Salomo ad locum in Rava Bathra cap.* 1. David ſcripſit librum Pſalmorum] per manus decem ſeniorum, id eſt ſcripſit ea quæ illi dixere qui ante ipſum fuerunt, etſi horum quidam illius ætate vixerunt. Aſaph ſcilicet, atque Idithun, qui ex Levitis fuere cantores. 1.) Per manus Adami primi, ut ubi eſt (Pſ. CXXXIX. 16.) *Imperfectum meum viderunt oculi tui.* Et (verſ. 17.) *mihi autem nimis honorificati ſunt.* Has ſententias dixit Adam primus. 2.) Per manus Melchiſedech, ut illud (Pſalm. CX. 1.) *Dixit Dominus Domino meo*, ac totum

totum Pſalmum. 3.) Per manus *Abraham*, ut ubi eſt nomen *Ethan* Eſrachitæ, quia hic (Pſal. LXXXIX. qui incipit: *Miſericordias Domini in æternum cantabo*, & in quo Davidis v. 21. & 36. diſerta mentio) ut Rabbini dicunt eſt Abrahami 4.) Per manus Moyſis, Pſalmum (XC. 1.) quæ inſcribitur Oratio Moyſis, & decem Pſalmos qui ordine ſequuntur. 5.) Per manus Heman, ubi eſt (Pſal. LXXXVIII.) Intellectus Heman. 6.) Per manus Idithun, ubi eſt, Intellectus Idithun.

Sunt & qui Abrahamo tribuunt Pſalmum LXXXVIII. atque Hemanem *Ezrachitam cum Abrahamo confundunt. Sic R. Aruma, apud Salomonem van Til de Muſica Hebræorum lib. 2. c. 2. §. 6. Sed vtique* Heman & Ethan *filii Seruchi nobiles vates, quorum mentio 1. Chron. II. 6. & 1. Reg. IV. 31. ab Abrahamo longe fuere diverſi. Licet nec his Pſalmi illi nec cuiquam ante Davidem tribui poſſunt. R. Aben Eſra Pſalmum illum refert ad Elieſerem Abrahami ſervum.*

CXXI. De Abrahamicæ Doctrinæ veſtigiis apud Ægyptios & Brachmanas, Guil. Poſtelli divinatio. Brahmanes Abrahmanes.

Guil. Poſtellus libro de Originibus cap. 15. de illa diſciplina quæ ex Lege divina in univerſum opem Abrahami emanavit.

Nullum eſt dubium, quin ſicut nunc ſeſe omnibus accommodat ſapiens, ut ad ſcopum ſibi propoſitum veniat, unde & Chriſtus & Paulus & revera ſacræ diſciplinæ periti fiebant omnibus omnia, ut

omnes lucrifacerent: Origenes autem ad profanarum diſciplinarum ludum docturus deſcendebat, ſaltem ea quæ ſunt CHriſti docturus cum iis quæ ſunt mundi: ſic ſemper, & maxime inter patres aureo ſæculo præditos, aut illi proximos, fuerit. Sicut enim homo encyclopædia formatus, facile quemvis ſermonem in quemcunque alium traducit, & quocunque vult animos audientium rapit: ſic, ſed multo facilius, ſacroſancta illa patrum lumina & oracula, quibus cum encyclopædia & inferiori humanarum diſciplinarum adminiculo ſumma vis gratiæ & ſpiritus aderat, poterant ubivis divertendo, & ſeſe hominum ingeniis accommodando, transfundere aliquid divinæ legis. Ea de re duo genera diſciplinarum exteriorum ab Abrahamo diſſeminata, Ægyptiacum & Orientale, ſeu filiorum Orientis. Multi authorum humanitatis meminere Abrahami, nullus tamen non tribuit illi ſummam Chaldaicarum diſciplinarum, id eſt, diſciplinæ cœleſtis cognitionem. Patres vero Moſis auditores, hoc in primis in eo laudant, veluti proximam viam ad vera & ſupercœleſtia cognoſcenda, quod in Tharſenſium regum Magorum facinore claruit. Externorum authorum teſtimonio, quo perhibent Abrahamum docuiſſe Ægyptios, ſi quis refragetur, ab effectu ipſo videri ex ſacris poteſt, dignisſimam eſſe diſciplinam quam Noas ipſe docuerit, nedum Abrahamus: quum conſtet, Joſefum, Moſem & Salomonem illam ſacrorum ſtudiis adjunxiſſe. Nam ſacra traditio exprimit, eos excelluiſſe in ea ſcientia. Nullum itaque dubium, quin quum illa ele-

elementarium figurarum aut motuum diſciplina, quæ auſpiciis, aruſpiciis, geomantia, hydromantia, aeromantia, pyromantia, & earum quibuscunque appendicibus conſtat, docerentur à patribus, etiam una veritatem religionis infunderent, & craſſos homines craſſis & eorum capacitati accommodatis rebus docendo, etiam per analogias & ſimilitudines in cauſæ primæ admirationem conducerent. Et hi ſunt peregrinationis Abrahamicæ in Ægypto ſcopus. Ideo ancilla Hagar in rei typum, ex Ægypto ſequuta eſt Saram, & genito Iſmaele accepit illi uxorem Ægyptiam, quia non voluit perfectionem religionis ſequi cum Iſaac. Ideo eſt notatum a ſumma eruditione viris, maxime a Moſe altero, quem Rabi Moſeh ben Maimon, ſeu Arambam vocant, maximam partem doctrinæ Iſmaeliticæ, ſeu Alcorani eſſe ex Ægyptiaca doctrina deſumptam: cujus quum ipſa Scriptura teſtetur fuiſſe peritum Moſem & Solomonem, quorum duorum præcipua ſcripta in ſacris ſunt, quin etiam inde quæ bona ſunt & digna quibus Ægyptios poſſeſſores ſpolies, tanti viri deſumpſerint, dubium non eſt. Legis enim typus in auro eſt. Unde neceſſe eſt, ſicut in ſacra nocte exituri de Ægypto Iſraelitæ, vaſa aurea precario ab Ægyptiis nunquam reſtituturi accepere, & veritatis nudos illos reliquere: ſic etiam Moſes & Solomon ſtudendo illis diſciplinis, tacite expoſuerint in ſacris Scripturis, quicquid olim veritatis illos docuerat Abraham, factus etiam ibi, quam quum intraſſet in Ægyptum, ditior. Nam ut Chriſtus ſcientia experimentali profecit ante Deum & homines:

ſic non eſt dubium, etiam cœleſtia & ſupercœleſtia docendo Ægyptios, quin & ipſe Abraham hauſerit multa ab illis, quibus ſit factus ornatior. Docendo enim diſcunt etiam perfectisſimi. Verum præter libellum de creatione, formationeve, ex innumeris Abrahami libris nil extat, niſi in Moſe, in quo patrum ſunt ſententiæ. Licet vero omnia ſint, in hac fece elementorum, in qua verſatur diſciplina Ægyptiaca, longe Ariſtotele ſyllogiſtico & Platone epagogico ſublimius, oppleta accidentibus: tamen magna veritatis lux per virtutem latentis ſubſtantiæ & ſpirituum etiam ad minimam usque herbulam promovendam ſingulis rebus addictorum, poſſunt maximæ virtutes colligi & ſpargi, & tandem in Dei obſequium & humani generis auxilium traduci. Ea de re non minus & Moſes & Solomon, & quicunque ea parte ſapientiæ ſumme pollebat, poterat & divina & ſpirituali & cœlesti ſapientia coniuncta humanæ diligentiæ & rerum corruptibilium naturis, malis ſpiritibus imperare, quam bonos in obſequium trahere. Hinc Eleazari facinus apud Joſefum de poteſtate in dæmones, virtute herbarum extrahi a corporibus ſolitos, ut præſente Veſpaſiano fecerit ſapientiæ Solomonis periculum. Ideo ſingularum creaturarum diſcuſſiſſe vires ad hyſopum usque tradit Scriptura. Hinc ratio rerum vetitarum in lege, licet etiam ob timorem DEI aſſidue repræſentandum, & ut a ritu gentilium ſuperſtitioſe rebus abutentium abſtinerent fideles, ſunt multa vetita.

Nullum eſt dubium, quin ſicut variam ſubſtantiam

tiam corpoream acquirimus varietate ciborum, ita etiam ſpirituum rebus ipſis impactorum fiamus inter res ipſas devorandas participes. Hinc multarum rerum præſentia fugari ſpiritus, etiam naturales authores tradunt: de qua re ad Dioſcoridem appello. Hoc vero fecit Deus per ſalutis univerſi mediatorem Jeſum, ut in omnibus deliteſcens inveniatur, & inventus glorificetur. Hoc genus, ut jam dixi, eſt longe doctrina rationali in Platone & Ariſtotele ex præceptis Indorum, Chaldæorum, Ægyptiorum, Profetarumque ſenſim multisque annis collecta, & apud eos in ſumma reducta, ſublimius: & tamen ſapientia filiorum Orientis eſt tanto iſta major, quantùm cœlum a terra diſtat. Vide ergo, quid in ſpirituali angelicave, & demum quid in generali omnium intellectu univerſi mediatore ſit abditum. Verum inter Ægyptios nunc funditus, imo in univerſo periit illa ſticheomantia: præter quædam veſtigia, quæ tam in carminatoribus quam inter ſtrigas & falſo divinos deliteſcere adhuc videntur.

Nomine ad hanc usque diem ſervato, ſuæ originis teſtantur fontem Abrahmanes, apud quos diſciplinæ filiorum Orientis deliteſcunt. Quum enim vidiſſet Abraham ſuos filios tam in familia Iſmaelis, quam illos qui ex Hagar ejus matre ad Judaismum converſa; & Ketura * veluti Deo ſacrificata & ſuffitu oblata novo vocabulo nuncupata, nati erant, fratres quidem Iſmaelis, ſed ex utroque parente fideli natos; nolle Iſaaco fratri ad propaginem Meſiæ electo ſubjici, tunc pacis domeſticæ

* Interpretatio nominis קטורה.

gratia Iſmaelem verſus Ægyptum & Arabias habitare, & commercia connubiaque exercere permiſit, ut potisſimum diſciplinis Ægyptiacis imbueretur, timore divino prius imbutus. Alios autem *libris rerum cœleſtium* donatos in totum Orientem miſit. Et hoc eſt, quod ait Scriptura*: *Iſaaco quidem dedit totum, ſeu omne, aut totale, filiis vero concubinarum dedit munera.* Ubi patres ſic intelligunt (nam nec de bobus, nec de rebus bove inferioribus in principali ſenſu & Deo digno cura ipſi Deo in ſacra Scriptura eſt) Abrahamum dediſſe ſoli Iſaaco *totum*, ſeu *col*, id eſt, generalis intellectus ſeu ſpiritus Chriſti ſibi promiſſi cognitionem: filiis autem concubinarum dediſſe munera, id eſt, ſpirituum cœleſtium & terreſtrium, qui immundi ante illum ſunt & dicuntur, cognitionem, & rituales libros. Nam ſi materialiter intelligeretur dediſſe omnia filio, quomodo poſſet dare munera baſtardis? Vocat autem ſpurios, eo quod, quamvis eſſent utroque parente fideli nati, tamen inſtar mulorum ſteriles olim in Republica Mundi futuri eſſent, quibus ipſis Iſmael eſt longe melior, eo quod ceſſantibus nobis profligare idololatriam a mundo, ſupplevit noſtro nomine factus 10. tribuum Iſrael dux ſemiverax in Muhamede & Alcorano. Multiplices porro fuere tales concubinarum filii. Nam Græci ob rerum nuditatem, & voluntariam paupertatem Gymnoſofiſtas vocarunt: alii, ut hodie ſacerdotes in Guzrati Narſingæ & præcipuis Indiæ regnis, vocant Abrahmanes, ſeu Brahmanas, aut Brahminos, ab ipſo Abrahamo, authore illius diſciplinæ, quæ ſuæ veritatis oſtendit ſpecimen non ſolum in profetiis Balaami, ſed maximè

* Geneſ XXV. 6.

in

in Magis, qui duce ſtella, & cœli ſimplici, qvalem Abraham docuerat, ſcientia, venere ante ipſos Judæos ad adorandum Chriſtum: ut filius qui dixerat ſe nolle facere patris voluntatem, illam compleret, & ius primogenituræ conſequeretur. Hudi, ſeu Hundi, aut Indi alio nomine dicti, ſunt quaſi directores & Judæi, laudatoresve. Unde doctrina Alcorani quæ partim ex eorum doctrina, ſicut ex Ægyptiaca & ſacra, eſt conflata, dicitur Huda: id eſt, directio, ſeu Judaitas. Judæos enim crebro, remota Jod litera, vocat Hud. Inde venit, ut Cabaliſtæ myſteriorum ejus auditores, factis in quadam area cœli formis,* & majuscula forma diſtentis characteribus, certisſime de rebus futuris prænuncient: rarum hominum genus, & quod totam complectatur encyclopædiam. Hundia itaque, ſeu India, eſt tanquam Judæa Orientalis. Hinc Joſefus contra Appionem notat Græcos illorum auditores, illos Judæos orientales vocaſſe. Adjungit vero aliud nomen Chalanni, cujus etymi ratio nondum eſt obſervata. Patres enim antiqui vocarunt Aſtronomicam diſciplinam Chalon, quaſi feneſtram, per quam divina posſis intueri. Sic enim ajunt Abimelecum regem Geraris vidiſſe Iſaacum ludentem cum uxore ſua (cum tamen illam apud ſe non haberet) per feneſtram, id eſt, per aſtronomiam. Sic enim illi Deus revelavit. Ideo Solomon dicit, quod dilectus reſpicit per Chalon, ſeu feneſtram: & per cancellos, id eſt per cœlum clarum, & retiata accidentibus variis elementa. Chalanni itaque apud Indos, ait ex Ariſtotelis ſententia in medium ex Clearcho

* Conſer Gaffarelli curioſitates inauditas.

ejus

ejus diſcipulo adducta, ſunt dicti in India, qui Judæi dicuntut in Syria. Chaldin verò, ſeu Chaldæi dicuntur, vocabulo & in bonam & in malam partem uſurpato. Significat enim vox, temporis & planetarum obſervatores: quod & utiliſſimè & ſuperſtitioſe fieri, notat Scriptura.

Iſta fex hominum hodie in India ſupereſt, & in noſtri orbis gaſtrologis, ineptiſſimo hominum genere, & inſcientiſſimo. Meliori nota fuere Magi ſapientes, præcipuè diſtillationum cœleſtium obſervatores. Hæc enim pars ut eſt ubivis licita & laudabilis, ita eſt utilitatis plena, ut caritati annonæ in tempore occurras, & ſatis terraque naſci ſolitis proſpicias. Sic ditatus eſt uno anno filoſofus * apud Ariſtotelem, prævisa olearum ſterilitate: ut oſtenderet facile eſſe filoſofo, ſi animum ad iſta caduca adhiberet, colligere opes: nec niſi volentem, penuriam pati. Tharſenſi patria in Serarum finibus ſita, ſunt magis inſignes hujus gentis reliquiæ, ubi etiamnum ſuperſunt multæ admodum tribus, & cognationes eorum trium regum qui nomine patriæ venere ad adorandum Chriſtum: illique fidelisſimè ſervant fidem. Cæteri dicuntur odioſo vocabulo, & in univerſos Chriſtianos à Turchis, qui olim ex eorum finibus ad Alcoraniſmum venere, contorqueri ſolito, Jagour, ſeu Jogour, aut Giagour, & à Luſitanis Jogris, eo quod in toto ferè orbe Orientali & Indico præſtigiatores & incantatores non minus inſignes, quam periculoſi, ex ea gente ſparſi videntur. Sic ubi ſunt optima, ſunt & peſſima. Ad hanc diem Brahmanes ab omni vivente abſtinen-

* Thales.

tes,

tes, & Pythagoreorum formatores ſacrificos retinent, populos Indiæ, in diabolofebia, nedum in idololatria, licet bulatria & cercopithecolatria ſit valde frequens, maximè in Guzrat & Narſinga, regnis maximis. Apud illos latent infiniti hiſtoriarum & librorum antediluvianorum theſauri, quos nos expectare una cum Enochianis opus eſt, antequam claritatem abſolutam rerum Moſaicarum cernamus. Qvum in hoc Brahmanum ordine, ſub nomine Chaldæo, aliquando eſſet Abrahamus, eo quod liberè & publicè de ſummo Deo non agunt, nec ultra cœlum mentem attollunt, quod ſacroſanctè in Alcorano notavit Muhamedes, noluit ampliùs disſimulatoribus conformari: & ſicut timore ſe, veri Dei cognitionem profitentur filoſofi Græci noluiſſe propalare, à Brahmanibus formati: ſic tam longe fugit ab ea hypocriſi, quanto gravius idololatriæ peccatum eſſe noverat apud eos qui univerſalem intellectum noſſent, & per illum in ſummi boni cognitionem venirent. Nam non fateri, quem noſti Deum, negare eſt.

CXXII. Abrahami numi & reliquiæ.

Jo. Chriſtophorus Wagenſeilius Commentario ad codicem Talmudicum Sota p. 574.

SI ineptias Judæorum ſequimur, prima fœminarum Sara, Vetulæ nomen, habitumque, tuliſſe videtur: Docetur enim in Sanhedrin fol. 170. b. *Ad Abrahami ætatem usque, nondum erat ſenectus: quisquis intuebatur Abrahamum, credebat ſe videre Iſaa-*

Iſaacum, nec minus, quisquis videbat Iſaacum, credebat ſe intueri Abrahamum: Quamobrem, Deum precabatur Abrahamus, ſenium ſibi obtingeret: ideoque ſcriptum eſt: (Gen. XXIV, 1,) Abraham autem erat ſenex vergens ætate. Quod de Abrahamo hic dicitur, idem, niſi omnia me fallunt, ad Saram quoque producendum, de ambobus enim eodem ſermone cap. XVIII, 1. enunciatur: *Abraham autem & Sara ſenes erant, vergentes ætate.* Et vero, quia animum inducere potuerunt Judæi, ut crederent, primos mortalium Abrahamum, & Saram conſenuiſſe, hinc eveniſſe arbitror, ut ejus rei memoriam, etiam numis ab Abrahamo fuiſſe inſculptam, tradiderint. Bava Kama fol. 97. b. *Traditio extat: Quæſitum eſt: quæ fuerit Moneta Hieroſolymitana?* (Reſponſum:) DAVID ET SALOMO, *ſcriptum erat in parte una, in altera vero:* HIEROSOLYMÆ. *Porro quæſitum, quæ fuerit Moneta Abrahami?* (Reſponſum:) *Unam partem* (exhibuiſſe verba:) SENECIO ET ANUS. *Alteram:* ADOLESCENS ET ADOLESCENTULA. Equidem, posſideo numos duos, plane tales, quales in Talmude antiqui fuiſſe memorantur: Et quorum priorem, a Judæo quodam Viennenſi redemi, poſteriore, me nuper donavit Vir Nobilis, & integerrimus, *Andreas Viatis*, pro inſignibus ſuis in me amicitiæ officiis. Ecce, figuram utriusque, ſubjicimus:

Vide Figur. I.

Meminit numi poſtremi, etiam, pius quondam in Joachimica valle Præſul Jo. Matheſius, in Sarepta p. 148. a. cujus verba adducere convenit. *Ich habe zwo alte jüdiſche Müntz bekommen, bey den löblichen*

eben Herrn von Haſſenſtein, die hat der weitberühmte Herr, Herr Boslaf von Haſſenſtein, der aufm Schlos Haſſenſtein, als ein hochgelehrter Herr, ſehr eine ſchöne Liberey hat angerichtet, und zum heiligen Land geweſen, mit ſich aus dem gelobten Land bracht, wie ſie in ein Pergament eingewickelt, darauf mit wolgedachten Herrns Hand geſchrieben: HÆC MONETA MINOR ARGENTEA EST IPSIUS ABRAHAMI. *Dieſelbige kleine Müntz, wigt ein halb Loth Silber, eben wie ein Landſeckel, und iſt rund, ungefehrlich eines halben Batzen breit. Am Korn iſt ſie fein, darauf ſind jüdiſche Buchſtaben gepreget, auf einer Seiten ſteht mitten auf der Müntz:* DER ALT UND DIE ALTE. *Damit man aber wiſſe, wen man hiemit meine, ſteht über, und unter den Wort* ZEKAN, *ein jüdiſch* A, *mit dem Titel. Und über den Wort* ZEKONAH, *ein jüdiſch* S, *daraus man leichtlich abnehmen kan, daß* ABRAHAM *der Alte, und* SARA *die Alte, genennet ſey. Auf der andern Seiten ſteht auch eine Hebreiſche Schrifft, mitten übern Groſchen* BACHUR UBETHULA: *übern und untern Wort* Bachur, *ſteht ein Jod über und untern Wort* Bethula, *ein Hebreiſch* R. *dann weil die alten Eltern* Abraham *und* Sara *auf der andern Seiten ſtehn, und* Bachur *heiſt ein Juncker, und auserwehlter junger Geſell, und* Bethula *heiſt bein Juden ein Jungfrau, die keinen Mann erkannt, wie* Gen. XXIV. *Jungfrau* Rebecca *genannt iſt, ſo hat* Abraham *ſeines Sohns* Iſaac *und Schnur* Rebecca *Nahmen, auf ſeinen Seckel wollen prägen laſſen.*

Idem p. 578.

De reliquo, conjectura nunc afferenda eſt, de horum

horum numorum origine. Nimirum, ſic conjicio: Apud ſecula priora, pietatis, aut curioſitatis impulſu, Chriſtianorum multi, Palæſtinam petebant, loca quæ præſentia Servatoris ſacravit, ſuis contemplaturi oculis, veneraturi affectu. Uti autem peregrinantium omnium, ita & ipſorum hoc fuit ſtudium, ut quædam, pro itineris memoria, domum ſecum referrent, & imprimis λείψανα Sanctorum, nummique ſacri deſiderabantur. Prorſus uti hoc ævo quoque, qui ædem Lauretanam, Romam, Aſſiſios, aut Compoſtellam ſe conferunt, conchis, crucibus, cingulis, & ſacratis numis onuſti, redire ſolent. Occaſionem hinc ſumſere Judæi, qui in iis partibus degunt, ſecundum locum quem adduximus Talmudis, fingendi numos ejusmodi, & ex illorum venditione, faciendi quæſtum. Allati in Germaniam, facile repererunt amatores, qui ad aliorum ſimilitudinem, novos flare ferire juſſerunt, & hinc illa, quam habemus copia. Ergo nobis Abrahami nummi, eodem loco ſunt, quo Hepidanni in Annalibus, * ſequens narratio: *Anno MCLXXX. Comes Rudolfus de Fulndorf Hieroſolymam petiit, & ſe perpetualiter S. Sepulchri ſervitio dicavit. Quem Abbas S. Galli rogavit ut ſibi reliquias transmitteret. Is autem petitioni volens ſatisfacere, ad quoddam cœnobium perrexit, quod ad S. Abrahamnominatur, illicque X. marcas auri obtulit. Deinde pro caritate Reliquias petiit. Illi honorifice eum tractare volentes, duxerunt eum ad altare publicum, quod in honorem Patriarcharum erat conſecratum, & altare aperientes, devote ſibi reliquias Abrahæ, & Iſaac, & Jacob*

* In Goldaſti Tom. I. Scriptor. rerum Alemannicarum p. 18.

cobostenderunt, & quia horum reliquias supra modum petiit, licet renitendo, tamen ei particulas ex eis dederunt. Comes vero capsulam pretiosi operis comparavit, ac Reliquias in illa, sub proprio sigillo condidit, & sic sigillatas Abbati S. Galli amicissimo Domino suo transmisit. Ubicunque autem hæ reliquiæ fuerint, ut illic testati sunt, illic pax & augmentum, & lenitas aëris semper erit.

CXXIII. Abrahami Testamentum. Quercus Mambre. Epicedium in Abrahami funere.

IN Bibliotheca Vindobonensi Cod. Theolog. CCCXXXVII. (hodie CCCXXXVII.) à fol. 34. pag. 1. usque ad fol. 57. p. 1. MStus exstat anonymi cujusdam Autoris liber *Testamentum Abrahami Patriarchæ* inscriptus, quo continetur teste Lambecio lib. VI. p. 304. fabulosa Narratio Græcobarbara de Abraami vita & morte. Verba tituli cum principio Narrationis sunt hæc: Ἡ διαθήκη τῆς ὁσίας Παλῆς ἡμῶν καὶ δικαίου Ἀβραάμ. Διαλύει ὁ καὶ τὸν τοῦ θανάτου πόρον, τὸ πῶς δὴ ἕκαστος τελευτᾷ ἄνθρωπος. Ἔζησεν Ἀβραὰμ τὸ μέτρον τῆς ζωῆς αὐτοῦ ἔτη * ἑκατὸν ἑβδομήκοντα πέντε, ζήσας ἐν ἡσυχείᾳ καὶ πραότητι καὶ δικαιοσύνῃ. πάνυ ὢν ὑπῆρχε ὁ δίκαιος φιλόξενος. Πήξας ὢν τὴν σκηνὴν αὐτοῦ ἐν τερεβίνθῳ τῆς δρυὸς ** τῆς Μαμβρῆ, τοὺς πάντας ὑπεδέχετο πλουσίους

* Gen. XXV. 7.

* Gen. XIII. 18 & XVIII. 1. XXI. 33. Quercus hæc ἡ ὠγυγίη καλεομένη δρῦς apud Josephum. Confer de querceto illo Mambre Ezech. Spanhemium ad Callimachum p. 378. 480.

σίας καὶ πέντας. Lambecio doctisſimo Viro hæc narratio deſumta eſſe videtur ex Apocalypſi Abrahamo ſuppoſita olim à Sethianis, ſed aliud hoc & alterius argumenti longeque junioris nugivenduli videtur eſſe commentum quale de morte Abrahami & translatione ejus in cœlum per Michaëlem Archangelum memorat libro VIII. p. 374. ſeq.

Talmudici in Bava Bathra f. 29.

Mortuo Abrahamo convenerunt Principes terræ & dixerunt unus ad alterum, væ mundo huic quia periit Dux ejus, & væ navi huic, quia periit gubernator.

CXXIV. Myſterium nominis Abrahami. Abraham Saturnus, Gigas &c. Rex Damaſci. Abraham cultus ab Alexandro Severo Imp. Alia nonnulla.

Gemara Berachot. c. 1. *p.* 146. *ex verſione Cl. V. Georg. Elieſeris Edzardi.*

ABram idem eſt qui Abraham. Ab initio enim fuit tantum Pater Aram, (*unius gentis in qua vixerat, ſede ſibi delecta in urbe Meſopotamiæ Haran, unde dictus fuit Abram*) poſtea autem factus eſt Pater totius mundi (*multitudinis ſcil. gentium, atque hinc nomen Abraham eſt ſortitus.*) Similiterque etiam eadem eſt quæ vocatur Sarai & Sara. Ab initio enim fuit tantum Domina ancillæ ſuæ (*unde cum ſuffixo ſingulari*

480. Dickinſoni Delphos Phœnizantes p. 138. & in appendice p. 38. Guil. Cavei apparatum ad Vitas Apoſtolorum p. 21. ſeq. & fortunati Seacchi Myrothecium ſacrum f. 947.

gulari dicta fuit Sarai, h. e. Domina mea) poſtea autem facta eſt Sara *, h. e. Domina totius Mundi.

*Litera He ** ex nomine DEI tetragrammato, ut in quæſtionibus Hebr. notat Hieronymus, *** nomini Abrami adjecta ex ſterili fœcundum reddidit.* Ita Cabbaliſtæ apud

* Ex Hebraicis Codicibus Geneſeos perſpicuum eſt nomini Abram additam literam He, nomini Sarai autem detractum jod eſſe. Sed Græci Abramo addunt literam a, Saræ literam r. ἓν ἄλφα τῷ Ἀβραὰμ ὀνόματι, καὶ ἓν ῥῶ τῷ Σάῤῥας ὀνόματι, ut notat Juſtinus Martyr p. 340. dialogi cum Tryphone. Sulpicius Severus lib. I. *Tunc Abrahamo & uxori ejus adjectione unius literæ nomen immutatum, ita nunc ex Abram Abraam, ex Sara Sarra dicitur.* Ab his diſcedit Eucherius Lugdunenſis: *Notandum quod utrisque nominibus Abrahæ & Sarræ tantum a literam Dominus addiderit, quæ tamen apud Hebræos per he legitur.* Philoni Σάρα eſt ἀρχὴ μου quaſi legiſſet *Sarai*: idem iisdem in locis Σάῤῥαν, ἄρχουσαν interpretatur. Hieronymus quæſt. Hebr. *Errant qui putant primum Sara per unum r ſcriptum fuiſſe, & poſtea ei alterum r additum: Et quia r apud Græcos centenarius numerus eſt, multas ſuper nomine ejus ineptias ſuſpicantur —— Cauſa autem ita nominis immutati hæc eſt, quod antea dicebatur* princeps mea, *unius tantum domus mater familias, poſtea vero dicitur abſolute* princeps, *id eſt* ἄρχουσα —— *Quidam peſſime ſuſpicantur ante eam lepram fuiſſe vocitatam, & poſtea* principem, *cum lepra* Zaraath *dicatur: quæ in noſtra quidem lingua videtur aliquam habere ſimilitudinem, in Hebræa autem* צרעת *penitus eſt diverſa.* שרה

** Franciſcus Mercurius ab Helmont in Alphabeto Hebraico p. 67. putat in literæ He myſticam ſignificationem generationis occultari, omnia enim animantia fervore libidinis agitata hujus quaſi literæ ſonum anhelando producere videri.

*** Vide ſupra p. 355.

apud Jo. Reuchlinum lib. 1, de Cabbala p. 631. *Nec minus indicavit fore aliquando ut ipſemet Deus ex ſemine Abrahæ naſceretur.* Ita Rich. Montacutius T. 1. Originum Eccleſ. p. 107.

Tres primæ literæ nominis Abram ordine denotant totidem perſonas SS. Trinitatis, *Ab*, *Ben*, *Ruah*. Confer disquiſitiones Biblicas Claudii Frasſenii p. 47. ſeq.

Abrahami & *Saræ*, Iſaacique a parente ſuo immolandi hiſtoriam ſub Saturni, *Anobret* & Jehud nominibus exponi a Porphyrio in loco quem dedi ſupra p. 368. poſt Scaligerum ad fragmenta Græcorum p. 48 agnoſcunt Bochartus lib. 2. Chanaam c. 2. Huetius p. 116. demonſtrat. Evangel. Theophilus Galeus in Atrio Gentilium Anglice edito lib. 2. p. 7. ſeq. aliique.

Judæi fabulantur Abrahamum perinde ut Adamum fuiſſe virum vægrandi ſtatura Gigantea, Vide Jo. Morini Exercitationes Biblicas p. 328.

Juſtinum XXXVI. 2. ex Trogo Pompejo ſi audimus, Abraamus fuit Damaſci Rex, cui etiam aſſentitur Nic. Damaſcēnus in loco ſupra p. 357. allato Regem Damaſci appellans. Sane pro illa ætate non male convenit illi Regis * nomen, Principi potentis familiæ, magnique tractus quem occupaverat Gen. XIII. Domino, ducique exercitus, & quatuor Regum victori, unde etiam נשיא אלהים *Prin-*

* Vide ſis quæ pro regia Abrahami poteſtate Adrianus Houtynus in Monarchia Hebræorum Lugd. Bat. 1685. cap. 1. licet Regem proprie dictum fuiſſe negant D. Abr. Rechenbergius in diſſ. de ficta ante Saulem Hebræorum Monarchia civili Lipſiæ 1687 §. 9. ſeq. & Jo. Jacobus Schudt in Compendio Hiſt. Judaicæ p. 45.

Princeps Dei ſive magnus Princeps dicitur Gen. XXIII. 6.

De Alexandro Severo Ælius Lampridius in ejus vita c. 29. *Si facultas eſſet, ideſt, ſi non cum uxore cubuiſſet, matutinis horis in lararío ſuo, in quo & divos Principes ſed optimos electos, & animas ſanctiores, in queis & Apollonium, & quantum ſcriptor ſuorum temporum dicit Chriſtum,* Abraham *& Orpheum, & hujuscemodi deos* (MSS. Reg. & Palatin. hujus cæteros) *habebat ac majorum effigies, rem divinam faciebat.* Confer Rev. D. Georg. Henrici Gœzii meletemata Annæbergenſia diſſ. XVII. quæ eſt de cultu Abrahami, ubi inter alia p. 916. affertur hymnus in Eccleſia Romana ad Abrahamum decantari ſolitus:

Tu Pater adſis Abraham,
claram gerens proſapiam,
cum ipſis, neceſſariam
nobis, precando veniam.

Et p. 920. hæc pſeudo Origenis in planctu ſive lamento: *Incipiam me genibus proſternere & deprecari univerſos ſanctos, ut mihi non audenti petere Deum propter nimietatem peccati, ſuccurrant. O ſancti, vos lacrymis & fletu pleno doloris deprecor, ut procidatis miſericordiis ejus pro me miſero. Pater Abraham deprecare pro me.*

CXXV. Haruſpicina & auſpicia Abraami. Preces contra picas, ſemina terræ Chaldæorum abſumentes.

HAruſpicinæ & auſpiciorum monſtratorem fuiſſe Abraamum, Julianus Imp. olim collegit

ex iis quæ de Abraamo legerat Geneſ. XV. 11. 17. ſed eum recte refellit Cyrillus Alex. libro X. contra Julianum p. 359. ſeq. edit. Lipſienſis. Confer Ezech. Spanhemii commentarium ad Callimachum p. 628. ſeq. Sane διχοτομήματα illa hoſtiarum, avesque quæ in loco Geneſeos memorantur, nihil cum haruſpicina & auſpiciis commune habent, ſed referunt antiquiſſimum Chaldæorum ritum, fœdera ſanciendi diviſis hoſtiis & tranſitu per illas facto. Unde Hebræi dicunt *fœdus dividere*, ברות הבריות quod alii *ferire*, *percutere* ab alio ritu quo animal lapide feriebatur. Confer interpretes ad Geneſeos locum & ad Jeremiæ XXXIV. 18. 19. Bochartum T. I. Hierozoici p. 325. ſq. Joachimi Kuhnii pentadem 2. quæſtionem Philologicarum quæſt. 2. Andream Maſium ad Joſuam p. 167. Jo. Conradi Dieterici Antiquitates Vet. Teſt. p. 633. Grotium ad Deut. XXIX. 28. & Matthæi XXVI. 28. Jacobi Geuſii victimas humanes T. I. p. 286. ſeq. & Tho. Gatakeri Adverſaria Miſcellanea p. 421. ſeq edit. Lond.

Gregorius Abulpharajius in Hiſtoria Dynaſtiarum p. 13.

Cum Abraam annorum eſſet quindecim, annuit Deus precibus ejus contra picas quæ terram Chaldæorum vaſtabant ſemina terræ ab iis mandata perdentes. Incenditque ille templum Idolorum in urbe Chaldæorum, at Haran frater ipſius ad extinguendum ignem ingreſſus combuſtus eſt. Ideoque fugiens Abraam annos jam natus ſexagin-

ta

ta cum patre ſuo Tareh, fratreque Nahor, & Loto Harani fratris ſui qui igne periit filio, ad urbem Harran, in ea quatuordecim annis degit. Tum allocutus eum Deus, emigra, inquit, ex hac terra quæ habitaculum eſt patrum tuorum, eo quo te jubeam: aſſumtis ergo Sara uxore ſua & Loto fratris ſuæ filio in terram Canaan aſcendit.

CXXVI. Abraam a DEO de multis peculiariter edoctus. Judex conſtitutus ad portas inferorum.

Scipio Sgambatus in Archivis Veteris Teſt. p. 194. 195.

BEreſcith Rabba ſect. XLIX. in illa verba Gen. XVIII. *Num celare potero Abraham, quæ geſturus ſum?* Multa de iis, quæ DEus Abrahamo revelavit, ex Veterum traditione ſcribit: inter alia ſic DEum inducit loquentem: *Oſtendi illi legem, quam daturus ſum, & judicium Sodomorum non indicabo illi? R. Acha nomine R. Samuel, F. Nachman, qui hoc habuit ex R. Nathan, dixit: Usque ad leviſſimas quæſtiones, quæ poſtea exagitata ſunt in lege, Abrahamus ſciebat: etiam nomen novum quod Hieroſolyma impoſiturus Deus erat, ut ſcriptum eſt, & vocabitur Hieruſalem ſolium Domini, Abrahamus ſciebat. R. Chayn, & Rabbini Themanenſes ex nomine R. Judæ dixerunt: Nullus dies tranſit, quo Deus non aliquam novam quæſtionem proponat in ſuprema illa Academia, & has etiam quæſtiones Abraham ſciebat.* Pluribus quoque locis dicunt, Abrahamo Deum oſtendiſſe præcipua quæque Hebræis

eventura: ut in *Bereſchit Rabba* cap. LVI. ubi inter alia dicitur DEUS oſtendiſſe Abrahamo Templi ædificationem, ac deſtructionem, & rurſus ædificationem. Melius, ac certius dicerent, Abrahamo oſtenſum à DEo Meſſiam; quandoquidem id tam aperte Meſſias ipſe teſtatus eſt *: *Abraham pater veſter exultavit, ut videret diem meum, vidit, & gavisus eſt.* Mechilta, ut refert Jalkut ſect. Jethro, ait, Deum oſtendiſſe Abrahamo tranſitum maris Rubri, legislationem, & ſtatum animarum in Gehenna. *Vaikra Rabba* addit oſtenſa illi Regna quatuor Aſſyriorum, Perſarum, Græcorum, Romanorum, eorum initia, progreſſiones, caſus. *Bava Bathra* cap. 1. ait, Abrahamo Deum concesſiſſe ut adhuc vivens fontem vitæ æternæ deguſtaret. Abrahamum ſedere ad Inferi portas veluti judicem, & cognitorem cauſarum traditio Hebraica eſt in *Bereſcith Rabba*, & refert Jalkut in Pſal. n. 773. Alii Abrahamo addunt Iſaacum, & Jacobum. Hinc forte Græcis fabula, qua tres apud Inferorum oſtia Judices conſtituuntur.

CXXVII. Colloquium Abrahæ cum divite epulone. Sinus Abrahami. Cum Abrahamo, Iſaaco & Jacobo aſſidentes menſæ in regno cœlorum.

QUæ Abrahamus cum divite epulone (Nimeuſim ** vocat Euthymius) poſt fata locutus inducitur à Chriſto Luc. XVI. 25. depingi ita per

* Joh. VIII. 56.

** Alii Herodem perſtringi putant. Vide Montacutii Origines Eccleſiaſticas T. 2. p. 223. ſq.

per ἀλληγόρωσιν judicat Juſtinus quæſt. 60. ad Orthodoxos, & per parabolam ſive δραματικῶς (ut ſcribit Aſterius T. 1. auctarii novi Combefiſiani p. 20.) tradi creditum à Theophilo libro IV. allegoriarum in Evangelia, Clementè Alex. IV. Strom. p. 486. Athanaſio juniore quæſt. 21. ad Antiochum & Anaſtaſio Sinaita qu. 91. Idem ſentiunt præter Nazianzenum, Epiphanium, Damaſcenum aliosque Theophylactus Chryſoſtomum homiliis de Lazaro ſecutus, Eucherius, & Titus Boſtrenſis, Cyrillus item in Catena Corderiana ad Lucam: Beza quoque teſtatus eſt in pervetuſto ſuo MS. Codice Græco-Latino præmiſſa reperiſſe ſe hæc verba: εἰπὲ δὲ καὶ ἑτέραν παραβολήν. Idem in uno ſuorum Rob. Stephanus invenit, atque in latino Codice valde antiquo Bibl. Bodlejanæ Joannes Millius. Quavis tamen hiſtoria verius fideque dignius eſt, divites immiſericordes ac luxorioſos, ſi in hac impietate ſua mortem obeant, venire in locum tormentorum, ubi ſine guttula conſolationis relicti in omne ævum excruciabuntur: pios vero licet in hac vita neglectos & contemtos, ſtatim poſt exceſſum ex hac vita ab angelis portari in cœleſtia tempe ibi in perpetuum recreandos & cum Abrahamo, Iſaaco & Jacobo divini Convivii * æternum futu-

* Vitæ cœleſtis ac ſempiternæ felicitas ſub Convivii cœleſtis imagine adumbratur non modo à ſacris ſcriptoribus ſed etiam ab externis, ut docuerunt Jo Clericus ad ſcholiaſtem Luciani T. 1. p. 31. & ad Pedonem p. 170. & Lambertus Bos diatribis ad Novum fœdus p. 33. 34. ubi verba Chriſti ad latronem Luc. XX. 43. *Hodie apud me eris in paradiſo* docet eſſe verba promittentis conſortem eum futurum ſecum cœle-

ros participes Matth. VIII. 11. quæ cauſa eſt cur locus ille ſempiternæ beatitatis iam dicatur *ſinus Abrahæ*, ** jam ut in Conſtitutionibus Apoſtolicis VIII. 51. *** *ſinus Abrahami, Iſaaci & Jacobi.* Qui enim

cœleſtis convivii. Empedocles apud Clementem V. Strom. p. 607.

Ἀθανάτοις ἄλλοισιν ὁμέζιοι ἔνδε τραπέζης.

Et frequens hoc in Judæorum ſcriptis, à quibus accepit Muhamedes in Corano.

** Luc. XVI. 22. ad quem locum viri docti jam attulerunt illud è Maſſechet Kiddushin fol. 72. c. 2. היום יושב בחיקי של אברהם *Hodie diſcumbes in ſinu Abrahami.* Idem vero eſt cum Abrahamo patre fidelium in cœleſti, menſa accumbere atque accumbere cum Deo Abrahami, & in ſinu ejus in quo Abraham acquieſcit, uti genus hoc loquendi interpretatur B. Seb. Schmidius diſſ. XV. faſciculi quæ eſt de ſinu Abrahami, vel ut Aſterius T. I. auctarii Combefiſiani p. 16. explicat, cubare in ſinu Chriſti filii Abrahæ. Præſtat porro cum illis viris doctis ſentire, qui ad morem convivii, de quo dixi, reſpici contendunt, quam cum Daniele Feſſelio lib. I. Adverſar. ſacr. cap. 10. phraſin illam referre ad morem parentum qui parvulos natos tollere humo & in ſinu fovere ſolent. Alia ſi placet vide apud Svicerum T. 2. p. 138. ſeq. & in Georgii Vechneri libello de ſinu Abrahæ.

*** Conſtitutiones Apoſtol. VIII. 41. καὶ ἵλεως καὶ εὐμενὴς γενόμενος κατατάξῃ εἰς χώραν εὐσεβῶν, ἀναπαυομένων εἰς κόλπον Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, μετὰ πάντων τῶν ἀπ' αἰῶνος εὐαρεστησάντων καὶ ποιησάντων τὸ θέλημα αὐτοῦ, ἔνθα ἀπέδρα ὀδύνη, καὶ λύπη καὶ στεναγμός. *Et propitius clemensque factus* (DEus) *collocet eum in regione piorum, quieſcentium in ſinu Abrahami, Iſaaci & Jacobi, cum omnibus qui a ſæculo placuerunt Deo, ac ejus voluntatem fecerunt, unde aufugit dolor, triſtitia & gemitus.*

enim ad menſam proximi alicui accumbunt, dicuntur in ſinu illius recubare, ut ex Joh. XIII. 23. Livio XXXIX. 43. & Plinio IV. 22. Epiſt. conſtat. Atque ita Filius ipſe dicitur eſſe in ſinu DEI patris Joh. I. 18.

CXXVIII. Scriptum trium Patriarcharum nomini ſuppoſitum.

MEmoratur in loco Conſtitutionum Apoſtolicarum Clementi Romano tributarum, quem dedi ſupra p. 221. ubi ad verba τριῶν Πατριαρχῶν] hæc annotat doctiſſimus Cotelerius: *Opinor Abrahami, Iſaaci & Jacobi. Atque is eſt forſan liber qui inſcribitur* Πατριάρχαι *in Athanaſii Synopſi* (ſupra p. 402.) *in Nicephori CPolitani Canone* (ſupra p. 403.) *& in MS. Laterculo. Hieronymus Vigilantio*: Et ſi tibi placuerit, legito fictas revelationes omnium Patriarcharum & Prophetarum.

Jo. Erneſtus Grabius in notis ad T. I. ſpicilegii Patrum p. 338. vocat Διαθήκας τριῶν Πατριαρχῶν, atque notat in teſtamento XII. Patriarcharum, teſtamento Benjaminis ſect. 10. mentionem fieri teſtamenti ab Abrahamo, Iſaaco & Jacobo facti.

Ποιήσατε οὖν ἀλήθειαν καὶ δικαιοσύνην ἕκας-Θ· μετὰ τοῦ πλησίον αὐτοῦ, καὶ κρίμα εἰς πίστοποίησιν, καὶ τὸν νόμον Κυρίου καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ φυλάξατε. ταῦτα γὰρ ἀντὶ πάσης

Facite igitur veritatem & juſtitiam unusquisque cum proximo ſuo, judicium & fidei operationem, & Legem Domini & mandata ejus cuſtodite. Hoc enim

κλη-

κληρονομίας ὑμᾶς διδάσκω. Καὶ ὑμεῖς ἂν δότε ταῦτα τοῖς τέκνοις ὑμῶν εἰς κατάσχεσιν αἰώνιον. Τοῦτο γὰρ ἐποίησεν Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ. Ταῦτα πάντα ὑμᾶς κατελειπον, εἰπόντες· Φυλάξασθε τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ, ἕως ὅτου ὁ Κύριος ἀποκαλύψει τὸ σωτήριον αὐτοῦ τοῖς ἔθνεσι. Τότε ὄψεσθε Ἐνὼχ, Νῶε, Σὴμ καὶ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ ἀνισταμένους ἐκ δεξιῶν ἐν ἀγαλλιάσει.

vos pro omni hereditate doceo. Et vos igitur date hæc filiis vestris in possessionem sempiternam, hoc enim fecerunt Abraam, Isaac & Jacob: Omnia hæc dederunt nobis in hereditatem, dicentes: Custodite mandata DEI, usquequo revelet Dominus salutare suum omnibus gentibus. Tunc videbitis Enoch, Noë, Sem, Abraam, Isaac & Jacob resurgentes à dextris in exultatione.

CXXIX. Apocrypha de LOTO narratio sive fabula ex MS. Claromontano Annalium Mich. Glycæ, in notis Phil. Labbei ad Glycam p. 358.

Αἱ θυγατέρες τοῦ Λὼτ νομίσασαι ὅτι ὁ κόσμος ἅπας ἤδη ἀπώλετο, καὶ σπέρμα αὐταῖς οὐκ ἔτι γενήσεται, ἐμέθυσαν τὸν πατέρα αὐτῶν οἴνῳ, καὶ συνουσιάσθη αὐταῖς, μὴ εἰδὼς ἐκ τῆς μέθης τὸ γεγονός

Filiæ Loti ratæ totum orbem terrarum esse deletum, & semen sibi nullum reliquum fore, patrem suum vino inebriant. Hic itaque cum illis concubuit, nec præ ebrietate * quid fo-

παρ

* Loti nomen Eucherius, Hieronymus & alii veteres interpretantur

παρ' αὐτῦ. Τῦτο γὰρ γνωρίσας ἐξ αὐλῦ ὁ θεῖος αὐτῦ Ἀβραὰμ καὶ λυπηθεὶς, ἐξαπέστειλεν αὐλὸν εἰς τὰ μέρη τῦ ποταμῦ Νείλυ, ἐπαίρειν ἐξ αὐλῦ ὡς δῆθεν δαλὸς τρεῖς, τῇ δ' ἀληθείᾳ, ἵνα θηριόβρωτος γένηται καὶ ἐξιλεώσας τὸ ἁμάρτημα. Ὁ δὲ λὼτ ταχυδρομήσας, οἰκονομίᾳ θεῦ προσήνεγκε τῷ Ἀβραὰμ δαλὸς τρεῖς, ἤγαν ἐκ κυπαρίσσυ, ἐκ πεύκυ, καὶ ἐκ κέδρυ. Καὶ θαυμάσας ὁ Ἀβραὰμ ὅτι διεσώθη ἐκ τῶν θηρίων ἀλώβητος, ἐδόξασε τὸν Θεόν. Ἀνελθόντες δὲ ἀμφότεροι μετὰ τῶν δαλῶν εἰς τὸ ὄρος, ἔπηξεν αὐτὺς ἐπὶ πέτραν ὁ Ἀβραὰμ χωρὶς ἀπ' ἀλλήλων, πλησίον δὲ, ὡς Φέρονται σχῆμα τρίγωνον, προσέταξε δὲ τῷ λὼτ ἀπο-

ciſſet ſenſit. Quod cum patruus ejus Abraam comperiſſet, ſuper re hac valde contriſtatus, ad confinia Nili fluvii eum miſit, veluti arceſſiturum tres ſtipites ligni, revera autem devorandum à beſtiis, atque ita peccatum expiaturum. At Lotus celeriter maturato curſu, DEO ita moderante tres Abrahamo ſtipites attulit, ex cypreſſo, picea & cedro. Miratus Abraamus cum videret eum illæſum à beſtiis ſervatum, DEI laudes celebravit. Ambo itaque cum ſtipitibus montem aſcendunt, ubi Abraamus ſeparatim ſingulos plantavit, propius tamen ita poſitos, ut trianguli formam re-

ége-

tantur *declinantem* ſive *finitum*, aut ἀποκλειστὸν, & *vacantem*. Nam quod apud Marcianæum T. 2. Hieron. p. 222. dicitur λελυτρωμένος ἔκλασα ἐκκλησίας ης, non videtur eſſe nominis expoſitio, ſed petita a re quod liberatus per fratrem & Angelos, & pœnitentiæ apud Sodomitas præco fuit, de quo videndus Herbelotus in Bibliotheca Orientali.

ἐρχεσθαι καὶ ἀντλεῖν ὕδωρ ἐκ τοῦ Ἰορδάνου, καὶ ποτίζειν αὐτὰ καθ' ἡμέραν. Ἀπεῖχε δὲ τὸ ὄρος ἐκ τοῦ Ἰορδάνου ὡσεὶ μίλια κδ'. Ἐν τοῖς δὲ μησὶν τρισὶν ἐβλάστησαν οἱ δαλοί. καὶ κατελθὼν ὁ Λὼτ ἐξεῖπε τοῦτο τῷ Ἀβραάμ. Καὶ ἀνελθόντες ἰδεῖν τὸ γεγονὸς, εὗρησαν, ὅτι ἠνώθησαν οἱ τρεῖς δαλοὶ καὶ εἰς ἓν ἐγεγόνεισαν, αἱ ῥίζαι δὲ μόναι ἐναπελείφθησαν ὡς καὶ ἐφυτεύθησαν κεχωρισμέναι. Ἰδὼν δὲ Ἀβραὰμ τὸ γεγονὸς ἐν τοῖς ξηροῖς ξύλοις, πεσὼν προσεκύνησε τῷ Κυρίῳ καὶ εἶπε· τοῦτο δὲ τὸ ξύλον ἔσαι ἁμαρτίας ἀπόφασις. Τὸ

ferrent. Iusſitque Lothum abire, haurire aquam è Jordano & quotidie illos rigare. Fuit autem diſtantia montis à Jordano milliaria viginti quatuor. Atque intra trium menſium ſpatium ſtipites germinarunt, ex quo Lothus abiit, & Abrahamo hoc renunciauit. Venientes igitur rem viſuri deprehendunt tres ſtipites in unum coaluiſſe, ſolis radicibus uti plantatæ erant ſeparatis ** manentibus. Quod Abraamus in aridis lignis contigiſſe animadvertens pro-

** Gen. XIX. 33.35. Hieron. in qvæſt. Hebr. ad illum locum: *Hebræi appunguns deſuper quaſi incredibile & quod rerum natura haud capiat, coire quempiam neſcientem.* Sed reſte notant alii non plane Lotum dici nihil ſenſiſſe, ſed tantum largiore potu victum non cogitaſſe uxorem ſuam extinctam & cum accumbente filia luminibus ſublatis velut cum conjuge rem habuiſſe. Hoc enim magis credibile quam uſam pro pellice aut ſerva, quod recentibus interpretibus in mentem veniſſe video. Frigidius eſt quod alii ebrios ad Venerem ineptos eſſe objiciunt. Namque Ovidio etiam teſte *Vina parant animum Veneri, niſi plurima ſumas.* Sic Bacchus Nicæa nympha potitus cum fontem ex quo à venatione bibere illa ſolebat vino loco aquæ replevit, ut eſt apud Memnonem c. 43. Phot. Cod. 124.

δὲ ξύλον εἰς μέγα δένδρον ἐγένετο, διαρκέσαν αὐτὸ μέχρι καὶ τῆς βασιλείας Σολομῶντος. Ἔλαβε δὲ πληροφορίαν ὁ Ἀβραὰμ ὅτι ἀφέωνται τὰ ἁμαρτίαις τῷ Λώτ. Ὅτε δὲ ὁ ναὸς τῶν Ἱεροσολύμων ἐκτίζετο, μετὰ τῶν ἄλλων ἐξεκόπη καὶ αὐτὸ τὸ δένδρον, καὶ πελεκηθὲν ἔκειτο ἀργὸν ἐν τῷ ἱερῷ, οἰκονομίᾳ καὶ τούτου Θεοῦ. Ὅτε ἦν ἔμελλε παθεῖν τὸ ὑπὲρ τοῦ κόσμου σωτήριον πάθος ὁ Χριστὸς καὶ Θεὸς ἡμῶν, ἐσταυρώθη ἐν αὐτῷ ὑπὸ Ἰουδαίων.

cidit Dominumque adoravit, & hoc lignum, inquit, peccati abolitio erit. Factaque est prægrandis arbor, quæ duravit usque ad regnum Salomonis. Abraam vero exinde confidit, peccatum Lotho remissum esse. Cum porro templum. Hierosolymis conderetur, præter alias arbores etiam hæc excisa fuit, atque cæsa jacuit in templo otiosa, id quoque Deo ita moderante. Cum vero subiturus esset pro Mundo salutarem pasionem Christus & Deus noster, in eadem a Judæis crucifixus est.

CXXX. Loti uxor Edith. Filia altera Plutith. Alia nonnulla.

V. C. Hermannus ab Hardt in Ephemeridibus Philologicis p. 90. notat ab antiquis Rabbinis uxorem Lothi vocari עדית *Edith* velut *testem* dicas, stultitiæ nimirum & imprudentiæ fœmininæ. Pirke R. Elieser c. 25. & Josua Aben Schuisin Legem f. ד c. 1. sicut & altera Lothi filia dicta פלוטית *Plutith*. Pirke R. Elieser c. 25. Forte nomen Edith respicit ad testimonium & monumen-

mentum quod ſuæ & poſterorum ætati præbuit, revertens Sodomam, ſive diutius ibi moras nectens (hoc enim reſpicere eſt) fulmine indurante tacta * atque ſic facta fuit columna ſalis, ** *caute ſigillati longum ſalis effigiata.* Omitto quod Loti uxorem ſub Niobes, Proſerpinæ vel Eurydices nomine in fabulis Græcorum jactari, vel ſub Adonide, Orpheo, Ammoneque, Philemone ac Baucide aut Cinyra Myrrhæ patre latere Lotum, vel Lethes fluvio nomen dediſſe, uti Myrrhæ Gomorram: & ſub Trojanæ ἁλώσεως atque excidii imagine excidium Sodomiticum ſignificari quidam hariolati ſunt.

CXXXI.

* Henricus Morus p. 220. Operum Theol. Georg. Caſpar Kirchmaierus diſſ. de ſale, Witeb. 1659. §. ult. Herm. ab Hardt Ephemerid. philolog. diſcurſ. 4. p. 79. & Chriſtoph. Auguſt. Heumanni diſſ. de fato uxoris Loti non miraculoſo Jen. 1708.

** Prudentius Hamartigenia v. 745. De illa columna ſalis præter interpretes ad Geneſ. XIX. 26. Sapient. X. 7. & Luc. XVII. 32. conſer ſi placet Jo. Jac. Schudtii Hiſtoriam Judaicam p. 322. ſeq. Pauli Colomeſii opera p. 631. editionis à me curatæ, Tho. Bartholinum de morbis Biblicis p. 5. ſeq. Jo. Sauberti, Sam Schelvigii, Cæſonis Grammii & Hectoris Gotfridi Maſii diſſertationes: Henrici Pontani Orationem de ſale ſacrificiorum Traject. 1703. 4. ubi oppugnat Clariſſ. Hardtii ſententiam, per στήλην ἁλὸς monumentum poſt mortem fœminæ poſitum intelligentis: Hermanni Witſii Dodecadem Exerc. 3. qua diſputat adverſus opinionem Jo. Clerici, qui in diſſ. de ſtatua ſalina ſubjuncta commentariis in Geneſin, uxorem Loti metu diriguiſſe, atque ut poſt Aaronem Judæum Caraitam, laudatum Rich. Simoni præf. ad N. T. Gallice verſum, Chevræus in Chevreanis T. 1. p. 321. obſtupuiſſe petræ ſive ſaxo ſimilem, aut tetro vapore fuiſſe ſuffocatam contenderat.

CXXXI. ISAACUS à Semo inſtitutus, Auctor precum pomeridianarum, Alia quædam.

Sgambatus lib. 2. Archivorum Vet. Teſt. p. 197. ſeq.

AJunt Hebræi Iſaacum ad Semi, & Heberi ſcholas itaſſe. Quin Medras (& refert Jalkut ſect. וירא) ait: Cum Abrahamus Dei juſſu proficiſceretur in Montem Moria, ut ibi filium immolaret, Saræ interroganti, quo pergeret, dixiſſe, velle ſe filium Semo ſiſtere, eique erudiendum tradere. Ne vero poſtea mendax deprehenderetur, res ipſa ſic tulit: Cum enim è præſentisſima nece ereptus eſſet, a Patre ductus eſt ad Semum, atque Heberum, a quibus eruditus eſt. R. Ghedolias in Catena Kabbalæ: *Iſaac, poſtquam immolationem evaſit, miſſus eſt ad Academiam Sem, in qua fuit, quoad Eleazar illi attulit Rebeccam uxorem.* Bereſcith Rabba ſect. LVII. *Miſit illum Abraham ad Sem, ut ab eo diſceret legem Dei.* Deinde addit: *R. Joſe filius Canina dixit, cum clam, & noctu eſſe miſſum, ne ſcilicet* (ob gloriam illuſtris illius facti) *invidiam ſubiret. Sic Ananias, Azarias, Miſael, poſtquam caminum ignis evaſerunt, non commemorantur ampliùs, nec ſcitur quo iverint.* Erat autem eo tempore Iſaac, ut Seder Olam recenſet, annorum XXXVII. Non pigebit & quædam alia ex iis, quæ de ipſo Hebræi dicunt, quæ ab inſtituto minus abhorrere videntur, indicare. Tanchuma, & ex eo Jalkut ſectione תולדות ajunt, ei a Deo oſtenſam eſſe gloriam Templi Primi, Secundi, & Tertii. De tertio quidem, niſi allego-

ricè loquuntur, ſomniant. Nullum enim erit, quod illi pollicentur, Tertium Templum. Bereſcith Rabba ſect. XCVIII. ait, Iſaac voluiſſe Eſau Filio, quem tantopere diligebat, multa è futuris, & præcipue Finem Temporum, id eſt, Meſſiæ adventum, indicare; ſed cum hoc tentare vellet נסתלקה ממנו שכינה *Sublata eſt ab eo Divina præſentia*, hoc eſt Spiritu fatidico deſtitutus eſt. Nomen hoc Iſaac, Hebraice יצחק ita interpretatur ex numeris literarum eadem Bereſcith Rabba ſect. LIV. י id eſt X. ob decem præcepta, quæ ſtudioſisſime ſervavit, צ, id eſt XC. ob totidem annos, quos vixerat ejus mater, cum eum peperit: ח, id eſt VIII. ideo quod primus hic octavo die ſit circumciſus, ק, id eſt C. quia tot annos natus erat Abraham, cum eum genuit. Sic in literis argutantur Hebræi; verum ut ad ea, quæ illi tribuuntur, veniam, nihil aliud invenio quam.

תפילת מנחה Orationes Pomeridianas.

Triplex enim Hebræis eſt Precum ordo, Matutinus, Pomeridianus, Veſpertinus, ex illo Pſalmi præſcriptus: * *Veſpere, & mane, & meridie narrabo, & annunciabo, & exaudiet vocem meam.* Matutina Abrahami, ** pomeridiana Iſaaci, veſpertina † Jacobi. Nec omittendum quod in capitibus R. Elieſer, & in Medras eſt, Hebræos dicere, Iſaacum eo tempore quo a Patre jam jam immolandus, extaſi quadam pene mortuum fuiſſe; cumque paulo poſt ad ſe rediiſſet, & quodammodo revixiſſet, ſtatim eam orationem dixiſſe, quæ incipit ברוך מחיה מתים *Benedictus qui vivificas mortuos.* Hæc illi, ut ſuarum precum, quas credibile eſt a multo re-

* Pſal. LV. 18. ** ſupra p. 403. † p. 438.

recentioribus auctoribus esse compositas, ex fabulosa origine pretium augeant. Clemens quoque lib. 1. Recogn. c. VII. velut ex Petro, narrat *Abrahamum, cum duos filios tempore, quo adhuc in ignorantia rerum vixerat, suscepisset, Dei agnitione percepta, petiisse, ut ex Sara, quæ erat conjux legitima, cum esset sterilis, progeniem habere mereretur*: ut scilicet a Deo sapientiæ legitimum haberet hæredem.

CXXXII. JACOBI studia. Angelus ejus præceptor Peliel. Scripta ei tributa, *Scala* & *Testamentum*. Inscriptio lapidis ab eo positi.

Petrus Lambecius lib. 1. prodromi Historiæ literariæ p. 53. seq.

PAtriarcha *Jacobus*, præterquam quod traditum sibi a maioribus veræ Theologiæ studium & conservationem linguæ primitivæ ad posteros suos fidelissime propagavit, *artes* etiam *liberales* excoluit & professus est. Qua de re R. P. Stephanus Menochius de Rep. Hebr. lib. 7. cap. 1. quæst. 2. sic scribit: *Quæritur an Jacob suo tempore artes liberales docuerit. Respondeo, docuisse: nam scimus ex sacris literis, eum fuisse ad sapientiæ studia ab ipsa natura formatum; quippe lenis ut dicitur Genes. 27. h. e. levi cute, mollibus carnibus, quæ, ut docet Aristoteles in Physiognomonicis, ingenii boni & docilis sunt argumenta. De eodem dicitur, habitasse eum in tabernaculis; Onkelos interpretatur in domo doctrinæ, quod Hebræi ad scholas Theologicas referunt, quas eum frequentasse volunt, do-*

Horibus Sem & Heber, * *aut ſecundum alios Melchiſedech.* Hucusque Menochius. De *Cabbaliſtice* Jacobi *ſtudio*, quod a Judæis ipſi attribuitur, & angelo *Peliele* præceptore ipſius, extat ſingularis locus apud Reuchlinum de Arte Cabbaliſtica lib. 1. ubi Simon Judæus ita diſſerit: *Iſaaco de filiorum altero ſpes non erat, qui jam benedictionem paternam exercitatione venandi amiſerat: Eſau nomen fuit. De altero magna ſibi pollicitus pater prædicit his verbis rei venturæ vaticinium prætendentibus: Servient tibi populi & adorabunt te gentes. Non acciderat igitur ſine cauſa de Jacob (ſic enim appellabatur iſte filius) tam ingens majoribus noſtris univerſæ ſalutis expectatio, ſed quia omnium mortalium primus ipſe vidit portam cœli apertam, & ſcalam a terra in cœlum porrectam & in ea conſiſtentes quatuor literas I. H. V. H, quas apprehendere gerebat in votis. Conſonantem quoque Sin per notariacon* שמן *id eſt, unctionem deſignantem, operi adjecit, quo delibutum lapidem in templum quoddam nomine Bethel exædificavit. Augebat ſuſpicionem quod angelus Peliel Jacob erat familiaris, qui multa conſtanti opinione & ſermone præmonuit: tum quod Jacob elegit ſibi Deum: tum quod beatus erit ille, cui Deus Jacob in adjutorio ejus. Scribunt autem Cabbaliſtæ ſic:* רבו של יעקב פליאל *id eſt: Præceptor Jacob fuit Peliel. Sed edoctus ab angelo ſuo Jacob, ſe non fore illum Salvatorem, quem hactenus cœleſtis Cabbala prætulerit,*

* Plura in hanc rem Sgambatus p. 199. ſeq. qui rerum naturæ peritum fuiſſe Jacobum colligit ex virgis illis ſemidecorticatis quas ovibus in aquis ſpectandas objecit, de quo præter interpretes ad Geneſ. XXX. & Godfr Vockerodti diſſ. confer Cornelium Agrippam de occulta Philoſ. lib. 1. c. 65. & Jo. Lomeieri part. 2. dies genial. diſſ. 8. Petavii diſſ. ad Uranolog. p. 15. edit. novæ.

vit, negotium in aliud ſeculum divinâ revelatione rejecit, ſic dicens: Congregamini & annunciabo vobis, quod contingat in poſtremo dierum. Non auferetur ſceptrum de Juda & legislator de femore ejus, donec veniat Silo, & eidem congregatio gentium. Quo vaticinio innotuit aliquem quandoque fore ſalvatorem humani generis, qui & ex Juda, & in poſtremis dierum naſceretur, & eſſet Silo & ſceptrum regni gereret, & ad ipſum gentes confluerent. Hactenus Simon ille apud Reuchlinum. Quod jam porro ad ſcripta ſuppoſititia, quæ vel antiquitus ſub nomine Jacobi extitere, vel etiam nunc circumferuntur, attinet, eorum tria ad notitiam meam pervenere: nempe

I. *Scala Jacobi*, ſive Liber ab Ebionæis hæreticis confictus, in quo Patriarcha Jacobus introducebatur, exponens ſomnium de ſcalâ ad cœlum usque pertingente, quod Geneſ. cap. 28. recenſetur. Meminit hujus ὑποβολιμαίου voluminis S. Epiphanius Panarii ſive operis adverſus hæreſes lib. 1. Sect. 30. quæ vocatur τῶν Εβιωναίων, his verbis: ἀναβαθμοὺς γάρ τινας καὶ ὑφηγήσεις δῆθεν ἐν ἀναβαθμοῖς Ἰακὼβ ὑποτίθενται, ὡς ἐξηγεμένους κατά τε τὸν ναὸν καὶ τῶν θυσιῶν, κατά τε τὸν πυρὸν τὸν ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ καὶ ἄλλα πολλὰ κενοφωνίας ἔμπλεα· h. e. interprete Jano Cornario: *Scalas enim quasdam & in ipſas ſcalas expoſitiones Iacobi proponunt Ebionæi, velut qui exponat contra templum & ſacrificia, contraque ignem in altari, & alia multa vanitate plena.*

II. *Teſtamentum Iacobi*, ad imitationem illius prophetiæ Jacobi, quæ extat Geneſ. cap. 49. con-

fictum, & merito inter apocryphos libros relatum a Pontifice Gelasio I. in Concilio septuaginta Episcoporum Romæ habito. Ipsa Gelasii verba, quæ in Decreto Gratiani distinct. XV. cap. *Sancta Romana* extant, hæc sunt: *Liber, qui appellatur Testamentum Jacob, apocryphus.*

III. *Titulus* sive *Inscriptio lapidis* post visionem scalæ cœlestis à Jacobo Patriarcha in Bethel sive Luza erecti: cujus meminit Sixtus Senensis Bibliothecæ sanctæ lib. 2. his verbis: *Citatur a Stratonico in collectaneis Titulus a Iacobo Patriarcha scriptus in Bethel Luza. Verum an titulus ille scriptura fuerit in lapide excisa, an lapis absque ulla scriptura erectus ad perpetuam conspectæ visionis memoriam, non satis profecto est manifestum.* Hæc Sixtus Senensis. Adde R. P. Bened. Pererii Commentarium in Genes. cap. 28. vers. 18. ubi de significatione vocis מַצֵּבָה, quam auctor vulgatæ versionis latinæ *titulum* reddidit, prolixè agitur.

CXXXIII. Jacobus auctor precum vespertinarum. Psalmi ei tributis.

Sgambatus in Archivis Vet. Test. p. 202, 203.

PRæces Vespertinæ, quas sub noctem recitant, Jacobo tribuunt Hebræi, sicut * Pomeridianas Isaaco, Matutinas Abrahamo. Sed hoc minime possunt vel fingere de omnibus, quæ in his precibus continentur, cum in iis multa sint lingua Syro-Chal-

* Supra p. 103. 434.

Chaldaica ſcripta, quæ inter Hebræos non niſi poſt ſecundi Templi tempora in uſu fuerunt. Multa quoque de eorum captivitate, ac Templi excidio, quæ oſtendunt, preces haſce multo poſt Patriarcharum tempora editas; licet autem Pomeridianæ preces, quibus nomen eſt מנחה *Mincha* id eſt Oblatio, aliud tempus requirerent a Veſpertinis, quas vocant *Maarabith*; tamen, ut commoditati conſulant, ſimul utrasque recitant quinta Pomeridiana, ut in ipſorum *Minhagim*, id eſt Ritualibus, & in *Orach Chaim* libello, qui eorum ritus, & mores deſcribit, videre eſt. Atque hic vetus Hebræorum conſuetudo omittenda non eſt, quæ aliquid emolumenti habet; nam antequam Veſpertinas preces in Synagoga canere incipiunt, neceſſe eſt omnes, qui adſunt inimicitias deponere, & odia remittere, quod ſi aliquis ibi adſit; cujus adverſarius vel præſens non ſit, vel odium remittere, & in amicitiam redire nolit, hic in mediam Synagogam progreſſus librum, ex quo preces recitantur, claudit, & manu percutiens dicit אני כלאו *Ego interdico*, quo ſtatim interdictum intelligitur, ne Veſpertinæ preces recitentur, antequam inter illos duos conveniat; itaque ille, quicumque eſt, ab omnibus quæritur, & ad deponenda odia communi opera, & adhortatione urgetur; ſi conſenſerint, reconciliantur, & ita Veſpertinæ preces peraguntur: ſin obſtinate recuſaverit, intermittuntur preces, & ſæpe multos dies hoc Juſtitium durat, ut ille communi luctu, & mœrore perculſus, & pudore affectus, tandem iras deponat. Hic mos quoniam Dei legi, quæ maxime charitatem

ſpectat, conſentaneus eſt, videtur ante Chriſti Adventum à ſanctis viris, & Prophetis in Synagogam inductus: & non abſimile vero eſt, Paulum huc ſpectaſſe * cum dixit: *Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram.*

Pſalmi aliquot Jacobo tribuuntur à nonnullis Hebræis. Nam Bereſcith Rabba ſic de illo ſcribit ſect. LXVIII. *Quatuordecim annis latuit in Academia Semi, & Heber; neq; ibi ſe unquam ſomno dedit, in domo vero Labanis quindecim cantica Graduum compoſuit, quæ ſunt in libro Pſalmorum. Quidam dicunt librum Pſalmorum integrum ab eo eſſe decantatum.* Hæc illi. Sed librum Pſalmorum, qui extat, ipſius non eſſe, certum eſt: ut vana, hæc, neſcio cujus, opinatio rejicitur ab ipſis Hebræis, qui non modo totum Pſalmorum librum Jacobo non adſcribunt; ſed inter illos decem Pſalmorum Auctores ** eum non recenſent.

Lapidem, quem Jacob ſuppoſuit capiti, non modo Ethnici poſtea, ſed & parentum ſuorum malè memores, & ipſa avorum prava imitatione degeneres Hebræi, deteſtanda ſuperſtitione coluerunt. Dictus eſt lapis ille Hebraice בית־אל Græce Βαιθήλ, inde Βαιτύλιον, † ut quidam putant, & Βαιθύλιοι, apud Photium, in vita Iſidori, vetus Arabiæ, & Palæſtinæ ſuperſtitio, de quibus multa Joſephus Scaliger in Euſebium, n. MM. CL. Addo illis, ideo forte Βαιτύλους lapidem, Jovis loco, Saturno oblatum fingi, ut ſcribit Heſychius, quia Hebræi in Bereſcit Rabba ſect. LXVIII. ſcribunt lapidem illum inſtar fuiſſe duodecim filiorum Iſrael, quem

* Epheſ. IV. 25. ** Supra p. 404.

† Conſer Bocharti Chanaan II. 2. Grotium & Clericum ad Geneſ. 28. Marsham. p. 56. Steph. le Moyne T. 2. p. 569.

quem etiam abſorptum dicunt, capite גוד הנשה: erant enim, inquiunt, plures lapides ובלעו כולן ונעשו אחת *Et abſorpti ſunt omnes, & facti ſunt unus.*

CXXXIV. Johannis * Lemovicenſis Morale ſomnium Pharaonis.

ad Excellentem Principem, Dominum Theobaldum, Regem Navarræ inclytum Campaniæ ac Briæ Comitem Palatinum.

EPISTOLA I.

VIctorioſo Principi, poteſtates aëreas debellanti, Domino Theobaldo, Regi Navarræ, Magnifico Campaniæ ac Briæ Comiti Palatino,

* *B. Jo. Chriſtophorus Wagenſeilius, qui primus hoc ſcriptum edidit ad calcem Epiſtolæ de Hydraſpide à ſe inventa, Altdorfii* 1690. 4. *de illo hæc tradit in Præfat.* Nicolaiburgi in Moravia, dum Judæi alicujus, indocti hominis ſitu & carie ſordidatos & ſordidos libros excutio, quædam reperi non contemnenda. Nempe Bibliorum Codices MStos binos, Hebræum alterum, alterum Latinum, multimodis notabiles, præcipue ob Auctaria. Illi enim quem ex oriente allatum eſſe ſigna oſtendunt evidentiſſima, additur libellus Chaldaicus מגילתא דאנטיוכס *Hiſtoriam Antiochi Epiphanis* recenſens, quæ eo ſermone nunquam, quod equidem norim, apud nos comparuit. Hebraice extat in quarundam Precum Judaicarum editionibus, atque legitur à Judæis in חנוכה ſive feſto Encæniorum. Latinis vulgatis Bibliis, poſt Vetus, ante Novum Teſtamentum, prorſus quaſi facer eſſet, adhæret libellus, cui *Morale Somnium Pharaonis* nomen, *Johannem Lemovicenſem* auctorem habens qui ingenium exercendo, Epiſtolas aliquas, quaſi à Pharaone Ægypti Rege, ad Joſephum Jacobi filium, & ab hoc ad illum ultro & citro miſſas, pro eruditione ſuperiorum tem-

no, ſuus Johannes, vocatus Lemovicenſis, bonum certamen certare, curſum feliciter conſummare. Rex virtutum, progreſſurus ad prælium adverſus principes tenebrarum, Viris olim ſpiritualibus inſpiravit novam Caſtrorum aciem, novam ſtellarum Cohortem caritative colligere, caritativis ſtipendiis evincere maturiores S. Philoſophiæ filios, quos ſcientia providos, gratia ſtrenuos, paupertas reddidit expeditos, accingendo gladio Spiritus, quod eſt verbum Dei, & eos ſpirituali militiæ adſcribendo. Inardeſcens autem Spiritus apoſtaticus, Spiritus Sancti molimina demolitur, Spiritum mendacii transfiguravit in ſpiritum, ut ſeducens ſeduceret, & prævalens prævaleret: qui, proh dolor! ſimplicium credulitatem ſeduxit, & cuſinum (fortaſſe *callidum*) conſilium Achitofel exſufflavit. Vos autem, illuminante Patre luminum, non acqueſcentes Sapientiæ terrenæ, animali, diabolicæ, ſed cœleſtium ſedium aſſiſtrici, nec dum credidiſtis omni ſpiritui, nec dum ceſſiſtis omni flatui, adinſtar arundinis ventilatæ, ſapien-

temporum & genio eorundem effinxit, quem in iis nihilo ſecius ſuſpicere quadantenus ac vereri nos addecet. Scriptus liber eſt ad *Theobaldum Navarræ Regem, Campaniæ Briæque Comitem Palatinum*, eum ipſum qui Blancam Sanctii IV. filiam unicam ſibi connubio jungendo, Navarræ regnum nactus eſt, & qvem *Anno Epochæ Chriſtianæ* 1216 *CCXVI.* diem ſupremum obiiſſe conſtat. Non autem integer ſe offert, ſed duæ circa calcem Epiſtolæ deſiderantur. *Præter MS. Wagenſeilianum, quod jam ſervat Lipſiæ Bibliotheca Amplisſimi Senatus, memoratur etiam Somnium hoc, fortaſſe integrius, in Catalogo MSS. illuſtriſſimi Epiſcopi Norvicenſis antea, hodie Elienſis Joh. Mori, num.* 200.

pienter imitantes Solem, in ordine ſuo perſeverantem, non Lunam, mutabiliter defluentem. Quapropter in cœlis theſaurum immarcesſibilem theſaurizare, in terris nomen æternum hereditare, & cum devotis clericis & alumnis perennem gratitudinem accedere meruiſtis. Quorum ego minimus, preces veſtras recipiens pro præceptis, Serenitati veſtræ gratanter offero poſtulatum munuſculum Literarum: non præſumens de prudentia Platonis, de fantaſia Zenonis, de facundia Ciceronis; ſed jactans cogitatum in eum, qui mutorum labia reſerat, & Linguas diſertificat indiſertas. Ut autem tenuitatem muneris ſupplere valeat magnitudo Virtutis, virtuoſam elegi materiam, virtuoſis Lectoribus gratioſam, videlicet famoſum Somnium Pharaonis, moraliter expoſitum de Regia Diſciplina. Ubi Pharao typum gerit cujuslibet Regis curioſi, Ægyptus cujuslibet Regni ſtudioſi, Joſeph cujuslibet Conſiliarii virtuoſi: prætaxatum Somnium interpolatum intertexens tam Rhetoricis quam Theologicis floſculis; ſicut veſtræ probavi Celſisudini complacere. Excipiat igitur Excellentiæ Veſtræ faſtigium, meæ, ſi placet, exilitatis xenium, in XX. Epiſtolas diſpertitum. Quarum primam, quam in præſentiarum cernitis, Majeſtati veſtræ præmitto, ſuper veſtræ poſtulationis impletione. Secunda, eſt Pharaonis ad Magos, ſuper Somnii declaratione. Tertia, Magorum ad ipſum, ſuper eorum excuſatione. Quarta, Regis ad Miniſtros, ſuper Interpretis inveſtigatione. 5. Præpoſiti Pincernarum ad ipſum, ſuper Joſeph manifeſtatione. 6. Regis ad Joſeph,

ſuper

ſuper Interpretationis exactione. 7. Joſeph ad ipſum, ſuper timorata recuſatione. 8. Regis ad Joſeph. ſuper ejusdem animatione. 9. Joſeph ad ipſum, ſuper articuli prioris dilucidatione. 10. Regis ad Joſeph, ſuper Curæ Regalis inquiſitione. 11. Joſeph ad ipſum, ſuper Regalis Officii determinatione. 12. Regis ad Joſeph, ſuper articuli poſterioris efflagitatione. 13 Joſeph ad ipſum, ſuper eiusdem articuli enucleatione. 14. Regis ad Joſeph, ſuper conſilii opportuni poſtulatione. 15. Joſeph ad ipſum ſuper petitionis exauditione. 16. Regis ad Joſeph ſuper conſilii præſtiti proſecutione. 17. Adulatorum ad Joſeph, ſuper eius attractione. 18. Joſeph ad ipſos, ſuper eorum reſtrictione. 19. Detractorum ad Joſeph, ſuper Regis Reformatione. 20. Joſeph ad ipſos, ſuper eorum Conſolatione.

EPISTOLA II.

Pharaonis ad Magos ſuper ſomnii declaratione.

PHarao, Divina Magnificentia Rex Ægypti, dilectis ſuis diſertis Philoſophis, intra terminos Regni ſui conſtitutis, ſalutem, & ſpecioſa Philoſophiæ Specula ſalubriter ſpeculari. Gloria Cœli, ſpecies ſtellarum: Gloria Regni noſtri, liberalium ſpecioſitas literarum. Sicut Cœlum ornatur luminaribus, ſic Ægyptus diſciplinis liberalibus honoratur. Veruntamen claritudo terreſtris cœleſti claritati præfulget; quia de Cœlo Claritas, de terra Veritas eſt exorta. Quantum autem exaltantur Cœli à terra, tantum clara & immarceſſibilis

bilis ſapientia, claritati ſupereminet corporali. Quapropter non dedignantur Cœli enarrare gloriam Ægypti: ſed ipſius præconia pronunciat firmamentum. Ibi famoſus Planetarum ſeptenarius, ſeptiformis Philoſophiæ numerum præconizat: ibi ſeptem ſidera, in unum coadunata Collegium, ſeptem artes inſinuant, in idem ſtudium congregatas. Ibi tres Stellæ, ſtellato Currui præcurrentes, triviales artes effigiant, * quadrivium præcedentes. Nec inſulſe cœleſtis providentiæ celſitudo prævidit Regnum noſtrum huius benedictionis dulcedine prævenire. Decebat enim, ut patriam, quam corporalis irrigat Nilus, in ſeptem partiales fluvios derivatus, ſpiritualiter irrigaret liberalis Philoſophia, in totidem ſpeciales ſcientias propagata. Nam profecto naturam ars imitari voluit, figuram res comitari debuit: & tam cœleſte quam terreſtre oraculum, remanere non decuit inexpletum. Unde nimirum, etſi multæ Provinciæ multas congregarunt divitias, hæc ſupergreſſa eſt univerſas, quapropter admirati Seniores cœperunt Prophetiæ viſcera perſcrutari. Gloriatur gemmis India, Thure Sabba, auro Arabia: Nos autem oportet in theſauro gloriari incomparabili, ſine damno communicabili; quem nec fures furantur, nec tinea demolitur. Contemplantes itaque præclaram prudentiam veſtram, tanquam lucernas lucidas, ſuper ſeptemplicis Prophetiæ (ſ. *Philoſophiæ*) candelabrum exaltatam, non degenerantem à clariſſimis Prædeceſſoribus veſtris, de quo-

* Quadrivium, quatuor Artes Mathematicæ, Arithmetica, Geometria, Muſica, Aſtronomia.

quorum mineris aureis, ſapientialium columnarum in palatio omnis Sapientiæ rutilantium, olim exciſas fuiſſe, Veritas prædicat in plateis, dignum decernimus, perſpicacitati veſtræ patefacere Somnialis imaginationis ænigma, quod interiorem intuitum noſtrum nuper exterruit, & quietem nocturnam reddidit inquietam: ut in lumine dilucidationis veſtræ, lumen in ſignis (fortaſſe inferendum, *non*) implicate videamus. Enim vero, ut prolixitatem Somnii, narrativo breviloquio, coarctemus, terrifica viſione videbamur videre ſeptem boves opulentisſimas, à totidem exanguibus, & ſeptem ſpicas refertisſimas, à totidem inanibus, duplici contritione conteri & conſumi. Quocirca ſtudioſam intelligentiam, & annoſam experientiam veſtram, novitate precaminum ad novum exercitium excitamus, diligenter rogantes diligentiam veſtram, quatenus lynceis oculis, aquilari acie, ad arcana Prophetiæ penetralia penetrare curetis, reſeraturi divinalis Sapientiæ Librum, artificioſo Artium Septenario ſigillatum, ut inventum ænigmaticæ viſionis prædictæ dilucidarium, nobis dilucide conſcribatis: preces noſtras illa proſequentes vigilantia, quod in paucis vexati, in multis bene diſponamini, & bonorum laborum fructum conſequamini glorioſum.

EPISTOLA III.

Magorum ad Pharaonem, ſuper eorum Excuſatione.

CLariſimo Principi, temporali, naturali, & ſapientiali claritudine clare, clarius, clariſime illu-

illuſtrato, Domino Pharaoni, divina magnificentia illuſtriſſimo Regi Ægypti, Univerſitas Philoſophorum in Ægypto philoſophantium, potentiam invincibilem, ſapientiam infallibilem, bonitatem intemerabilem, cum ſalute. In veritate comperimus, ignitum Eloquium veſtrum diſcretione lucere, dilectione fervere: de cujus lumine & calore, & ſtuporem in intellectu, & ardorem accepimus in affectu. Quis enim intellectus non admiraretur, quis affectus amplexari non debeat diſertam manſuetudinem, & manſvetam diſertitudinem veſtram? quam fortunæ claritas non excœcavit, quam naturæ generoſitas non inflavit: ſed illuſtris magnanimitas illuſtrativa, illuſtrium magnificativa Magnatum, cœleſtium diſtinctionem diſcernere, terreſtrium diſpoſitionem dignoſcere, & theſauros inviſibiles docuit viſibilibus anteferre. Felix fortuna Regia, non Regno Regem, ſed Regnum Rege clarificans. Felix Natura Nobilis, non mentem ſanguine, ſed ſanguinem mente nobilitans. Felix quoque Scientia literalis, eleganti ſpiritui, tanquam Cellæ pigmentariæ, aut apothecæ aromaticæ, inſpirata: quæ a vaſis dulcedine ſaporem contrahit & odorem. Perlecta ſiquidem Veſtræ Serenitatis Litera, concaluit cor noſtrum intra nos, & in meditatione noſtra ignis gratulationis exarſit: quod, ſicut elocutionis ipſius elegantia reſonabat, Deus Scientiarum Dominus, ſtudioſitati noſtræ ſtudioſum deſtinavit incentivum, in quo mira magnalia, & magna mirabilia, per Speculum & in ænigmate, ſpeculetur. Cæterum riſus noſter dolore miſcetur, & extrema gaudii

gravis

gravis occupat luctus, pro eo quod Dominationi veſtræ ſervire, quantum volumus, non valemus. Quis enim dabit nobis tantæ ſcientiæ clavem, ut poſſimus clauſi ſermonis oſtium aperire? Claves noſtræ alterius ſapiunt ſapientiæ fabricam: Somnialis clauſura clavem requirit aliam, a noſtris clavibus alienam. Ut enim claves noſtras in medium afferamus: aliæ referant Elementorum juncturas, terminorum figuras, colorum picturas: aliæ numerorum certamina, ſonorum modulamina, angulorum diſcrimina, volumina circulorum. Quod ſi Regalis tranquillitas a turba clavium non turbatur: aliæ adaperiunt cœleſtium motorum influentias, mobilium controverſias, motuum ſymphonias, electorum reciprocationes, vaporum impreſſiones, mineralium mixtiones, vires herbarum, mores animalium, origines animarum. Aliæ complexionum diſtantias, humorum repugnantias, Sanitatis harmonias, ægritudinum dyscraſias. Aliæ vero varietates actuum, cauſalitates habituum, extremitates vitiorum, & medietates virtutum. Jam luce clarius Perſpicacitati Veſtræ inclaruit, jam oculoſa circumſpectio veſtra oculata fide prævidit, quod referandæ ſeræ cœlesti, ſubcœleſtes claves non congruunt, multivariis ſapientiæ mundanæ manſionibus deputatæ. Cum enim Deo claudente nemo aperiat, fruſtra ſudatur, divinitus obſerata humanitus reſerare. Ideoque Majeſtatis Veſtræ magnificentiam, una voce, voto unanimi, deprecamur, quatenus noſtram ſuper his ſuſtinentes inſipientiam, & impotentiam ſupportantes, voluntatis noſtræ promtitu-

titudinem pro facto reputare velitis, nec permittatis ſuſpicione ſiniſtra ſinceritatem Regiam fermentari. Illico acutisſime advertentes, quod oculi Domini, multo lucidiores ſuper Solem, qui vias hominum intime intuentur, numerantes conceptus, ponderantes affectus, menſurantes effectus, humanæ ſubtilitatis ſublimitatem ſuperant, & ſupercœleſtium ſubſtantiarum aquilares aſpectus ſuperabundans luminoſitas, Solis intelligentiam ſupervincit. Unde nimirum attenuatus eſt intuitus noſter, ſuſpiciens in excelſo. Sicut enim operatur (f. *opacatur*) oculus Veſpertilonis ad lucem Solis, ſic & intellectus noſter ad incomprehenſibilia judicia & inveſtigabiles vias ejus. Quamobrem Dignitatem Veſtram non decet indignanter ferre, quod Divini Sigilli characterem præſumtuoſo judicio cancellare nolumus, quod Supernum Secretum reverentiali ſilentio venerari voluimus, quod ignotæ veritatis ſcrutinium Viris virtuoſioribus maluimus reſignare.

EPISTOLA IV.

Pharaonis ad Miniſtros, ſuper Interpretis Inveſtigatione.

PHarao, Divina magnificentia Rex Ægypti, dilectis & fidelibus ſuis Conſiliariis, Camerariis, & cæteris Subminiſtris, præſentis mandati continentiam audituris, ſalutem, & præcepta ſalubria corde deſcribere, ori circumdare, digitis alligare. Rationis rectitudo dictavit, & Antiquitatis conſvetudo præſcripſit, ut, cum Regalis pon-

dus Regiminis, giganteis etiam humeris formidandum, ſingularis perſonæ ſtrenuitas portare non ſufficeret, in ſuſceptæ partem ſolicitudinis ſubminiſtros convocare curaret, prudentes, ſicut ſerpentes, ſimplices, ut columbas: prudentes in bono; ſimplices in malo: prudentes, ne fraudarentur; ſimplices, ne fraudarent: quos Regalis proſequeretur benevolentia, ſpecialis prærogativa favoris, tanquam egregia ſui membra, prudentiæ claritate, juſtitiæ agilitate, temperantiæ ſubtilitate, ac fortitudinis impasſibilitate dotata. Quod ſi proceſſu temporis pernicioſa cupiditas, origo vitiorum, ærugo morum, putredo virtutum, memoratis membris illam immitteret dyscraſiam, quod ſuperbia tumeſcere, invidia marceſſere, iracundia candeſcere, acedia rigeſcere, avaritia areſcere, gaſtrimargia bruteſcere, petulantia putreſcere cenſerentur; Honeſtas Regia corpus ſuum membrorum talium in honeſtate dehoneſtari non permitteret, ſed aut correptionis medicamento curaret, aut, ſi morbus exigeret, ſeveritatis gladio reſecaret. Regalis igitur honoris onere prægravati, indecorum, indecens & indignum exiſtimavimus, cenſatis præjudicare ſententiis, & præſcriptæ conſvetudinis terminos tranſilire. Unde profecto prudentiæ noſtræ ſingulariter inhærere nolentes, fidelem prudentiam & prudentem fidelitatem veſtram in Regalis Contubernii familiaritatem, & noſtri corporis integritatem, maluimus convocare: quorum probitatem etſi plerumque probaverimus, in præſenti tamen articulo probabilius volumus comprobare. Cœleſtis namque cel-

celſitudo Conſilii, ſecretum Secretorum nobis inſinuare decrevit: cujus tenorem Viris prædiſertis Philoſophis præmaturis, quorum celeberrimo incolatu Provincia noſtra privilegiari promeruit, nunciantes, expetitam elucidationem nondum accepimus, ipſis Philoſophis Somnialis Significantiæ profunditatem admirantibus, & intelligentiæ ſuæ imparitatem ſtudentibus excuſare. Quocirca fidelitati veſtræ, ſub Regalis indignationis interminatione, præcipiendo mandamus, quatenus, omni tergiverſationis, excuſationis, aut prorogationis, impedimento ſublato, circuire terram ac perambulare curetis, donec invenire mereamini Virum tanta Virtute præditum, tanto lumine cœlitus illuſtratum, cui datum ſit tantum noſſe myſterium: cuius labiis tanta interpretationis gratia ſit infuſa, ut abſcondita prudentibus valeat propalare: Quicunque vero dignus inventus fuerit, tantæ dignitatis invenire theſaurum, ſollicitudini noſtræ non pigritetur reſcribere: fidelis inquiſitionis, felicis inventionis, & feſtinatæ renunciationis digna ſtipendia recepturus.

EPISTOLA V.

Præpoſiti Pincernarum ad Pharaonem, ſuper Joſeph manifeſtatione.

TRemendo Principi, Statera rectitudinis judicia ponderanti, Domino Pharaoni, Divina Magnificentia Regi Ægypti, fidelis ſuus Pincernarum Præpoſitus, feliciter regnare, ac thronum Regium juſtitia roborare. Fons Sapien-

tiæ in excelſis ſcaturiens, ex ore Altiſſimi prodiens, cujus jucundus impetus ſuper cœleſtem lætificat civitatem, deſæcatis animabus per ſomniales latebras, quaſi cœleſtes cataractas, illabitur: per quas Veſtræ Serenitati divina diſtributione dignoſcitur influxiſſe. Verum cœleſtis deſtillatio Studioſitatis veſtræ fervorem refrigerare non valens, acrioris ſitis incentivum incendit, ſuperna Curia curialiter ordinante, ut qui propinatoris fungebatur officio, votivam vobis in hac parte lætitiam propinaret. Sane cum Edicti veſtri ſeveritas noſtris intonuiſſet auribus, & à voce veſtri tonitrui formidaſſem, repente recordatus ſum excellentis Interpretis, ætate juvenis, maturitate ſenis, converſatione cœleſtis, peregrinatione terreſtris, intellectu fulgentis, affectu ferventis, affatu mulcebris & ſvavis: cujus innocentiam fraterna æmulatio non infecit; cujus modeſtiam blanda proſperitas non illexit; cujus juſtitiam fœminea perverſitas non pervertit; cuius conſtantiam fortunæ ferocitas non confregit, cujus prudentiam adverſitatis impatientia non turbavit. O delira fortunæ cœcitas, inimica naturæ, noverca gratiæ, naturalem ordinem turbans, mundialem pulchritudinem dehoneſtans, virtutes ſubpeditans, vitia inthronizans, cœcos ſpectatores, mutos præcones ſtatuens, imperitis imperia, & peritis pericula, ſtatera doloſa & doloroſa diſtribuens, qua fronte permiſiſti jacere in lacu miſeriæ & luco fæcis, tam pretioſam ſapientiæ margaritam? O miſeranda & miranda mortalium corruptela! quorum ſic vagatur intelligentia, ſic lubricatur tanmorra (ſ. *memoria*)

moria) & benevolentia perigretatur (f. *pigritatur*,) ut tanto temporis intervallo oblivioni tradiderim meæ captivitatis conſortem, meæ calamitatis conſolatorem, meæ reſtitutionis probatisſimum conjectorem. Veruntamen triſtitia mea vergit in gaudium: & deſolationis immoderantiam illa conſolatio moderatur, quod ſomnolenta mea inortamina (f. *intermortua memoria*) tam accepto tam opportuno tempore meruit excitari, ut per eum (f. *eam*) veſtra coexcitetur prudentia, aurum de terra tollere, theſaurum abſconditum in lucem producere, ſuſcitatum de pulvere pauperem cum Principibus collocare. Dignetur itaque Regalis dignitas, ad viſionis evidentiam laborioſe ſtudens, ſtudioſe laborans, quærens, & non inveniens, petens, & non accipiens, pulſans, & non ingrediens, relaxare ſtudium, revocare ingenium, & ad lyræ præſentis ſonitum reſpirare. Ecce enim quod forinſecus petitis, intrinſecus obtinetis: quod mendicat Regale Palatium, Carcerale latibulum eructabit. Intonizet Edictum Regium: inſonet vox virtutis, præpotenter præcipiens vectes confringi, vincula disrumpi, colligationes impietatis diſſolvi, & juſtum de anguſtia liberari. Jam profecto ærumnoſum ergaſtulum erubeſcit innocentis præſentia: Jam judiciale Prætorium ſapientis iſtius ob abſentiam ingemiſcit. Jam offertur ſitienti ſatietas; cœcutienti veritas; ſomnianti conjector: cujus induſtriæ non nocturna ſilentia conticeſcunt, nec latebroſa ſomnia deliteſcunt, ſed ſtupenda prodigia, &, ſingulari privilegio, phantaſmata translucent, & ænigmata eniteſcunt.

EPISTOLA VI.

Pharaonis ad Joſeph, ſuper Interpretationis exactione.

PHarao, Divina Magnificentia Rex Ægypti, Viro ſapienti, perſecutionem pro juſtitia patienti, Joſeph, Ebræo, Amico deſideratisſimo, ſalutem, & coronam cum vincentibus, bravium cum currentibus, denarium diuturnum cum laborantibus, obtinere. Exurge gloria noſtra, exurge pſalterium & cithara, converte planctum in gaudium, concide triſtitiæ ſaccum, circumda tibi lætitiæ veſtimentum. Ecce enim nox adverſitatis præcesſit, dies proſperitatis accesſit. Prius experta fortunæ verbera, dulciora vino, fragrantiora unguento: qui ſuſtentabaris pane tribulationis & aqua anguſtiæ, inebriaberis ab ubertate domus noſtræ, & potaberis voluptatis torrente: qui ſedebas in tenebris & umbra mortis, ſedebis in pacis pulchritudine, in tabernaculis fiduciæ, in requie opulenta. Feſtina dilecte: Nam dilecta noſtra, electa noſtra, columba noſtra, prædulcis Sapientia, apud nos domum compoſuit, columnas diſpoſuit, menſam propoſuit, vinum ſuum cum melle miſcuit, ad arcanum colloquium, ad tranquillum conſortium, ad jucundum convivium te invocans, te incitans, te invitans. Quid moraris? quid miraris? En domus Regia, ſuſpenſis auribus, attentis oculis tuum præſtolatur adventum. Inquietum eſt Cor noſtrum ad te, donec conquieſcat in te, quod vulneraſti in uno tuorum ſpiritualium oculorum: quia

quia nimirum intellectualis oculi tui mirabilem perſpicacitatem audivimus, & auditam concupiſcimus experiri. Ne tamen tuam perturbet providentiam percunctatio improviſa, diſertitudini tuæ præſentium inſinuatione præoſtendimus noſtræ cauſam ſollicitudinis, noſtræ materiam quæſtionis. Sane Scrutator cordium, contemplator conceptuum, & donorum ſpiritualium inſpirator, nuper aſpiciens ſenſualitatem noſtram extrinſecus dormire, ac rationem intrinſecus vigilare, prodigiale portentum & ſtupendum ſpectaculum conſpicari mentis noſtræ conſpectui præſentavit. Sicut enim ſomnialis imaginationis ſeries oſtendebat nobis fluvialem ripam perambulantibus, viſuales radii loca circumſtantia pervagantes, inopinabilem videbantur videre conflictum, conſumentibus ſiquidem vaccis vaccas, ſpicis ſpicas, ſeptenis ſeptenas, inanitis refertas, ſupervacuis ſuper plenas. Super quibus conſulentes Conſultos, efflagitato dilucidario, exſpectato reſponſo, reſponſionem non reportavimus, ſed ſtuporem. Licet enim iidem Conſiliarii literalibus ſtudiis, liberalibus diſciplinis, diſpari ſenſus claritate, ſed pari ſtatus dignitate, fulgerent, perſpecto tamen prælibatæ viſionis ænigmate, decernentes, ſomniale figmentum non caſuali fantasmatum confluxione, non intranea paſſione, non extranea impreſſione, ſed divina duntaxat immiſſione, ſupernaliter figuratum, poſuerunt ori ſuo cuſtodiam, ne fortaſſis altiora ſe quærere, aut os in cœlum ponere cauſarentur. Nos autem arbitrantes, quod profunda DEi ſcrutari, & ſecreta ſomniorum

interpretari vix aut nunquam ſufficiunt animales homines, ſpiritualem oculum non habentes, deſideratam dilucidationem intelleximus intelligentiæ tuæ divinitus reſervatam. Quam ob cauſam concupiſcit & deficit anima noſtra, ſicut cervus ad fontem aquarum, ſic anhelans ad ſapientiæ tuæ fontem. Veni ergo, deſiderate noſtris gentibus, veni, noli tardare, pluviam voluntariam ſegregaturus, ſitientibus fontalem ſapientiam derivaturus exterius. Sonet vox tua in auditorum auribus per doctrinam: luceat lux tua lectorum aſpectibus per ſcripturam. Venter tuus quaſi vas pigmentarium, vas mellitum, vas aromaticum, potum præclarum continens, ſuavem, mulcebrem & ſalubrem. Egrediatur de hoc ventre fons aquæ vivæ, fons ſapientiæ ſalutaris, de cujus plenitudine accipiant univerſi, haurientes aquas in gaudio de fontibus Joſeph, de fontibus filii accreſcentis. Jam enim Linguæ lactentium palatis cordium adhæreſcunt: jam viſcera noſtra propter ſitim ſomnialis ſcientiæ inardeſcunt.

EPISTOLA VII.

Joſeph ad Pharaonem, ſuper timorata Recuſatione.

GRatioſo Principi, non alta ſapienti, ſed humilibus conſentienti, Domino Pharaoni, Divina magnificentia clementiſſimo Regi Ægypti, Joſeph Hebræus, ſervus ejus inutilis & indignus, cum ſpontanea ſervitute, ſalutem, quam oculus non vidit, quam auris non audivit, & in cor

cor hominis non aſcendit. Domine, audivi auditum veſtrum, & timui: Conſideravi Majeſtatis veſtræ magnitudinem, & expavi. Cum enim ſpiritus veſter ſuper mel dulcis auribus meis dulciter aſpiraret, & lenitatis veſtræ literam exultantem & ſaltantem, ac tripudianti dulciloquio moleſtiam meam modificare conantem, lugendo legerem & legendo lugerem, impulſus everſus ſui, ut caderem in profundum amaritudinis, propter imaginationem diſcriminis imminentis. Continuo namque timor & tremor venerunt ſuper me, tribulationis & doloris adventantium, horridi præcurſores eorum, qui prænunciantes adventum præoccupaverunt hoſpitium cordis mei. Heu me, quod incolatus meus prolongatus eſt, donec fortuna pharetram ſuam evacuet, donec ſanguine meo ſagittas ſuas inebriet, donec utrinque me confodiat, donec utrumque latus transfigat, ſicut ſignum poſitum ad ſagittam. Siniſtrum latus jamdudum doleo: Nunc dextro lateri dolor intenſior intentatur. A læva levius oppugnabat adverſitas: a dextra ſæpius proſperitatem autumo graſſaturam. Utraq; ſiquidem fortuna formidabilis; ſed formidabilior proſpera, quam adverſa: Nam adverſa præmunit adverſarium; ſed proſpera prodit incautum: Hæc excitat intellectum; illa cœcis objicit offendiculum: Hæc quaſi Leo rugiens palam aggreditur; illa ut Draco ſibilans clandeſtine malitiam machinatur: Hæc vigilantis ſanguinem ſitit; ſed illa ſpiritum dormientis exſugit. A læva patientiæ clypeo me tuebar: ſed a dextra quis mihi clypeum coaptabit?

O fera pesſima, fortuna fortisſima, quid lætaris, cum malefeceris? quid exultas in rebus pesſimis? quid in malitia gloriaris? annon ſufficiebat tuam ſatiare voraginem, quod mihi paternam præripuiſti præſentiam? quod in me fraternam armaſti truculentiam? quod adverſum me Potipharis præcipitaſti ſententiam? niſi ſeveritatem (f. *ſereni-tatem*) Regalem innocentis profuſione ſanguinis polluas ac profanes. Jam bella mihi video; jam bellica machinamenta prænoſco: Nam fortunæ fallacias, & Satanæ verſutias non ignoro. Compeditum expedire, cum iniquis deputatum juſtificare, opprobriis ſauciatum commendare conatur, ut de carcere productum ad palatium, velocius perducat ad patibulum. Quia nimirum veritas odium pariens, & amicos ſuos inimicos mundi conſtituens, opportune importune exactionem Regiam poſtulat. Quam ſi confitear, manus Regias non effugiam: ſi diffitear, in horrendas manus Dei viventis incidam, qui ex verbis ſuis unumquemque juſtificat aut condemnat. Undique me anguſtiæ coanguſtant: utrobique mortales inſidiæ me circumſtant: hinc ſpirituales; inde corporales: hinc interior; inde exterior mors inſurgit. Illinc terreſtris, ſeveritas intonizat: Indignatio Regis, nuntius mortis: Iſtinc cœleſtis veritas præconizat: Os, quod mentitur, occidit animam mentientis. Deus, ſcientiarum Domine! cur incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi? cur abſcondita Sapientibus parvulo tuo revelanda duxiſti? ut addens ſcientiam, addares & dolorem. An ſuppetebat meam mirificare mi-

miſeriam, quæ olim ſomniale præſagium, contra meam innocentiam, invidiæ fraternæ ſeminarium, & iracundiæ ſomitem miniſtravit? quæ de terra fluente fluenta mellis & olei, in terram tenebroſam & luctuoſam me propulit, amaritudine replendum, abſynthio inebriandum; niſi ad elucidationem Regalis ſomnii provocarer: ut, ſi hominibus placere ſtuduerim, tibi displiceam; ſi oculis infirmis, magis tenebras quam lucem diligentibus, odioſam lucem oſtendero, lucerna mea a lucem odientibus extinguatur. Obſecro, Domine, mitte, quem miſſurus es, priusquam tenellis humeris giganteum onus incumbat, & altius fortunæ cœnum alteret intellectum. Ad thronum gratiæ veſtræ redeo, Regum manſvetisſime, ſupplicius inſtans, inſtantius ſupplicans, flexis genibus mentis meæ, quatenus afflicto afflictionem inculcare nolentes, alterius conjectoris ſciſcitari dignemini conjecturam. Satius enim æſtimo, patienter tolerare triſtioris fortunæ verbera, quam adire jucundioris oſcula fraudulenta.

EPISTOLA VIII.

Pharaonis ad Joſeph, ſuper ejusdem animatione.

PHarao, Divina magnificentia Rex Ægypti, Amico ſincero, Joſeph, Hebræo, ſpiritualis prærogativa gratiæ divinitus inſignito, ſalutem, & Lucernam latitantem ſub modio ſuper candelabrum exaltare. Qui producit ventos de theſauris ſuis, flagranti deſiderio & æſtuanti ſtudio noſtro

ſtro quaſi ventum roris flantem immiſit, cum tuæ diſcretionis notitiam noſtris auribus nunciavit. Nec miramur, quod ſperatam dilucidationem differre tanto voluit tempore Dominus ultionum: Sic enim dictavit divina ſapientia, ut tam diu deſiderata declaratio tenebris ignorantiæ clauderetur, quamdiu deſideratus declarator tenebroſo tenebatur ergaſtulo; nec prius a ſuis abſolveretur vinculis veritas, quam veridicus; interpretatio, quam interpres. Cæterum mirabilis facta eſt ſcientia tua ex eo, quod veritatis revelationem reformidare videris: illic timore trepidans, ubi nulla timoris ratio, nulla tremoris. Licet enim mundialem machinam ſic avaritiæ peſtis involvat, quod Sapientum oculos excœcare, quod ordinem judicialem turbare, quod ſtateram rectitudinis obliquare prævaleat, iniquitatis mammona præponderante juſtitiæ, ac rationi præjudicante concupiſcentiæ corruptela: Num idcirco ſuſpicari debet privilegiata prudentia tua, ſic usque regnare injuſtitiam, quod quis locus juſtitiæ non ſuperſit? Abſit enim ſic inundare vitia, quod virtutum univerſitatem demergant: Cum olim generale diluvium, univerſalis vorago animantum, etſi non ſingula generum, ſalvarit tamen genera ſingulorum. Nos autem nondum ita deſipimus, nondum illa mentis inopia laboramus, quin potius eligamus a veritate dirigi, quam a falſitate deludi, & Thronum noſtrum firmare juſtitia, quam injuſtitia infirmare. Quod ſi fortaſſis æſtimationem noſtram adeo delirare contingeret, ut tenebras lucem, & lucem tenebras, poneremus, non

non idcirco veritatem alligare, ſeu rationem pro tribunali ſedentem degradare deberes, minus metuens vitam extinguere, quam æquitatis atteſtationem extingui: cum glorioſius moriendi genus exiſtat pro juſtitia agonizare usque ad mortem, quam agoniam mortalis ægritudinis expectare. Quis enim non malit froneſi, quam freneſi, caput exponere? quis non malit juſtitiæ, quam naturæ, debitum reddere? quis non malit vitam virtutibus, quam vermibus, reſignare? Idcirco tuam famoſam fortitudinem, fortunæ triumphatricem, quæ nec in adverſitate deficere, nec in proſperitate præſumere conſuevit, rogando requirimus, & requirendo rogamus, quatenus ad propoſiti propalationem problematis intrepide proficiſcens, quovis impedimento ceſſante, nobis ediſſeras ænigmaticam viſionem. Ne autem expedita dilucidatio ſic in aures vocaliter tranſeat, quod in auras velociter evaneſcat, ſtudeas nobis exemplare epiſtolam ſecundum exemplar, quod tibi in mente fuerit divinitus demonſtratum.

EPISTOLA IX.

Joſeph ad Pharaonem, ſuper Articuli prioris dilucidatione.

PRæclaro Principum Luminari, Domino Pharaoni, divina magnificentia præluſtri Regi Ægypti, Joſeph, Hebræus, & ipſius gratia a vinculis abſolutus, cum gratiarum actione ſalutem, & in manſvetudine ſuſcipere ſapientiam ſalutarem. Vivus eſt, Domine, ſermo veſter & efficax,

ficax, penetrans ut gladius, conterens ut malleus, ardens ut facula, rutilans ut lucerna: cujus vivacitas efficax, efficacia vivax, meum captivavit intellectum, alligavit affectum in obsequium vestrum, aut potius in Divinum. Audiam itaque quid loquatur in me Dominus; non abscondam talentum mihi creditum; non parcam amplius ori meo: Spero enim, quod non in incertum curram, non incassum aëra verberabo, non super spinas detractionis, petram obstinationis, aut viam mentalis evagationis, semen sermonis salutiferi seminabo; (si tamen seminator censeri debeam & non accommodatius cophinus seminantis) sed in terram bonam, in animam benivolam, fructum centuplum reddituram. Sic enim Rex sapiens, sapienter audiens, sapientior erit: & ipsius exemplo audient Reges, addiscent Principes, durissimum præcavere judicium, in præsidentibus exercendum. Utinam Rex universæ potestatis compositum sermonem in ore meo tribuat, ut cœlestis Scriba linguam meam quasi calamum suum temperet, ut interrogationi vestræ responsionem rectam rescribat, non atramento corruptibili, sed spiritu divino. Porro æternitatis speculum utrumque speculans, & in candore lucis æternæ regalem intuens visionem, fideli conjectura conjicio, quod Regalis imaginatio per bovinum exterminium Regiam innuit disciplinam. Nunquid enim de bobus cura est Deo? an potius homo in honore existens & hujusmodi non intelligens, jumentis insipientibus comparatur? Somnialis igitur visio somnolentæ provisioni alludit: imaginatio fantastica

ſtica fatuam cogitationem deſcribit. Quid enim aliud dogmatizat, de fluvio emergere animalia, non rationalia, non maſculina, ſed fœminina, non ſubjugalia, ſed paſcualia, nullam ſemitam ſectantia, ſed campos pervagantia, quam de corde Regis erumpere curas, non ſpirituales, ſed animales, non rationales, ſed irrationales, non viriles, ſed muliebres, non ſubjugatas utilitati publicæ, ſed relictas voluntati privatæ, non ſequentes ſemitam æquitatis, ſed vagantes per altitudinem Regiæ libertatis. Quid autem per vaccarum differentiam ſive differentem corpulentiam ſignantius deſignatur, quam hujusmodi curarum discrepantia, quare aliæ ſunt turgidæ & inflatæ, aliæ autem aridæ & axangues. Sed unde deformitas tanta proveniat, qui habet aures audiendi, audiat. Crebro contigit, cum Regalis circumſpectio circumvicina curarum genera circumfuſa mente circumſpicit; cum populares, militares, ſacerdotales curæ circumſtrepunt aures ſuas, quod, peregrinas curas admirans, familiares faſtidit, importunas paulatim admittens, opportunas pedetentim excludit, alienis adhærens, Sponſam propriam, curam ſcilicet Regiam, deſolatam dimittit. Unde conficitur, ut, curis novis regnantibus, antiqua ſerviat; illis eructantibus, hæc eſuriat; illis pingueſcentibus, hæc macreſcat: usque adeo, ut cura adventitia impinguata, dilatata, incraſſata, jam non cura, ſed curioſitas, denominari debeat; domeſtica vero divulſa, dilacerata, diſperſa, non cura, ſed incuria valeat nuncupari. Hæ ſunt curæ inſipidæ & inſulſæ, videlicet curioſitates & incu-

riæ

riæ nonnullis Regibus conregnantes, nonnullis curiis concurrentes: quarum occaſione univerſa confunduntur officia, & in cahos confuſionis antiquum omnia relabuntur: dum non opifices ſuis operibus ſunt intenti; non artifices ſuis artibus ſunt contenti, ſed vicisſim alii ſe transformant in alios, & ſinguli ſunt ſimiæ ſingulorum. Nec discordat, quod boves refertisſimæ a tenuisſimis devorantur: quoniam pari peccato curioſitates ab inçuriis abſumuntur. Nam cuicunque curioſitates ab incuriis abſumuntur, laudabiles, earum laudes incuriæ vituperabiles prorſus evacuant & exſufflant. Quid enim prodeſt, ditari præterneceſſariis, & neceſſariis denudari? an fortaſſe curandum eſt cum cornice, admirari pavones, & aſpernari cornices, & abjectis pennis nigris aſſumere oculoſas? Sed forſitan ad hunc offenſionis lapidem offendet aliquis pedem ſuum, quod animalium prædictorum proprietas potisſima videtur conjecturæ præſenti contradicere, ac ab ejus ſententia appellare. Cum enim præmemoratæ animantium ſpecies ratione munditiæ Divino cultui & humano congruant eſui, exiſtimabit aliquis, quod captatæ curarum materiæ, apud DEum & homines debeant approbari. Veruntamen apud diſcretum Judicem, qui cauſam, quam ignorat, diligenter inveſtigat, non admittetur inanis appellatio, ſed appellans apponet digitum ori ſuo. Conſtat enim, quod non Divinum Sacrificium, non humanum decet edulium, pecus morbidum aut morticinum, ſubreptitium aut furtivum. Quapropter utrumque Sacrificium odioſum, utrumque

que edulium pernicioſum: neutrum Sacrificium gratioſum; neutrum edulium fructuoſum: quod nimirum illud morbidum aut morticinum; hoc ſubreptitium aut furtivum. Nemo ſe ſeducat vana religione ſeducens cor ſuum: nec ſibi blandiantur mendaces filii hominum inſtanter decipientes in vanitate ſe ipſos. Nam profecto non quicunque ſe ipſum commendat, ille probatus eſt, ſed quem ille commendat, qui ſacrificium ſenſuale, qui obſequium irrationabile, non acceptat. Deinde de bipartito brutorum ſeptenario tam generalis quam ſpecialis ratio poterat aſſignari: quia tamen oneroſam materiam & conjecturam moleſtam arctari potius quam ampliari prudentia docet, & prudentia perſuadet, ſufficiat præſenti epiſtola, ſpeciali ratione proſcripta, deſcribere generalem. Septenarius ſiquidem numerus, cœlorum revolutiones, temporum extenſiones, & temporalium durationes utiliter commenſurans, beſtiali collegio non abſurde menſurari conjicitur, ut curarum beſtialium præmiſſarum univerſalitas deſignetur. A modo adhibebo cuſtodiam ori meo, & labiis meis circum ſignaculum ſuperponam, ne forte præſens ſpectaculum ſpeculatores ſuos, quos ædificare non poterit, ſcandalizet, Regalis dignitatis dignativæ clementiæ ſupplicando, ne indignanter ſuſtineat fidelitatem Interpretis, non placentia, ſed utilia, conjectantis.

EPISTOLA X.

Pharaonis ad Joſeph, ſuper Curæ Regalis inquiſitione.

PHarao, Divina magnificentia Rex Ægypti, ſingulari Doctori & incomparabili Conjectori Joſeph, Hebræo, Salutem, & gratis datam gratiam gratis dare. Nunc vere ſcimus, quod miſit Dominus Angelum ſuum, Angelicum virum, cœli civem, Dei domeſticum, ut viſionis noſtræ veritatem, figurarum catenis alligatam, abſolveret, & lux intelligentiæ in ænigmatis carcere refulgeret. Vere fortunatum infortunium tuum, virorum feliciſſime, quod humiliavit in compedibus pedes tuos, donec humiliati caput ſapientia exaltaret. Felix fraterna invidia, quæ tantum nobis deſtinavit interpretem: felix cæcitas Iſraëlis, quæ in tantam illuminationem gentium redundavit. Sed ſuperfelix Divina ſapientia, ſapientum & inſipientum ſapiens ordinatrix, quæ piæ voluntati ſuæ voluntates impias ſic conformat, ut intelligendo deformes, in voluntate ſint conformes. Sane nihil eo jucundius noſtris arridet oculis, nihil eo mulcebrius noſtris auribus citharizat, quam præclara dilucidatio tua, prædiſerte viſionem noſtram ediſſerens, curas regales regulat, & diſtorta regimina purificat & reformat. Nam quicunque ſibi prudens appareat; quicunque hominibus placere ſtudeat; quicunque a palponibus palpari, a præconibus præconizari gaudeat: Nos ſatius arbitramur, noſtrum implere miniſte-

rium

rium, noſtrum honorificare officium, ſcientes, quod honor Regis judicium diligit, quod juſtitia & judicium eſt præparatio ſedis ſuæ. Niſi enim velimus naturale jugum prohibere, ac vincula disrumpere rationis, quemadmodum optaremus ſuperiores nobiscum vivere, ita debemus nos cum inferioribus habere: Nec innocenter ſubditorum juga negligimus, qui noſtra negligi non vellemus. Alioquin qua ratione confidimus ſubjectos invenire fideles, quibus nos reddimus infideles. Nunquid fidem non ſervanti fidem credimus conſervandam? aut qua fronte ſtipendia noſtræ militiæ recipimus, qui militare communi juſtitiæ non ſtudemus? An forſitasſis ita deſipimus, ut putemus ſic infatuare prudentiam, ſic inebriare temperantiam, ſic effrænare fortitudinem, quod placeamus illarum cuipiam, quod Domini juſtitiam moleſtamus, aut abſolvamur a tribus, ſi quartæ debitum non reddamus? Aut forſitan Regnum virtutum ſic deſolatum eſt & diviſum, ut unam dejiciens aliam recipiat, unam exuens aliam induat, unam excludens aliam introducat? Abſit: Sed ſi quis unam læſerit, omnes lædit: quia nimirum catena aurea confœderatæ ſunt & connexæ. Ad hæc, ſicut & jucundum facundiæ tuæ pſalterium auribus noſtris inſonuit, ſi virtutum auferatur alicui quod offeratur alii, non ſacrificium eſt cenſendum. Ideoque, conjectorum flos inclyte, prærogativam prudentiæ tuæ ſolicitamus ſtudioſius, & obnixius obſecramus, quatenus a Regali Curia curas irrationabiles evellens, diſſipans & diſpergens, curas rationabiles accuratius coædifices &

complantes. Nam profecto perſpicacitati tuæ non ſufficit demonſtrare infirmitatem Regiam, niſi curaveris demonſtratam. Noſtræ quoque ſimplicitati non ſufficit, prævidere pericula, niſi provideatur cautela, qua duce cautius ambulemus. Nolumus autem hanc oratam humanitatem tuam in plano cespitare, aut in petram ſcandali formidare, ubi vitæ, doctrinæ, juſtitiæ triplex veritas te tuetur.

EPISTOLA XI.

Joſeph ad Pharaonem, ſuper Regalis officii determinatione.

GEnerali unctione Principum & Regum Spiritus ſpirituali, Domino Pharaoni, Divina magnificentia præſtantiſſimo Regi Ægypti, Joſeph, Hebræus, famulorum ſuorum minimus, cum fideli devotione ſalutem, & ſeptiformem ſpiritus unctionem. Rex magnificus, qui facit mirabilia magna ſolus, aperiens manum magnificentiæ ſuæ, implevit omnia bonitate, tripartitæ bonitatis theſauros reſerans, bona fortunæ, naturæ, gratiæ, magnifice diſpenſans, ſeminans, & inſpirans. Veruntamen Excellentiam veſtram excellenti favore proſequens, ſingulari magnificentia magnificavit, facem ultro revelando regales oculos, ad conſiderandam doctrinam Regiam, & aures inclytas inclinando, ad hauriendam auream diſciplinam. Beati, qui legunt, legentes intelligunt, intelligentes diligunt, & diligentes nunquam negligunt peritiam regitrariam (f. *legitimam.*)

timam.) Beatum quoque vos dicent omnes generationes, ſi diligenter audire, memoriter cuſtodire, ac efficaciter adimplere perſtudueritis rectitudinis regulam indirecti regiminis directuram. Dominator ſiquidem dominantium, & Rex Regum, breviſſima deſcriptione, atque leviſſima figuratione, deſcribitur aſpectu fulgidus, affatu rigidus, habitu limpidus, inceſſu fervidus, intra ſeptem aurea candelabra conſtitutus: In quorum inſigni ſignificantia Regalis Regula dignoſcitur divinitus regiſtrata. Et nunc Reges intelligite, erudimini, qui judicatis terram, quomodo ſupercœleſti Regi ſubcœleſtes Reges configurari conveniat, & eorum curas charismata ſpiritualia æmulari. Nam nonnulli Reges & Principes, in oculis ſuis prudentes, noluerunt intelligere, ut beati agerent, qui, relicta ſemita rectitudinis, abierunt in regionem diſſimilitudinis: & quia non habuerunt opportunam ſcientiam, propter inſcitiam perierunt. Oportet itaque Regem rationabilem, & dignitate Regia non indignum, fulgore prudentiæ, rigore juſtitiæ, limpiditate temperantiæ, ac fervore fortitudinis, ſecundum ſtatus altitudinem cæteris altius inſignitum, intra ſeptem candelabra ſeptiformis ſolicitudinis, non aurata, ſed aurea, continue converſari. Quarum primam aſſero, quæ ſurſum ſunt ſapere, quatenus illi ſtudioſe ſubſerviat, a quo non libertatem, ſed ſervitium, non auctoritatem, ſed miniſterium, non poteſtatem plenitudinis, ſed partem ſollicitudinis, ſe ſuſpicit ſuscepiſſe. Secundam adſtruo, intime intelligere, ſe armatum armatura Dei, ad commilitandum cœleſtibus mi-

litiis, ad tuendum filios lucis, ad impugnandum principes tenebrarum. Tertiam aſſevero, conſulte proſpicere, qua cura, qua induſtria, qua arte, qua ſolertia, Deo gratioſius, & populo fructuoſius, tueatur juſtitiam, perſequatur injuriam, judicium ſeminet, pacem metat. Quartam conjicio, viriliter agere, non recuſando laborem, non diſſimulando clamorem, non ſubtrahendo præſentiam, non negando audientiam, non ſuspendendo ſententiam, non accipiendo precem, pretium, aut perſonam. Quintam conjecto, caute cavere, vitando grandiloquia, examinando conſilia, explorando judicia, ſcrutando ſcrutinia, ſingula viſitando miniſteria, omnia tentando, omnia probando, omnia veſtigando, ne rectæ viæ Domini ſubvertantur per aliquam incautelam. Sextam ediſſero, pie ſentire, quibus indignandum, quibus indulgendum, quibus officium committendum, quibus ſubſidium erogandum; quatenus in delictis ſibi ſit indignantior, aliis indulgentior, humilitatis cereus, elatis ferreus, ſævior in nocumentis publicis, clementior in privatis; proviſurus provideat officiis, non perſonis; condeſcendat miniſteriis potius, quam miniſtris: non ſeminando in ventum vanitatis, in aquam voluptatis, in arenam cupiditatis, ſed in pinguedinem charitatis: Largiturus miſereatur pauperibus, ut Domino fœneretur; inanes implendo, non divites cumulando, ſubventiones ſpirituales corporalibus, & perpetuas temporalibus, præferendo. Septimam conjecturo, non timere pro veritate ſcandalum, pro virtute ridiculum, pro juſtitia detri-

trimentum; ſed timere duntaxat gladium bis acutum, ſeu ſententiam inevitabilem tremendi Judicis, cui villicationis ſuæ redditurus eſt rationem. Hæ profecto ſunt curæ illuſtres, inclytæ, honorabiles & honeſtæ, non auratæ, per apparentiam, ſed aureæ per exiſtentiam bonitatis, quatenus curialis obſervantia honeſtat curias, incurialis inobſervantia dehoneſtat. Quapropter a curis regiis Regales Curiæ quædam emphatice, quædam ironice nomina ſortiuntur. Harum nempe curarum exigentia, Reges terræ, terreſtrium rerum regimine prægravati, cœleſtium munerum munimine roborantur: ſuffragante dono ſapientiæ, ad ſuſcipiendum Divinam eminentiam; dono intellectus, ad intelligendum intellectualem militiam; dono conſilii, ad dirigendum poteſtatem judiciariam: dono fortitudinis, ad irrumpendum Juris injuriam; dono ſcientiæ; ad declinandum miniſtrorum malitiam; dono pietatis, ad regulandum regalem munificentiam; dono timoris, ad virtutum civilium diligentem cuſtodiam: Niſi enim in divino timore teneat ſe conſtanter: cito ſolvetur ædificium virtuale. Inde quidem conficitur, quod, curis irrationabilibus non curatis, curæ irrationabiles in curiis converſantur. Illis enim ſeneſcentibus, hæ juveneſcunt; illis languentibus, hæ convaleſcunt; illis deſcendentibus hæ ſuccedunt. Unde liquet ratio luculentior, ſolutio enucleatior, ſeu cauſa ſpecialior: quam alias me tacuiſſe memini, quia nondum venerat hora ſua. Quamobrem curæ brutales numero ſeptenario numerantur. Quia nimirum hæ ſeptem curæ

Regiæ in curioſitates & incurias diſſecantur; per conſequens tam incurioſitates, quam incuriæ ſeptiformem recipiunt ſectionem. Cæterum quoniam ſapientiæ veſtræ pauca ſufficiunt, & Minervam prolixius inſtruere non oportet, ſufficiat Sapienti Regi, occaſionem habere, ut ſapientior habeatur, eliciendo multa de paucis, & de groſſis ſubtilia eliquando.

EPISTOLA XII.

Pharaonis ad Joſeph, ſuper Articuli poſterioris efflagitatione.

PHarao, Divina magnificentia Rex Ægypti, cœleſtis Secretariæ arcanorum armario, Joſeph, Hebræo, ſalutem, & tenebrarum abſcondita ſalubriter revelare. Mirabilia teſtimonia tua, deſiderabilia ſuper aurum, & dulcia ſuper favum; quorum auream ſapientiam, & argenteam eloquentiam arbitramur regiis ſedibus præferendam. Enimvero declaratio ſermonum tuorum intellectum caligantem illuminat, & morum informatio affectum eſurientem mirabiliter reſocillat. Nunc infallibili experimento didicimus, nunc irrefragabili probavimus argumento, quod æquitatem dilexeris, quod iniquitatem oderis, quod zelo domus Regiæ ferbueris & ferveſcis. Nam profecto ſermo tuus de te patenter enunciat, & loquela tua te liquido manifeſtat. Etenim vetuſtatem Regiam purgare niteris, & pro fermento nequitiæ ſinceritatis azyma miniſtrare. Felix talis miniſter, qui miniſtrat, & non miniſtrari deſiderat:

rat: felix hujus gratitudo, qui corporaliter liberatus liberatorem ſuum ſatagit a vitiorum vinculis ſpiritualiter liberare. Jam præclare per præmiſſas epiſtolas nos, Doctor egregie, docuiſti, quid ænigmatica brutorum apparentia, quid apparentium differentia, quid differentium pugna ſpiritualiter intellecta deſignet. Jam tua diligentia dilucidantem (f. *dilucidante*) videmus de cogitationum fluctuantia animales curas emergere, incurias areſcere, curioſitates intumeſcere, & incurias curioſitatibus, incuſantes earum plenitudinem devorare. Quamobrem curas irrationabiles & brutales, denigrantes illuſtres curias, repudiare diſponimus; curas autem rationabiles & regales revocare, ac revocatas honorare, proponimus, tanquam honorabiles Regalium ſedium aſſiſtrices omni cuſtodia cuſtodiendo cor noſtrum, ne curæ regiæ, relaxato fræno vagantes, in curioſitates & incurias iterato ſolvantur, & ſic noviſſima prioribus ſint pejora. Illud vero ſuperaddiſcere non mediocriter affectamus, non timentes tuam fatigare ſolertiam; quia generoſos animos fructuoſus labor recreat potius quam fatigat; utrum poſteriorem ſomnii portionem, quæ ſpicarum conflictum continet, ad eandem, an ad aliam ſignificantiam, pertinere decernas. Quocirca tuam adjicimus honorare prudentiam, ex ſpeciali confidentia poſtulantes, quatenus, omni declinatoria ſeu dilatoria excuſatione ſublata, nobis luculento ſtylo reſcribas, quid per ſecundum viſionis articulum accipiendum fore cenſueris, completurus

ſomnialem ſententiam, & animam noſtram ſplendoribus impleturus.

EPISTOLA XIII.

Joſeph ad Pharaonem, ſuper ejusdem Articuli enucleatione.

RUtilanti Regum ſpectaculo, defæcatis oculis gratioſo, Domino Pharaoni, Divina magnificentia conſpicuo Regi Ægypti, Joſeph, Hebræus, famulorum ſuorum minimus, ſalubriter vivere, juſtitiam facere, miſericordiam diligere, & cum Deo ſolicite ambulare. Gloria Dei eſt, celare verbum, ſed gloria Regis, inveſtigare ſermonem: quia diurnale ſecretum, ſeu ſomniale ſoliloquium, divinitus celari debet, ſed humanitus inveſtigari non dedecet; cum idcirco celetur, ut celatum inveſtigetur, & inveſtigatum cœlitus reveletur. Sed quid differri decuit, quod indilate conferre potuit? Sane ut intellectus honoretur, honoratus humilietur, humiliatus illuminetur, ab eo, qui dat parvulis intellectum, quod præclare præſignavit paterna (f. *nocturna*) viſio. Etenim ſuperna ſapientia, per ſcalam imaginariam ad humanam deſcendens intelligentiam, ſtudioſa colluctatione non vincitur, ſed claudicanti intellectui benedictionem revelationis liberaliter impertitur: ne quando glorietur peritus in imperitia, conjector in conjectura, ſed, qui gloriatur, in Domino glorietur. Sane ſpiritualis radius in animas ſanctas ſe transferens, ſuper humiliatam rationabilem, & quietam concupiſcibilem, & honora-

noratam iraſcibilem requieſcens, Serenitatis veſtræ manſvetudinem, non exaltatam corde, non elatam oculis, non ambulantem in magnis ſuper ſe, ſed humiliter ſentientem, non permiſit ſuis fraudari deſideriis, & a ſupernorum ſvavitate dogmatum ablactari. Illius itaque Lucis inacceſſibilis ducatui adhæreſcens, atque promta devotione proſequens preces veſtras, vadam jam gradu myſtico ad colligendum ſpicas typicas, quæ manus metentium, ſeu apprehenſionem prudentium effugiunt. Porro ſecundus viſionis articulus priori non discrepat: & dilucidationis cauda a capite non discordat. Primus articulus arguebat capitis in cautelam: Secundus arguit corporis corruptelam. Primus reformat Regis perſonam: Secundus reformat Regiam Comitivam. Primus denique confutabat curas brutales: Secundus confutat loquelas terreſtres. Quid enim per ſpicas terræ naſcentes, inani ſtipulæ innitentes, de mortuo ſemine pullulantes, accommodatius accipitur, quam curialium incuriales loquelæ, non cœleſtia, ſed terreſtria quærentes, non veritati, ſed vanitati cohærentes, de corde morbido, de fonte mortifero, tanquam de mortis ſeminario, germinantes. Sed nunquid omnes omnibus ſunt conformes? Nequaquam: Sed ſicut ſpicæ a ſpicis, ſic loquelæ a loquelis, per adulationis pinguedinem, & detractionis uredinem, diſcernuntur. Nam quid pinguius adulatione? quid urentius detractione? quænam voces dulciores adulatoriis, aut delatoriis acriores? Sed fortaſſis veſtræ ſubtilitatis acies flagitabit, utrum, ſicut deformitas de-

for-

formitati respondet, sic conflictus conflictui coaptetur? Utique, Domine: quia profecto fertilitatem adulationum detractionum subtilitas demolitur. Quantum enim vos commendat adulantis lingua magniloqua, quæ peccatores laudare & iniquis benedicere consvevit; tantum labia detrahentia vos corrodunt: & sicut curiositatum fervorem beatificant deceptores, sic incuriarum teporem dilaniant delatores. Novissime septenarius numerus, tam consumptis spicis, quam consumentibus, deputatus, prædictarum pestium universitatem universali significatione designat, aut specialem earundem materiam speciali resonantia repræsentat. Quia nimirum pestes præmissæ, seu loquelæ pestiferæ, quarum conversatio non in viris cœlestibus, sed conscelestis circa septiformes curiositates & incurias, observatur. Nam illorum inquieta procacitas has condemnat, has ungit, has pungit, has suscitat, has subsannat. Hæ sunt spicæ detestabiles; hæ loquelæ deispicabiles; hæ curialium viperarum genimina; hæc virulenta germina Curiarum. Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt. Veruntamen beatus populus, qui se Curiis, & sibi Curias crucifixit. Cæterum cœlestis celsitudo sapientiæ, singularis prærogativa favoris, hæc prudentiæ vestræ proponenda decrevit, ut a linguarum gladiis, a labiorum laqueis, cautius caveatis. Felix Regalis visio, quæ visum regium sic illustravit, lux vera, illuminatrix omnium venientium in hunc mundum, ut tam suos quam suorum excessus evidenter videat, & vigilanter evitet: & qui viam pacis nondum

dum agnoverat, de cætero in viam pacis dirigat greſſus ſuos.

EPISTOLA XIV.

Pharaonis ad Joſeph, ſuper Conſilii opportuni poſtulatione.

PHarao, Divina magnificentia Rex Ægypti, Viro potenti opere ac ſermone, Joſeph, Hebræo, tam a Deo, quam ab hominibus approbato, ſalutem, & ſtylo ſalutifero notas facere vias vitæ. Tu gloria Jeruſalem, tu lætitia Iſraël, tu honorificentia plebis tuæ: cui non indigne datum eſt parare vias Regias, pravas rectificare, ac aſperos complanare. Sit vena tua benedicta, quæ nobis, & cunctis Regibus noſtris, per ſucceſſiva ſeculorum ſecula regnaturis, affluenter influit fluenta ſapientiæ ſalutaris. Nunc profecto probavimus, nunc experientia magiſtrante didicimus, quod viam rectitudinis in veritate doceas, quod hominum perſonas non accipias, quod adulationis oleo caput noſtrum impinguare non curas, aut pulvillos aſſentationis conſuere ſub cubito manus noſtræ. O cellam pigmentariam! o aromaticam apothecam! quæ tam dulcia faucibus noſtris miniſtravit eloquia, ut non terreſtrem reſonantiam, ſed cœleſtem redoleant harmoniam. Jam utique, Doctor luciflue, in lumine dilucidationis tuæ videmus lumen, quod lucebat in tenebris viſionis: ſed tenebræ noſtræ id comprehendere non valebant, priusquam Pater luminum te dediſſet in lucem gentium, ut teſtimonium de lumine perhiberes

beres. En videmus emergere de corde fluido curas brutales, quasdam curioſitate refertas, quasdam incuria tabefactas: ſed fallax eſt gloria, & vana eſt pulchritudo curioſitatum Regalium; quoniam a perniciosis incuriis pernecantur. Ecce conſpicimus deſpicabiles ſpicas noſtrorum Curialium, deſpicantium curas noſtras, qui de malo theſauro cordium mala pronunciant; alii adulatorias unctiones, alii detractorias punctiones: ſed laus impiorum brevis, & gaudium hypocritæ inſtar puncti; nam doloſa præconia a doloroſis opprobriis abſorbentur. Væ mundo a ſcandalis! quia nimirum omnis amicus fraudulenter incedit; & inimici hominis domeſtici ſunt illius: prædam namque ſequitur hæc turba, non hominem: a majore namque usque ad minorem omnes avaritiæ ſtudent, munera diligentes, retributionem ſeqventes, quæ ſua ſunt, vel ſuorum, ſequentes, quæ alia vel aliorum ſunt, non curantes. Propterea conſilia claudicant, judicia ceſpitant, documenta delirant: quia Reges ineunt conſilium impiorum, inſiſtunt viæ peccatorum, inſident cathedræ peſtilentiæ. Quid ergo faciemus, ut inter vitiorum devia dirigamus viam regiam, & os iniqua loquentium obſtruamus? Scimus ſiquidem, quod univerſas beſtiarum, avium, & ſerpentum naturas humana natura domare potuit: Linguam vero nemo prævaluit perdomare. Lingua namque labilis, in lubrico conſtituta, malum inquietum eſſe dignoſcitur: quis poterit ejus inquietudinem quietare? Cæterum non ignoramus, potentiorem ſapientiam, & ſapientiorem po-

potentiam tuam altiora noſſe, per eum, cujus ſapientiæ non eſt numerus, & majora poſſe, per eum, cujus magnitudinis non eſt finis. Nec aliquatenus hæſitamus, quin Angelus magni conſilii, cujus perfecta ſunt opera, perfectum nobis impertiatur conſilium, tuæ perfectionis obtentu. Nam qui bonorum veſtrorum non indiget, bonis veſtris invidere non valet; quod enim cœleſtis benevolentia ſceleſta contaminetur invidentia, ſceleratum eſt ſuſpicari. Quocirca tuæ limpiditatem intelligentiæ, tantis illuſtratam fulgoribus, adhuc inquietare non quieſcimus, & rogare, quatenus illuminationem veſtram felici fine concludens, conſveta ubique libertate, reſcribas, quo rationis gubernaculo, quo voluntatis velo, quo demum operationis remigio, mare magnum & ſpatioſum temporalis amaritudinis ſic enavigare poſſimus, quod ad dictorum periculorum ſcopulos navis noſtra nullatenus allidatur: attente proviſurus, quod intellectum Regium beſtiales motus non circumveniant, quod affectum blandiloquia non diſſolvant, quod effectum opprobria non diſcerpant. Niſi enim gubernandæ navi noſtræ gubernaculum adhibeamus moderamine providentiæ, non velum ſtatuamus zelum juſtitiæ, non denique remigium adjiciamus ſtrenuitatem operoſæ diligentiæ, difficile eſt, ni fallimur, commentare, (f. *argumentari*) quo garritus auſpicio, quo flatus beneficio, ſeu quovis alio eventus infortunio, valeamus deſiderato portui ſalubriter applicare. Salva tamen per omnia tua maturitate conſilii, cui ullo pacto nolumus ad modicum derogari,

EPI-

EPISTOLA XV.

Joſeph ad Pharaonem, ſuper petitionis exauditione.

PRivilegiato Principi, cœleſtis doctrinæ privilegium aſſecuto, Domino Pharaoni, Divina magnificentia prudentisſimo Regi Ægypti, Joſeph, Hebræus, famulorum ſuorum minimus, ſalubriter regnare, ſalvando curas regias, & alias ſalutando. Quemadmodum ſolaris radius per ætheream, igneam, & aëream regionem ad aſpectum noſtrum deſcendens, in corpora ſubtilia, ſubtiliora, ſubtiliſſima, copioſe, copioſius, copioſiſſime ſe diffundit: Sic Sol intelligentiæ per intellectuales ordines, & graduales illuminationes, noſtris intellectibus condeſcendens, differentes intellectus differenter illuminat, & ſuæ claritudini, ſecundum ipſorum exigentiam, configurat. Quapropter Serenitati veſtræ, a montibus æternis mirabiliter illuſtratæ, vehementer aggratulor, atque Soli juſtitiæ vultum ſuum ſuper nos illuſtranti, & veſtros, per vos, Conprincipes colluſtranti, medullitus condelector. Nam profecto, qui de tenebris fecit lucem ſplendeſcere; vos adduxit in admirabile lumen ſuum, ut revelata facie contemplemini ſomnialem ſignificantiam, & de claritate viſionis imaginariæ in viſionis intellectualis transformemini claritatem. Felix imaginationis oculus, qui tam ſalubre ſomnium, tanquam librum ſignatum, videre meruit; ſed felicior oculus rationis, cui ſignacula cœleſtia cœlitus ſunt ſoluta; quo-

quorum ſolutionem diſpenſatione divina dilatam fuiſſe conjicio, ut cujus dilatio hactenus vos afflixit, ejus oblatio fortius vos confortet. Sane gaudens gaviſus ſum ſuper literarum veſtrarum eloquia, ſicut qui invenit ſpolia multa: quia intellectæ veritati perhibuiſtis fidele teſtimonium, nec contenti hauſtis dogmatibus, adhuc hauriendis amplioribus aures bibulas obtuliſtis, ad inerrare volentes viam regiam, viam pulchram, viam pacificam, ſpurcitia vitiorum purgatam, & moribus quaſi marmoribus, calcatam: quam Regalis ſimplicitas confidenter perambulet, de qua fumus infamiæ non exhalet. Porro cum palponum blanditia curioſitatem regiam, curioſitas incuriam, incuria infamiam introducat; neſcio quis Angelus magni conſilii majus evangelizet conſilium, quam infamiæ concitatæ congruenter ſatisfieri, & incuriæ ſpoliatæ ſpolia reſarciri. Nec enim inſaniret infamia, niſi eam incuria provocaret: nec illa langueret, niſi eam curioſitas lauciaret: nec illa intumeſceret, niſi eam blanditia impinguaret. Ecce duplex duellum: duellum intrinſecum; & duellum forinſecum: interius incuriæ curioſitas, exterius infamiæ blanditia colluctatur. Curioſitas nempe incuriam diſtrahit; ſed incuria curioſitatem proſternit: blanditia quoque infamiam concitat; illa vero blanditiam ſuppeditat & conculcat. Usquequo talis ſeditio? ut quid tanta perditio? In vanum ſe curioſi eviſcerant: illorum alæ ſicut araneæ contabeſcent; quia telas araneæ texuerunt. In caſſum ventum ſeminant adulatores ventoſi, detractionis turbinem collectu-

ri. Sic oportet prædantes prædari, fraudantes fraudari: ita decet ſubſtantiam feſtinatam diminui, male congregatam diſpergi. Sed quis poterit ſuſcitatam ſeditionem ſedare? niſi fiat pax in virtute pacifica, quæ aſpera complanare, indirecta dirigere, ſuperflua reſecare, diminuta ſupplere, ac jus ſuum unicuique reddere conſvevit. Fructus quidem juſtitiæ pax: Si vultis pacem metere, juſtitiam ſeminate: Reſarcientes curam incuriæ, quam curioſitas aſportavit, reſtaurantes laudem infamiæ, quam fallax blanditia fallaciter uſurpavit; quatenus de curioſitatis abundantia incuriæ ſuppleatur defectus, & ex adulationis adipe, detractionis macies impinguetur. Quibus congrue compenſatis, neq; luctus, neque lucta, reſtabit: nec vaccæ vaccis, aut ſpicæ ſpicis amplius oppugnabunt: quia nec curioſitas abundabit in ſuperfluis, nec incuria deficiet in neceſſariis, nec adulatio laudes eructabit indebitas, (fortaſſe inſerendum *nec detractio debitas depravabit.*) Sed pacis oſculo perſoluto, tam curioſitates, quam incuriæ, in curas ſobrias, curas medias, curas Regias, conflabuntur: & tam blanditia, quam infamia, in famam mellifluam, in opinionem odoriferam, felici metamorphoſi, convertentur. O generationis genus ingenuum! quam virtus generat ex vitiis, medium colligitur ex extremis. O mirificam impetitionem! quam ignis adulationis accendens, aqua detractionis extinguens, aër curioſitatis confuſus, & incuriæ terra inanis & vacua, confractis excellentiis, contemperatis repugnantiis, conſtituentes curam laudabilem, novam formam conſtituunt eximiæ mixtio-

mixtionis. Hæc omnia venient ſuper vos, Rex Illuſtris, ſi renovati ſpiritu mentis veſtræ, ſic viam regiam renovare velitis, & in novitatæ vitæ deinceps accuratius ambulare. Alioquin non ſalvabitur Rex per multam virtutis apparentiam: nec exurget infamis Aquilo; nec laudifluus Auſter flabit.

EPISTOLA XVI.

Pharaonis ad Joſeph, ſuper Conſilii præſtiti proſecutione.

PHarao, Divina magnificentia Rex Ægypti, Conjectori ſalubri, Conſiliario ſalutari, Joſeph, Hebræo Salvatori Ægypti, Salutem, & ſalubriter expoſita ſalubriter adimplere. Glorioſa dicta ſunt (fortaſſe inſerendum de te) amantiſſime, Corona Regum, Statera Judicum, gloria Conjectorum, lucerna dogmatum, diſciplina virtutum, novacula vitiorum. Veruntamen glorioſum præconium glorioſior experientia, illuſtre teſtimonium illuſtrior varitas nobile (fortaſſe inſerendum Regnum) nobilior Rex excedit: Neſcit laudis eloquium hanc veritatem eloqui: neſcit menſura nominis hanc virtutem complecti: non ſufficit famæ celeritas tantam decenter proſequi probitatem. Mira virtutis velocitas, quam fama ſequens non conſequitur: mira veritatis ſublimitas, quam urbanæ facundiæ faſtigium non attingit: Felix fama, tantæ virtutis filia: Felix proles, tanto ſtipite ſucceſſura, tantum hereditata præconium, tantis dotanda laudibus & ditanda. Singu-

larem ſiquidem ſapientiam tuam, omni laude dignisſimam, malumus facto laudare, quam dicto: Nam Regalem magnificentiam magis decet Manus magnifica, quam Lingua magniloqua; magis manualis laus, quam vocalis; magis concentus actuum, quam ſonorum. Jam profectu prudentiam tuam probavimus, ex præteritorum memoria, ex præſentium intelligentia, ex providentia futurorum. Nam Regum ac Regalium deformitates prudens commemoraſti; deformitatum reformationem prudentius inſinuaſti; demum contra curarum discrimina, & linguarum certamina, cautelam perutilem prudentisſime providiſti. Non ſic impii, non ſic infideles Conſiliarii noſtri: quos Regalis munificentia nutrivit in croceis, veſtivit mollibus, circumdedit varietatibus; ipſi vero dulci pane mendacii paverunt, qui & pœnam perfidi panetarii non paviſſent, cum ipſi cœli volucres vel maris piſces paſcere meruiſſent. Væ inſulſis conſiliis! væ inſanis Conſiliariis noſtris! qui Linguarum gladiis percuſſerunt noſtrum auditum, vulneraverunt conceptum, & famæ noſtræ pallium abſtulerunt. Si fortaſſe ſuſtuliſſent pecuniam, recognoviſſent injuriam: Nunc autem juſtitiam diripientes, & nomen bonum, multis divitiis præferendum, lavant iterum innocentes manus ſuas, tanquam excæcaverit eos malitia eorum, tanquam dati ſint in reprobum ſenſum, tanquam obſcuratum ſit inſipiens cor eorum. Sed miſerta ſimplicitatis noſtræ ſuperna ſapientia, per os tuum nos alloquens, per os tuum ab erroris invio in viam rectitudinis nos reducens, pane vivo,

pane

pane angelico confirmavit cor noſtrum, & ſaniori conſilio tranquillitati publicæ conſuluit & ſaluti. Unde revera tuæ magnitudo ſolertiæ, tuæ promptitudo benevolentiæ, non indigne meretur, ut & noſtræ magnificentiæ bonitatis experiaris plenitudinem, & honoris inſignia inter Optimates noſtros peroptima, inter Magnates permaxima ſortiaris. Exſurgat itaque indefenſa ſtrenuitas, & invicta virilitas tua reformationi Regali ſupinam manum accommodans, & occultum affectum per oculatum effectum explicans & explanans. Quisnam enim cautiorem ſomnii conſummatorem ſomniare poterit, quam perſpicacem peritiam tuam; cujus ſpiritus, ubi vult, ſpirans, ſpiritualem ipſius intelligentiam duxit familiariter inſpirandam. Nos autem de fideli prudentia, & prudenti fidelitate tua ſpecialem obtinentes fiduciam, univerſa ſubditorum noſtrorum ſcandala colligendi, ſuperflua reſecandi, diminuta reſarciendi plenam tibi, autoritate Regia, concedimus facultatem. Confortare, fiducialiter age, incumbe fortitudini tuæ, ſuccumbas fortitudini; imperitis linguis ſecundum imperitiam ſuam confidenter reſponde; infrunitis maxillis frænum adhibe diſciplinæ. Quia non habemus civem, non familiarem, non principem tam opulentum, tam dyſcolum, tam rebellem, qui contra poteſtatis tuæ ſtimulum calcitrare præſumat, aut adverſus voluntatis imperium os aperire audeat & gannire. Egredietur namque timor tuus, tanquam timor regius, in profunda vallium, in declivia collium, in ardua montium, in perſonas infimas, medias, & ſupremas:

mas: Et Ægypti columnæ coram te contremiſcent. Nos enim ſtatuimus; & quis deſtituet? nos volumus; & quis nolet? cuivis ætati, conditioni, ſexui, univerſaliter te præeſſe, nobis ſingulariter te ſubeſſe. Porro, nos, interpretatione tua præmuniti, effrænatas curioſitates noſtras refrænare curabimus, & habenas incuriis relaxare. Tu vero, laborem adulantium, & dolorem detrahentium diligenter conſiderans, illam indicas adulantibus abſtinentiam, quod fames infamantium juſtitiam eſurientium ſatietur. Purgentur vanis laudibus ora palponum, ut impleantur veris laudibus labia detractorum: quatenus & curarum irrationabilium infirmitate curata, & linguarum curialium impuritate purgata, reſurgat cura Regia, fama laudiflua reviviſcat: vota veſtra votivo fine claudantur, & juſtitiæ tuæ immortalis memoria condignis laudibus condiatur.

EPISTOLA XVII.

Adulatorum ad Joſeph, ſuper ejus Attractione.

PRæclaro Regis oculo, & brachio metuendo, Domino Joſeph, præpollenti Regis Conſiliario, & Præpoſito perpotenti, familiares ejus Amici, antiquiores Regis ipſius Conſiliarii, ſalubri vita perfrui, frumento, vino, oleo ſtabiliri, & filiorum filios feliciter intueri. Inter Regum inſignia, inter Principum privilegia, inter prærogativas gloriæ militaris, non noviſſimum locum obtinere dignoſcitur, omni nobilitate nobilior no-

nobilitas intellectus. Unde nimirum nobis mirabilem ſcientiam veſtram admirantibus evidenter modo ingenium veſtræ diſcretionis, ingenium ex electo genere, ex honorificato populo, ex illuſtri proſapia proceſſiſſe. Quia profecto, ſicut clarius noſtis, intellectus ſenſui, ſenſus corpori, corpus materiæ, ſcientiali quadam & connaturali conſonantia conformatur. Quam ob cauſam ſicut ſidus in cœlo, ſicut ſapphirus in auro; ſic veritas in mente, & mens in carne nobili, nobilius enitescit. Abſit autem ab animabus ingenuis, ut aliorum actibus generoſis invideant, invidentes impediant, impedientes degenerare compellant: cum ſimile ſimilibus naturale ſit applaudere, innaturale ſit invidere. Sed quis in nubibus æquabitur Domino noſtro? quis in nobilibus æquabitur Regi noſtro? qui de nobilitate in nobilitatem aſcendit: qui nobilitatem ſimplicem multiplicare ſatagit: qui nobilitatem ſanguinis parvipendens, ad nobilitatem ſpiritus ſe extendit. Sane tam ſalubris nobilitas potius debet ſanum amorem accendere, quam livoris inſaniam irritare. Enimvero Rex præfatus, non minorem abſurditatem arbitrans, ſi pelle Regia ruſticanam mentem indueret, quam ſi Regalem purpuram agreſtis armentarius uſurparet, ſerenitati ſerenitatem inculcat; ſerenitati naturæ ſpiritualem ſuperædificat; ſerenitati hereditariæ accumulat acquiſitam. Unde conficitur, quod ſtudendi occaſiones quærit, occupationes fugit, ſectatur otium, aſpernatur negotia, meditationes frequentat, actiones proſternit, corpus quietans, ut ſpiritum inquie-

tet. Porro jam dudum amore ſapientiæ ſe ſentiens ſauciatum, noſtrum accerſivit conſilium, & auxilium expetivit. Nos autem conſulte conſiderantes, quod Rege philoſophante Philoſophia regnaret, quod ars noſtra Regem attolleret, & Rex artem, non Regi ſapientiam, non ſapientiæ Regiam poteſtatem invidimus, ſed Regiæ voluntati providimus, & ipſius velocitati acutiora calcaria neceſſe duximus adhibenda. Imprimis Regis tenellis auribus imprimentes, quod literale proſequi ſtudium, liberale percurrere ſtadium, & concupitum ſapientiæ bravium nullatenus obtinere valeret, niſi onus regiminis ab honore ſecerneret, honore ſibi retento, & ſuis onere diſtributo. Deinde decentius decernentes, ſtudioſum Regem in concluſo Conclavi, penetrali impenetrabili, diutius demorari, ſcrutando ſcripturas, ſuſcitando novas quæſtiunculas, & veteres multiplicando querelas, gyrum cœli meditationibus circinando, nubes orationibus penetrando, quam circa ſerviles ſeu viles operas occupari, turbine turbarum, rugitu ruricolarum turbari, ignotorum querimonias, & notorum infamias præſtolari. Satius enim eſt, quod minoretur actu, ſcientiis augeatur, quam ablactatus a lacte, avulſus ab ubere ſcientiæ literalis, negotiorum forenſium involucris ſe involvat. Quis enim ſic deſipiat aut deliret, qui non ſanctius ſentiat militare divinis otiis, quam ſecularibus negotiis implicari? Conſequenter honorem Regium ab onere ſegregatum egregiis ornatibus honorantes, induimus eundem diſcoloribus ſive differentibus facultatum

vo-

vocalium & realium indumentis. Onus quoque Regiminis per tales bajulos bajulari ſtatuimus, quos fortuna pinguior, dextra liberalior, amicitia probabilior conſtituit gratiores. Sic namque decet decus Regium ut diligentes ſe diligat, ac hilares datores exhilaret, ut gratioſus ſit non ingratis. De Miniſtris autem hujuscemodi, quos liberalitas amicos, & amor efficit fide dignos, ſiniſtra ſuſpicari quis poſſet? aut ſi poſſet, de ſuſpectis inquirere quid prodeſſet? ſi Princeps nimis credulus de ſubminiſtris iniquis, inquinatis, incautis, inquiri fecerit, de inquirentibus quis inquiret? Infinita tranſire nititur, qui cuſtodes cuſtodibus adhibere conatur. Quapropter ſuper vigiles vigilare, irritum reputavimus & inane. Deinde Regalis dignitatis decorem ex nulla parte relinquentes incompoſitum & incomtum, inter præcipua documenta virtutum præcipue Regni recommendavimus Magnificentiam, virtutem Regiam, virtutem privilegiatam, virtutem exemtam, ſolis perſonis illuſtribus illuſtri privilegio divinitus deputatam: quam Rex magnificus magno favore complexus familiares ſuos magnifica manu remunerat, non muneribus mobilibus & momentaneis, ſed rebus fixis, reditibus redituris, & maxime de talibus talentis officiorum aut beneficiorum ſecularium & ſpiritualium, quæ non libuit aut non licuit retinere. Quid plura? Bonorum honorabilium honorificis ornamentis Regem honorificare curavimus, & ſuper altitudinem nubium ſuſtollere nomen ſuum. Vos autem, ſicut experientia perhibet, ſicut evidentia rei docet,

multiformis ſapientiæ lacte nutriti, memores uberum ſuorum dulcium ſuper vinum, recte debetis tantam nutricem diligere, dilectoribus ſuis adhæreſcere, ac ad ipſius dilectionem alios invitare. Quocirca generoſam manſvetudinem veſtram, ſuper gratiam hominum diligendam, una voluntatis intentione, una mentis intentione, rogamus, quatenus veſtræ ſeveritatem interpretationis, veſtri rigorem Conſilii, ſic dignemini moderari, quod non Regis, non Regalium fama decidat, marceat, & areſcat: Veſtra quoque modeſtia omnibus innoteſcat, ne forte dicatur in gentibus: Conſiliarii Pharaonis conſilium dederunt inſipiens; ſed & Rex illud vulgatum vituperium non incurrat: Iſte homo cœpit ædificare ædificium, non manu factum ſapientiæ; & non potuit conſummare: ſicque, quod abſit, tam ſuam, quam ſuorum, gloriam in ignominiam commutetis.

EPISTOLA XVIII.

Joſeph ad Detractatores, ſuper eorum Reſtrictione.

JOſeph, ſervus juſtitiæ, præpoſitus Ægyptiæ Regionis, prudentibus, & utinam prudentioribus, Viris ſenioribus Domini Regis Conſiliariis, ſapere, intelligere, ac noviſſima providere. Cum omne datum optimum, & omne donum perfectum, omne datum corporale, omne donum ſpirituale, a Patre luminum deſcendere dignoſcatur: haud dubie ſapientes mundi, inquiſitores hujus ſeculi, tot datis naturalibus prædiți, tot

tot donis intellectualibus divinitus illuſtrati, merito debuiſſent Datorem recognoſcere, & devotas gratiarum refundere actiones. Ipſi vero ingrati, infideles, inflati, gloriam Deo debitam temeritate ſacrilega uſurpantes, Divinæ ſeveritate ſententiæ meruerunt mentis incurrere cæcitatem. Quapropter a veritate averſi, ad vanitatem converſi, non oculo perſpicaci, ſed manu rapaci, viam prætentant, in tenebris ambulant, neſciunt, quo vadant, cæci cæcorum duces, & cum eis in errorum foveas collabentes. O inſani ductores, inſenſati doctores! quis faſcinavit vos veritati non acquieſcere, contra Deum erecto collo currere, benefactorem veſtrum propriis beneficiis impugnare? Væ vobis, vetuſtis utribus, terrena ſapientibus, non ſuperna! qui non vindicaſtis honorem animarum illuſtrium, a patre luminum deſcendentem: ſed aſpicientes in vanitates & inſanias falſas, proh pudor! figmentaſtis eorum gloriam a partu, ab utero, a conceptu. O fœdam gloriam, a fœda fœditate contractam! quis enim honor ſtemmatis, niſi horror ſpermatis? quæ gloria generis, niſi ignominia genitalis? quod faſtigium nobilitatis, niſi faſtidium noviſſimæ vilitatis? Abſit ab hominibus abominanda gloria, inhoneſta in honorificentia! ſed qui gloriatur, in Domino glorietur. Væ nobis iniquitatis filiis, iniquitatem meditantibus incubilibus cordium impudicis! qui noſtras inſpicientes literas oculis menſtruoſis earum inficitis ſinceritatem, inficiamini veritatem. Abſit ab eis zelus invidiæ; adſit zelus juſtitiæ: abſit adulationis lingua palpans; adſit directio-

ctionis virga vigilans, increpans ſomnolentos. Longe namque meliora ſunt increpationum verbera, quam adulationum oſcula fraudulenta. Væ vobis prudentibus in oculis veſtris! quorum prudentia perditur, quorum ſapientia cœlitus reprobatur: qui laudatis inſulſe plus ſapere, quam oportet, & minus facere, quam oportet: adimplentes menſuram patrum veſtrorum, qui ſcientes ſcientiam, incurrerunt inſcitiam, & generantes inſcitiæ filios, in eosdem curioſam concupiſcentiam transfuderunt. Hic eſt morbus hereditarius, a primævis parentibus derivatus: hæc uva acerba, quam parentes comederunt, & filiorum dentes ſtupidos reddiderunt. Hæc occupatio peſſima, quam dedit Deus hominibus, ut occupentur vanitatis ſervitio, ſubterfugiant veritatis ſervitium, & illuſores veritatis a vanitatibus illudantur. Ut autem ex ore veſtro vos judicem, ſervi nequam, qui ſtudetis liberi eſſe juſtitiæ, ut nequitiæ ſerviatis. Vos vocati ad Regem, amore languentem ſapientiæ, non curaſtis infirmitatem curioſitatis Regiæ, ſed gravius aggravaſtis, tanquam non quærentes fructum, ſed datum, nec Regem, ſed Regis gratiam & favorem, & excuſantes excuſationes in peccatis, dignum dictaſtis dignitate Regali, artus arctare, cogitatus laxare, humanis negotiis divinum otium anteferre. O fabricatores mendacii! o cultores dogmatum perverſorum! utinam taceretis, ut putaremini ſapientes. Nunquid indiget Deus mendacio veſtro, ut pro eo loquamini dolos? An ignoratis, quoniam omnes exiſtimus unum corpus, alter

ter autem alterius eſt membrum, univerſa vero membra non unicum habent actum: ſed oculis conceſſum eſt intueri, & manibus operari; nec manus oculis invident viſionem, nec illi manibus actionem. Vos autem Principi ſeculari, utpote manui potenti & brachio excelſo Regis ſummi, diſſuadentes operari, ſuaſiſtis oculorum intuitum æmulari. Intelligite, inſipientes in populo, & ſtulti, aliquando ſapite: Bonum eſt libero & ſoluto, maritalem copulam fugere; malum eſt copulato, ſolutionem quærere: Bonum eſt perſonæ privatæ, curam paſtoralem vel Regiam non curare; malum eſt perſonæ publicæ & curatæ, curam poſtponere. Vos autem infirmum Principem impie impuliſtis, ut curam Regiam, ſponſam legitimam, ſibi divinitus copulatam, repudiando repeteret, non verentes, quod Deus præconjunxerat, ſeparare. Non negamus, ſanctum, ſalutare, ſalubre, meditari prudenter, orare inſtanter; Veruntamen veritas imperat & talia ſuſpendere, talibus ad tempus ſuperſedere, propter ſolutionem debiti conjugalis. Quod ſi reddere quis recuſaverit, orare maluerit; oratio ejus fiet in peccatum; petet, & non accipiet, eo quod male petiit, quamdiu petenti debitum denegavit: Si ſponſam adulterari contingat, otioſus orator adulterii reus erit. Væ vobis Domino displicentibus, ut hominibus placeatis! qui Miniſtro juſtitiæ ſuggeſiſtis immorari loco inacceſſibili, ne clamor pauperum, ne cauſæ viduarum ingrediantur ad eum. Quænam væcordia vehementior, quam miniſtrum Regni, non Dominum, (etenim Domini

mini eſt Regnum, & ipſe dominabitur gentium) ad arcanum adduci thalamum, & dilectum Domini ſui membrum ad trium non admitti, ſicut colubrum tacitum auſcultare, & aurem ſuam ad clamorem pauperis obturare, aut membranas mortuas viſere, & commembrum vivum nullatenus viſitare. Timeant & tremiscant, paveant & horreſcant, qui januas Regales obſtruunt, qui pulſantibus non aperiunt, qui acclamantes neſciunt, ne portas æternas ſibi præcludant, & temporaliter ignorantes æternaliter ignorentur. Væ vobis filiis Memphios, filiis ſceleratis! qui ſponſam Regiam, regitivam Prudentiam, usque ad verſionem conſtupratis: qui tam in capite quam in membris ſinceritatem juſtitiæ polluentes, nec capitis curioſitatem, nec membrorum cupiditatem curare curaſtis: qui non judicibus, ſed exactoribus, ſubjeciſtis populum humilem, ſicut buccellam panis, ad impudicis canibus, ſatietatem neſcientibus, devorandam: ac ad erroris cumulum addidiſtis auribus Regiis, auſibus temerariis figmentare, quod corruptorum judicum eſſet incurabilis corruptela, ſuſpicioſa pervicacia, inquiſitio infinita. Sed unde, putatis, inquiſitionis infirmitatem emergere, niſi ex infinita Regis curioſitate? unde illam, niſi ex infinita veſtra cupiditate? Finiatur veſtra cupiditas: finiatur Regia curioſitas: & inquiſitorum infinitas finietur. Sufficient enim Inquiſitores perpauci, ſi, veſtra cupiditate ſedata, ac Regali curioſitate curata, de perpaucis inquirere Rex ipſe non reſpuerit, ſed delicatam ſolertiam ſuam ſaltem in paucis exercere non

non recuſaverit, ſi paucorum fidem prudenter prætentaverit, ita quod experientia ſententiam, ſententia amicitiam, amicitia confidentiam, ſecundum rationis ordinem, antecedat. Væ vobis Vulpibus fraudulentis! demolientibus virtutum vineam, & moralem dehoneſtantibus honeſtatem: qui virtutes in vitia degenerare cogitis: qui vitia virtutum ſpecie palliatis: qui prodigalem bonorum dilapidationem nuncupatis magnificentiam: qui pro temporali miniſtrorum militia, ſeu verius malitia, decernitis ſacra ſtipendia execrando commercio compenſanda. Super quo vos ultra percutiemus, prævaricationem addentes? pinguis admodum eſt, ex adipe prodiens, iniquitas veſtra, craſſa plurimum eſt, ex malignitate procedens, cæcitas veſtra: vitioſæ meſis veſtræ fertilitas metentis falcem nimis detinuit, dictantis calamum nimium fatigavit. Ideoque, præſentis Epiſtolæ prolixitatem, ac adulationum veſtrarum ſuperfluitatem pariliter præcidentes, vobis monendo conſulimus, & conſulendo præcipimus, ſub interminatione Regalis indignationis & noſtræ, quatenus ſuper adulatoriis Regis præconiis, quibus ſimplicitas ſua ſeducitur, virilitas effœminatur, fama læditur, infamia generatur, apponatis de cætero digitum ori veſtro. Alioquin, per Salutem Pharaonis, niſi deinceps omnis iniquitas os ſuum oppilaverit, non remanebit præſumtorum temeritas impunita. Si quæ vero commendationes rationabiles, viriles, utiles, & honeſtæ, prudentiam Regalem excitant, conſtantiam corroborant, juſtitiam regulant, temperantiam ornant,

nant, ſub earum fideli dispenſatione liberam vobis concedimus facultatem. Ne autem modicum fermentum.

Reliqua deſiderantur.

CXXXV. TESTAMENTA XII. PATRIARCHARUM, Filiorum Jacob.

Jo. Erneſti Grabii Præfatio, ſcripta Oxoniæ A. 1698.

PRodiere ſuperiori ſeculo, primo ſeorſim, deinde in Bibliothecis Patrum Latine verſa Teſtamenta XII. Patriarcharum, filiorum Jacob, ita dicta, non quod ſingula ab ipſis illis fuerint condita atque literis conſignata, ſed quod XII. Patriarchæ in illis introducantur loquentes, horumque ultima recenſeantur verba, quibus partim futura prædixere, partim egregia vitæ bene agendæ monita poſteris, inſtar pretioſisſimi theſauri, tradidere. Omni quippe ævo obſervatum fuit, inſignes atque principes viros, morti proximos, Divino quaſi afflatu ſingularia quædam ejusmodi effatos eſſe; quæ proinde magno in pretio haberi, literisque mandari ſvevere, ne unquam memoria eorum intercideret. Omitto jam exempla profana, quibus Cicero Lib. I. de Divinatione probatum ivit, *divinare morientes*, ut ait cap. 30; taceo alia quoque ab aliis Ethnicis Auctoribus deſcripta; & intra populi Dei terminos me contineo, ſacra ſolum exempla commemoraturus. Abrahamum, Iſaacum & Jacobum, tres principes Patri-

Patriarchas idem feciſſe, quod de hujus XII. filiis in totidem eorum teſtamentis refertur, ipſe Auctor ultimi Teſtamenti Benjamin §. 10. teſtatur. Et de Jacobo quidem ipſe Divinus veteris Teſtamenti ſcriptor Moſes Geneſ. XLIX. 1. & ſeqq. ait: *Vocavit autem Jacob filios ſuos, & ait illis: Congregamini ut annuntiem, quæ ventura ſunt vobis in noviſſimis diebus: congregamini, & audite filii Jacob, audite Iſrael patrem veſtrum.* Unde ſequuntur ſingulæ XII. filiorum benedictiones; hiſce recenſitis additur verſ. 28. ſeqq. *Hæc locutus eſt pater eorum, benedixitque ſingulis benedictionibus propriis, & præcipit eis, dicens: Ecce congregor ad populum meum: ſepelite me cum patribus meis, &c. Finitisque mandatis, quibus filios inſtruebat, collegit pedes ſuos ſuper lectulum, & obiit.* Ecce futurorum præſagia partim, partim inſtructiones ſive præcepta. De Abrahamo autem & Iſaaco tale quid in ſacris tabulis non refertur; nullum tamen eſt dubium, quin hi, perinde ut Jacobus, morituri prophetias quasdam legesque poſteris ediderint. Unde occaſionem aliqvibus natam puto, confingendi Apocrypha ſub nomine τριῶν Πατριαρχῶν, quorum mentio fit Lib. VI. Conſtit. Apoſtol. cap. 16. Joſephus certè Jacobi filius, idem quod pater fecit, de quo iterum Moſes Geneſ. L. 24. ſeqq. teſtatur his verbis: *Locutus eſt* (Joſeph) *fratribus ſuis: Poſt mortem meam Deus viſitabit vos, & aſcendere vos faciet de terra iſta ad terram, quam juravit Abraham Iſaac & Jacob.* (Habes prophetiam). *Cumque adjuraſſet eos, atque dixiſſet: Deus viſitabit vos, aſportate oſſa mea vobiscum de loco iſto*, (habes monitum) *mortuus eſt Joſeph.* Ipſius Moſis cygneum

cantum, admodum prolixum, legere eſt Deuteronom. cap. XXXII. & XXXIII. Conſer inſuper Joſephum Lib. IV. Antiquit. Judaic. c. 8. ubi prolixus Moſis morituri ſermo habetur, in cujus exordio attentionem movere contendit hoc ipſo argumento, *quod anima prope exitum conſtituta cum omni virtute differat*, Διὰ τὸ τὰς ψυχὰς ἐπὶ τελευτῇ γνωμῶν μετ' ἀρετῆς πάσης ὁμιλεῖν, vti Græcus textus ſonat. De Moſis ſucceſſore Joſua vide Joſuæ cap. XXIII. & XXIV. ac Joſephum Lib. V. Antiq. Jud. cap. 1. ubi ſummam ultimorum verborum Joſuæ recenſet, ac inter alia refert dicentem: *αὐτῷ καλῶς ἔχειν ἀπίεναι μέλλοντι ἔτ' ζῆν ὑφ' αὑτοῖς τοιαῦτα καταλιπεῖν. Suum fuiſſe, ut, priusquam decederet, illos officii commoneſaceret.* Miſſo Rege Davide & Tobia, de quibus lege 1. Reg. II. 1. ſeqq. & Tobiæ XIV. 5. ſeqq. aliisque Veteris Teſtamenti exemplis, unicum addo Novi Teſtamenti Principem Jeſum, cujus ultimam orationem, Spiritu affectuque pleniſſimam, & ad Apoſtolos, & ad Deum Patrem, accurate deſcripſit intimus ejus amicus ac dilectiſſimus diſcipulus Johannes cap. XIV. XV. XVI. & XVII. Evangelii; ſemptem inſuper extremis Domini in cruce verbis ab omni Evangeliſtarum choro memoratis.

Non ſufficiens vero curioſis quibusdam ingeniis viſum, quod de ultimis Sacrorum Heroum verbis in Divino Canone legitur; indeque factum, ut peculiares de iis libros Apocryphos condiderint. Hujusmodi ſcripta τριῶν Πατριαρχῶν fuiſſe jam ſupra dixi: in hoc quoque cenſu reputo *orationem Joſephi*, memoratam non modo in Indi-

culo

culo Scripturarum, & Synopſi Scripturæ Pſeudo-Athanaſii, de quibus vide infra, ſed & ab Origene Tom. V. Comment. in Johannem; qui Tomo III. quoque Commentar. in Geneſin ad cap. 1. v. 14. allegat, quod in Joſephi precatione à Jacobo dictum fuit: *Ανέγνω ἐν ταῖς πλαξὶ τοῦ οὐρανοῦ, ὅσα συμβήσεσθαι ὑμῖν καὶ τοῖς υἱοῖς ὑμῶν, Legit in tabulis cœli, quæcunque accident vobis & filiis veſtris.* Certe talis fuit Διαθήκη Μωϋσέως, *Teſtamentum Moſis*, cujus mentio occurrit iterum in Athanaſiana Synopſi, nec non Nicephori Stichometria, & Cotelerii Indiculo Scripturarum. Talis denique noſter de ultimis XII. Patriarcharum dictis liber, eodem *Teſtamentorum* titulo inſcriptus, cujus rationem ipſe Auctor explanat in Teſtamento Benjamin, quem ita introducit loquentem infra §. 10. *Hæc vos pro omni hæreditate (ἀντὶ πάσης κληρονομίας) doceo: & vos igitur date hæc filiis veſtris in poſſeſſionem ſempiternam. Hoc enim fecerunt Abraham, Iſaac & Jacob. Omnia hæc dederunt nobis in hæreditatem, dicentes: Cuſtodite mandata Dei, usquequo revelet Dominus ſalutare ſuum omnibus gentibus.*

Quis Auctor XII. horum Teſtamentorum fuerit, Judæus religione, an Chriſtianus, ac quo ſeculo ſcripſerit, merito quæritur. Ante Origenis ætatem hunc librum extitiſſe, conſtat ex illius Homilia XV. in Joſuam prope finem, ubi hæc habet verba: *Sed & in alio quodam libello, qui appellatur Teſtamentum duodecim Patriarcharum, quamvis non habeatur in Canone, talem tamen quendam ſenſum invenimus, quod per ſingulos peccantes ſinguli Satanæ intelligi debeant.* Invenitur hic ſenſus in Teſtamento I.

quod eſt Ruben §. 3. ubi ſeptem Spiritus ſeptem peccatorum recenſentur, hisque demum additur octavus Spiritus ſomnolentiæ, conjunctus cum errore & phantaſia. Fallor, an Tertullianus ex Teſtamento Benjamin hauſerit, quæ lib. V. contra Marcionem cap. 1. ſcripſit: *Inter illas figuras & propheticas ſuper filios ſuos benedictiones, Jacob cum ad Benjamin direxiſſet: Benjamin, inquit, lupus rapax ad matutinum comedet adhuc, & ad veſperam dabit eſcam. Ex tribu enim Benjamin oriturum Paulum providebat, lupum rapacem ad matutinum comedentem, id eſt, prima ætate vaſtaturum pecora Domini, ut perſecutorem Eccleſiarum, debinc ad veſperam eſcam daturum, id eſt, devergente jam ætate oves Chriſti educaturum, ut Doctorem nationum.* Quibus gemina habet in Scorpiaco adverſus Gnoſticos cap. 13. Nam Benjamin §. 11. Teſtamenti ita locutus fertur: *Non amplius vocabor lupus rapax propter rapinas veſtras* (Διὰ τὰς ἁρπαγὰς ὑμῶν) *ſed operator Domini, tribuens cibum operantibus bonum. Et ſuſcitabitur ex ſemine meo in extremis temporibus dilectus Domini, audiens vocem ejus, cognitione nova illuminans omnes gentes, lucem cognitionis accendens Iſraeli in ſalutem. Et rapiens ut lupus ab ipſis, & dans Synagogæ gentium.* Quicquid vero de Tertulliano ſtatuatur, de Origene res clara eſt ex citata in Joſuam homilia. Præter quam nullum alium novi locum, ubi Origenes Teſtamenta XII. Patriarcharum allegaverit. *Oratio* enim *Joſeph*, quam Tomo III. Comment. in Geneſin citat, non eſt Teſtamentum Joſephi, ſiquidem in hoc adducta ab Origene verba non reperiuntur, ſed alius diſtinctus libellus, de quo ſupra dixi,

Cæ-

Cæterum ex allegatione Teſtamenti Patriarcharum ab Origene loc. cit. facta, doctisſimus Dn. D. Cave Part. I. Hiſtor. Literar. p. 52. collegit, librum iſtum Seculo II, & quidem exeunte, ſcriptum eſſe; ad ineuntem autem hanc ætatem potius referendum conjecit p. 29. Partis II. Hiſtoriæ Literariæ, quæ hiſce diebus magno ſtudioſorum Eccleſiaſticæ antiquitatis commodo in lucem prodiit. Clarisſimus Dn. Dodwellus in literis hac de re ad me benevole exaratis, Teſtamenta XII. Patriarcharum Seculo I. condita arbitratur, quia ſtylus plane eſt Helleniſticus, qualis inter ipſa Seculi II. Initia in uſu eſſe deſiit. Ambo autem laudati viri in eo conveniunt, Judæum quendam, ad Chriſtianam fidem converſum, eorum auctorem fuiſſe, quia in iis talia de Meſſia & Novi Teſtamenti ſtatu leguntur, quæ notitiam Judæorum longe excedunt, ac proinde non niſi à Chriſtiana manu profecta videntur. Et hujusmodi quidem aliqua ibi deprehendi haud inficias eo; contra vero & talia in hoc libro occurrunt, quæ quomodo ab ullo Chriſtiano, licet Judæorum placita magnam partem retinente, ſcribi potuerint, haud capio. Sic v.g. in Teſtamento Ruben §. 6. de Meſſia ex tribu Juda & Levi oriundo, dicitur: *ὅτι ὑπὲρ ὑμῶν ἀποθανεῖται ἐν πολέμοις ὁρατοῖς καὶ ἀοράτοις, καὶ ἔσται ἐν ὑμῖν βασιλεὺς αἰώνων. Quoniam pro vobis morietur in bellis viſibilibus & inviſibilibus, & erit in vobis Rex ſeculorum.* Mira quoque iſta in Teſtamento Simeon §. 5. *Εὑρηκα δὲ ἐν χαρακτῆρι γραφῆς* ΕΝΩΧ, *ὅτι οἱ υἱοὶ ὑμῶν — ἐν Λευὶ ἀδικήσουσιν ἐν ῥομφαίᾳ, ἀλλ' ἐ δυνήσονται πρὸς Λευὶ, ὅτι πόλε-*

μον κυρίῳ πολεμήσει, καὶ νικήσει πᾶσαν παρεμβολὴν ὑμῶν. *Vidi enim in charactere Scripturæ Enoch, quoniam filii veſtri — injuſtitiam facient Levi in gladio; ſed non prævalebunt ad Levi, quoniam bellum Domini bellabit, & vincet omne caſtrum veſtrum.* Quid? anne Chriſtiano cuipiam in mentem venire poterat, Chriſtum belligeraturum, inque bello tam viſibili quam inviſibili moriturum eſſe? mortuus eſt ſemel in pugna inviſibili cum diabolo, *atq; exſpolians principatus & poteſtates palam traduxit confidenter, triumphans illos in ſe ipſo.* Coloſſ. II. 15. In bello viſibili ipſum denuo moriturum nulli unquam Chriſtiani ſomniarunt, *ſcientes, quod Chriſtus reſurgens ex mortuis jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur,* Rom. VI. 9. Deinde qua ratione quiſpiam è grege fidelium ſcripſiſſet, Judæos, ac ſpeciatim poſteros Simeonis, a Levi, id eſt, a Meſſia ex tribu Levi & Juda oriundo, debellandos eſſe, ac caſtra eorum delenda? Neſcio quoque an Chriſtiani cujuspiam ſint iſta in Teſtamento Levi §. 18. de Meſſia dicta: οἱ οὐρανοὶ ἀνοιγήσονται, καὶ ἐκ ναοῦ τῆς δόξης ἥξει ἐπ' αὐτὸν ἁγίασμα μετὰ φωνῆς πατρικῆς, ὡς ἀπὸ Ἀβραὰμ πατρὸς Ἰσαάκ. *Cœli aperientur, & ex templo gloriæ veniet ſuper illum ſanctificatio cum voce paterna, tanquam ab Abraham patre Iſaac.* Cœlis apertis Spiritum ſanctum ſuper Chriſtum deſcendiſſe cum voce Dei Patris: *Hic eſt filius meus dilectus,* omnes fideles norunt; ſed vocem iſtam ab Abrahamo patre Iſaaci & Chriſti ſecundum carnem, profectam fuiſſe, nullus eorum, qui Evangelio fidem præbuerunt, ſcribere potuit. Contra fateor, priora de cœlis apertis ac Spiritu S. deſcendente

dente verba Chriſtiano potius quam Judæo convenire, & ſimiliter in aliis Teſtamentis reperiri talia, quæ obſcuris Judæorum umbris clariora videntur.

Quid ſi igitur dicamus, Teſtamenta XII. Patriarcharum a Judæo olim ſcripta, a Chriſtiano autem poſtea interpolata eſſe, ac fuiſſe e numero LXXII. Apocryphorum librorum V. T. quot olim extitiſſe, & una cum XXII. Canonicis ſcriptis ad Ptolomæum R. Ægypti a Judæis miſſos fuiſſe, refert Epiphanius Lib. de Menſuris & Ponderibus §. 10. Cui hac in re fidem habeo, quoniam Joſephus Lib. I. contra Apionem pag. 1036. inſinuat, libros quosdam Apocryphos Veteris inſtrumenti fuiſſe ſcriptos, dum recenſitis XXII. Canonicis, hæc ſubjungit verba: Ἀπὸ δὲ Ἀρταξέρξου μέχρι δὲ καθ' ἡμᾶς χρόνου γέγραπται μὲν ἕκαστα, πίστεως δὲ οὐκ ὁμοίας ἠξίωται τοῖς πρὸ αὐτῶν, διὰ τὸ μὴ γενέσθαι τὴν τῶν προφητῶν ἀκριβῆ διαδοχήν. *Ab Artaxerxe vero usque ad noſtrum tempus ſingula quidem conſcripta, non tamen eadem, quæ priora, fide digna habita, eo quod non fuerit exacta Prophetarum ſucceſſio.* Ex his ſunt libri Sapientiæ Salomonis & Jeſu Siracidis, Judith & Tobiæ, Maccabæorum & Esdræ III. ac IV. quos ſuperſtites habemus: acceſſere vero alii jam deperditi, quos ex parte enumerat Auctor Synopſeos Scripturæ Tomo II. Operum Athanaſii pag. 154. hunc in modum; Τὰ δὲ Ἀπόκρυφα πάλιν τῆ παλαιᾶ διαθήκης ταῦτα· Ἐνὼχ, Πατριάρχαι, προσευχὴ Ἰωσὴφ, Διαθήκη Μωσέως, ἀνάλημψις Μωσέως, Ἀβραὰμ, Ἐλδὰδ καὶ Μωδὰδ, Ἠλίου προφήτου, Σοφο-

υἱὸς προφήτου. Ζαχαρίου, πατρὸς Ἰωάννου, (ſed fateor, duas haſce voces male a quopiam additas, & Zachariam antiquiorem intelligendum videri) Βαρὼχ. Ἀμβακούμ, Ἐζεχιὴλ καὶ Δανιὴλ ψευδεπίγραφα. *Apocrypha rurſum veteris Teſtamenti ſunt iſta: Enoch, Patriarchæ, Oratio Joſeph, Teſtamentum Moſis, Aſſumptio Moſis, Abraham, Eldad & Modad, Eliæ Prophetæ, Sophoniæ Prophetæ, Zachariæ, Baruch, Ambacum*, (id eſt Habacuc) *Ezechiel & Daniel falſo inſcripti libri.* Hos & alios recenſet quoque Auctor Indiculi Scripturarum a Cotelerio in Notis ad Lib. I. Conſtit. Apoſtol. editi ſequenti ordine: 1. *Adam.* 2. *Henoch.* 3. *Lamech.* 4. *Patriarchæ.* 5. *Joſephi Oratio.* 6. *Eldad & Medad.* 7. *Teſtamentum Moſis.* 8. *Aſſumptio Moſis*, (uti hunc numerum in MSS. membranis vacuum reſtituit Cotelerius) 9. *Pſalmi Salomonis.* 10. *Eliæ Revelatio.* 11. *Eſaiæ Viſio*, 12. *Sophoniæ Revelatio.* 13. *Zachariæ Revelatio.* 14. *Esdræ Revelatio.* De quibus ſingulis agendi hic non eſt locus, ſed id ſolum notandum, libros iſtos, ſi non omnes, ſaltem plurimos ante tempora Novi Teſtamenti â Judæis conditos, atque ab ipſis Apoſtolis ſubinde allegatos eſſe. Et de Enochi quidem libro id colligitur ex epiſtola Judæ verſ. 14. ubi Apocryphum Enochi ſcriptum citari, jam olim obſervarunt Tertullianus Lib. de habitu muliebri cap. 3. Hieronymus in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſt. in *Juda* & in Comment. ad Tit. I. Auguſtinus Lib. XV. de Civit. Dei c. 23. Commentatores in S. Judæ epiſtolam ut taceam. Atque cum hac ut in aliis, ita & in hoc convenit S. Petri poſterior epiſtola, quod ibi quoque ex Enochi libro, licet tacito ejus nomine, quædam

dam deprompta videantur, nempe ea quæ cap. II. v. 4. leguntur de Angelis lapſis reſervatis ad judicium. Hæc enim Georgius Syncellus in Chronographia pag. 13. edit. Pariſ. 1652. ex libro primo Enochi allegat: *Altiſſimus ſanctis Archangelis impenuit & ipſi eorum anteſignanos ligarunt, ac dejecerunt in abyſſum usque ad judicium,* ἕως τῆ κρίσεως. Similiter ex alio libro Apocrypho, qui Moſis ἀνάλημψις dicitur, Judam ea ſumpſiſſe, quæ verſ. 9. ſcripſit de contentione Michaelis Archangeli cum Diabolo, tradit Origenes Lib. III. de Principiis cap. 2. ab initio. Porro Eliæ quoque Apocalypſis jam ante Chriſti tempora extitit, atque ex ea Apoſtolum citaſſe ea, quæ 1. Epiſt. ad Corinth. cap. II. v. 9. extant, docet non modo Georgius Syncellus p. 27. ſed & longe antiquior Origenes Tractat. XXXV. ad Matthæi XXVII. his verbis, a Ruffino Latine translatis: *& Apoſtolus ſcripturas quasdam ſecretorum profert, ſicut dicit alicubi: Quod oculus non vidit, nec auris audivit: in nullo enim regulari* (in Græco procul dubio fuit κανονικῷ) *libro hoc poſitum invenitur, niſi in ſecretis* (ἀποκρύφοις) *Heliæ Prophetæ.* Quo generali nomine Apocryphorum Eliæ, Apocalypſin ejusdem ab Origene deſignatam eſſe, dubitare nos non ſinit Hieronymus Lib. XVII. Commentariorum in Eſaiæ cap. LXIV. ſcribens: *Aſcenſio Eſaiæ* (ἀναβατικὸν Ησαΐου apud Epiphanium Hæreſ. XL. §. 2. & Hær. LXVII §. 3.) *& Apocalypſis Heliæ hoc habent teſtimonium.* Quanquam ipſe exiſtimet, Paulum loco citato, more Paraphraſtis, Eſaiæ cap. LXIV. v. 4. allegaſſe. Alibi tamen, nempe Lib. III. Commentar. in Epiſt. Pauli ad Epheſios cap. V. verſ. 14.

Hieronymus concedit, Apoſtolum ex Apocrypho libro citaſſe verba iſta: *Surge qui dormis, & exſurge a mortuis*, & quidem Eliæ, ut Epiphanius Hæreſ. XLII. p. 372. docet, quanquam Georgius Syncellus pag. 27. ex Pſeudo-Jeremiæ libro quodam ea petita tradat. Atque Jeremiæ nomini adſcripta quædam Apocrypha ante Chriſtum natum extitiſſe, ex Lib. 2. Maccabæorum cap. II. v. 1. conſtat; quorum unum ſe apud Nazaræum aliquem vidiſſe, & verba à Matthæo cap. XXVII. tanquam Jeremiæ allata in illo exacte reperiſſe, iterum teſtatur Hieronymus in Comment. ad loc. cit. Matthæi, idemque ante eum ſuſpicatus eſt Origenes. Quicquid vero de hoc loco ſtatuatur, ſane ex hactenus dictis appareat, Apocrypha quædam ſcripta Veteris Teſtamenti S. Apoſtolorum ævo cognita, & ab ipſis quandoque uſurpata fuiſſe. Unde Hieronymus Apocryphis alias infenſus, in Comment. ad Titum loc. cit. *Multa*, inquit, *Apoſtolus Paulus de reconditis eſt locutus.* Et in Comment. ad Epheſios ubi dixerat, verba ſupra dicta Paulum *ex reconditis Prophetis & his, quæ vocantur Apocrypha, in medium protuliſſe*, addit: *ſicut in aliis quoq; locis illum feciſſe manifeſtum eſt.* Similiter Origenes in fine Prologi duarum homiliarum in Canticum Canticorum, Hieronymo interprete: *Illud*, inquit, *palam eſt, multa vel ab Apoſtolis, vel ab Evangeliſtis, exempla eſſe prolata, & Novo Teſtamento inſerta, quæ in his Scripturis, quas Canonicas habemus, nunquam legimus: in Apocryphis tamen inveniuntur, & evidenter ex ipſis oſtenduntur aſſumpta*; mox addens rationem, quare Apoſtolis licuerit, dogmata ſua ex Apocryphis probare, nobis autem id non ſit integrum, dum ita pergit:

Potuit

Potuit fieri, ut Apoſtoli vel Evangeliſtæ, ſancto Spiritu repleti, ſciverint, quid aſſumendum ex illis eſſet Scripturis, quidve refutandum: nobis autem non eſt absque periculo, aliquid tale præſumere, quibus non eſt tanta Spiritus abundantia. Primi tamen S. Apoſtolorum diſcipuli, uti Apoſtolico Spiritu pleni, ac ipſimet ex parte Apoſtoli fuerunt, ita & eadem citandi Apocrypha libertate uſi ſunt, ſicut videre eſt ex Epiſtolis S. Barnabæ & Clementis Romani, nec non ex Hermæ Paſtore, in cujus Viſione II. § 3. ex *Prophetia Heldam & Modal*, ſive potius *Eldad & Modad*, dictum aliquod affertur, adeo ut & iſtam tempore S. Apoſtolorum jam extitiſſe, inde conſtet.

Atque idem de Teſtamentis XII. Patriarcharum affirmare vix aliquid vetat, unum autem atque alterum ſuadet. Cum enim omnes fere in Athanaſiana Synopſi Scripturæ, Nicephori Stichometria, & Anonymi Indiculo Scripturarum recenſiti libri Apocryphi V. T. ante tempora Apoſtolica extiterint, ſane & iſti, qui a dictis Auctoribus ſecundo loco memorantur, Πατριάρχαι, jam tum conditi fuiſſe videntur. Atqui per Patriarchas ibi vel ſolorum XII. filiorum Jacobi, vel horum tamen cum aliis, Teſtamenta intelligere neceſſe eſt. Nullum enim unquam librum titulo Πατριαρχῶν inſcriptum legimus, præter iſtum τριῶν Πατριαρχῶν, de quo ſupra, & hunc ιβ'. Πατριαρχῶν, υἱῶν Ιακώβ. At vero ille non adeo celebris fuit, nec uſpiam ejus mentio, præterquam in Conſtitutionibus Apoſtolicis Pſeudo-Clementis loco citato, occurrit; hunc vero allegavit Origenes loco ſupra recitato, nec non Procopius in

Com-

Comment. in Geneſ. c. 38. * idemque eſt cum illo, qui in Gelaſii decreto inter Apocrypha recenſetur, & appellatur *Teſtamentum Iacob* (juxta alia exemplaria *Iob*) per errorem natum ex Latini Scribæ imperitia, qui ex Græco titulo Διαθήκη ιβ'. efformavit *Teſtamentum Iob* ſeu *Iacob*. Teſtamentum itaque XII. potius, quam III. Patriarcharum, laudati Auctores voce Πατριαρχῶν indigitarunt, vel generali iſta voce, ſine addito numero ιβ'. vel γ'. uſi, cuncta ſimul complexi ſunt, ſicut Hieronymus lib. adverſus Vigilantium paulo ante medium univerſe memorat *fictas revelationes omnium Patriarcharum & Prophetarum*. Iſta igitur Patriarcharum Apocrypha, perinde ut cætera, ante Chriſti tempora extitiſſe, eſt veroſimillimum, idque non inepte ex Sectione 6. Teſtamenti Levi colligitur, qui his finitur verbis: Ἔφθασε δὲ ἡ ὀργὴ Κυρίου ἐπ' αὐτοὺς εἰς τέλος. *Venit autem ira Domini ſuper eos in finem.* Quæ ipſa verba contra Judæos uſurpavit S. Paulus in 1. Epiſt. ad Theſſalonicenſes, (quæ prima ordine temporis fuit inter omnes ab Apoſtolo ſcriptas, modo ſuperſtites,) c. II. v. 16. niſi quod vocem Κυρίου omiſerit, quamvis in quibusdam exemplaribus addita legatur vox Θεοῦ: ut adeo Apoſtolus his Teſtamentis, perinde ut aliis Apocryphis, uſus fuiſſe videatur. Ei vero, qui objicere velit, non Apoſtolum ex Teſtamento Levi, ſed hujus Auctorem Chriſtianum ex Apoſtolo dicta verba deſcripſiſſe, propono conſideranda ea, quæ ſupra recenſui, certe à nullo Chriſtiano, ſed Judæo quopiam

* Verba ſunt: *In teſtamento atteſtatur Juda* DEus, *quod diu eam* (Thamarem) *cum adhuc eſſet virgo, habuerit: luxitque iniquitatem ejus.*

piam, ac proinde ante Apoſtolicum ævum, ſcripta; neque enim poſt id Judæi Apocrypha condidere.

Quod attinet alia, quæ contra non Judaicam ignorantiam, ſed Chriſtianam revelationem ſapiunt, jam ſupra dixi, ea forte addita, ſicque Teſtamenti XII. Patriarcharum à Chriſtiano quopiam interpolata quidem, non autem primo condita eſſe: quanquam in his haud pauca ſint Meſſiam concernentia, quæ primo intuitu non niſi a Chriſtiana manu prodiiſſe videntur, & tamen ab antiquo Judæo ſcribi potuiſſe inde colligitur, quod in ipſis recentiorum Rabbinorum monumentis eadem occurrant. Sic v. g. in Teſtamento Dan. §. 5. Patriarcha perpetuam ac nulla ulteriore captivitate interrumpendam Judæorum felicitatem tempore Meſſiæ fore ominatur, eo quod ipſe tanquam Deus ſuper illos regnaturus ſit. Quibus verbis cum Deitas Meſſiæ adſtrui videatur, iſta non niſi à Chriſtiano ſcripta poterat aliquis exiſtimare. Et ecce habemus tamen traditionem Rabbinicam, quæ idem plane ſonat, aperteque aſſerit, gentem Judaicam, poſt liberationem manu Moſis aliorumque Heroum factam, iterum iterumque in manus hoſtium ac priores calamitates incidiſſe, ideo quod iſti Servatores fuerint homines; ſalutem vero per Meſſiam populo afferendam fore æternam, nec amplius eum captivum abductum iri, quia Deus ipſe tunc Servator ſit futurus; de quo expreſſa Rabbinorum verba in Notis ad dictum locum Teſtamenti Dan recitabo. Similiter quæ quaſi ex adverſo de pœnis & afflictionibus Judæorum tempore Meſſiæ, in primo ſcilicet

cet ejus adventu, pasſim in Teſtamentis XII. Patriarcharum dicuntur, non à Judaica, ſed Chriſtiana manu profecta videri poterant; & tamen antiquos Judæos idem genti ſuæ timuiſſe, imo duo præciſe millia annorum afflictionis in diebus Meſſiæ determinaſſe, in Notis ad Teſtam. Levi §. 15. ex Midras Tillim probabo: nec non de nativitate Meſſiæ ex virgine, deque ejus paſſione, morte, reſurrectione, tam ipſius, quam aliorum ſanctorum una cum illo, denique de aſcenſione ejus in cœlum, teſtimonia Rabbinorum iſtis, quæ in Teſtamentis Patriarcharum dicuntur, parallela ſubinde afferam. Quæ ubi quis conſideraverit, non adeo multa forte Chriſtianorum interpolationi adſcribet, quam primo quidem intuitu videri poterant adſcribenda.

Quantacunque vero ſint, quæ manus Chriſtiani cujuſpiam Teſtamentis Patriarcharum interſeruerit, præcipue de Deitate Chriſti, aliisque Chriſtianæ religionis myſteriis, hinc inde nimis clara, nec non ſpecialia de Apoſtolo Paulo §. 10. Teſtamenti Benjamin; iſta omnino vel Seculo II. ineunte, vel exeunte Imo addita videntur, certe poſt ſcriptas S. Pauli epiſtolas, hujusque Actus Apoſtolicos à Luca conſignatos, imo poſt excidium Hieroſolymitanum. Ad hoc enim ſpectant verba Levi §. 16. *In fine, ut æſtimabitis, occidetis eum, neſcientes ipſius reſurrectionem, innocentem ſanguinem in malitiam ſuper capita veſtra recepturi. Propter ipſum erunt ſancta veſtra deſerta, usque ad pavimentum prophanata*, &c. Et præcedente §. 15. *Propter hæc templum, quod utique eliget Dominus, deſolabitur in immunditia, &*

vos captivi eritis in omnibus gentibus & abominatio inter eas, & accipietis opprobrium & confusionem sempiternam a justo judicio Dei. Quæ aperte destructionem templi posterioris, & calamitates Judæis in pœnam cædis Christi inflictas, concernunt. S. Pauli epistolæ vero, & Lucæ Acta Apostolorum a Benjamin l. c. hisce indigitantur verbis: *Καὶ ἐν βίβλοις ταῖς ἁγίαις ἔσται ἀναγεγραμμένον, καὶ τὸ ἔργον, καὶ ὁ λόγος αὐτοῦ. Et in libris sanctis erit inscriptum, & opus, & sermo ejus.* Opus quidem in Actis Apostolorum, sermo autem & in his, & in ipsius Pauli epistolis.

Atque hæc fere sunt, quæ cuipiam persuadere possent, Testamenta XII. Patriarcharum à Judæo ante Christum natum literis consignata, posthæc autem a Christiano hinc inde interpolata esse. Nolim tamen egomet ipse hanc opinionem tanquam certam asserere, aut in re a nostra ætate adeo longe remota quicquam definire, ideoque secundum sententiam Cl. Dodwelli, sæpe dicta Testamenta huic Spicilegio Patrum Seculi Apostolici inserui; quanquam & posito, ea tota post Christi adventum condita esse, dubium adhuc sit, utrum ad initia Seculi II. vel finem I. sint referenda. Nam quod supra dictam rationem ab Hellenistico sive Græco Hebræo stylo desumptam attinet, missis aliis, quæ excipere possem, id solum observo, tractatum hunc Hebræo primum idiomate conscriptum, atque ex hoc in Græcam linguam translatum dici, (de quo postea) ideoque non potuisse non versionem Hellenisticam, quocunque etiam tempore facta sit: inde exsurgere. Neque de Apostolica ætate hujus scripti convincere me potuit

alia

alia ratio, quam vir eruditisſimus in epiſtola ad me ſcripta adjecit, ex errore Auctoris, de ſeculo Apoſtolico tanquam ultimo loquentis, arguens, illo ipſo eum vixiſſe; neque enim ſubſequenti ætate illum ejusmodi phraſin adhibere potuiſſe. Sed ut taceam, iſtum de ultimis temporibus errorem omnium fere temporum communem fuiſſe, haud video, qui non auctor Teſtamentorum, etiam Seculo II. ſcribens, Apoſtolica tempora ultima appellare potuerit, phraſi potisſimum Hebræa, qua dies Meſſiæ ultimi vocari ſolent, cum & nos hodie poſt tot Secula ita loquamur, dicentes v. g. Dei filium ultimis Seculis in carne apparuiſſe. Et quidni dictus Auctor tempora Apoſtolica ultima dicere potuerit, cum longe priorem ætatem, qua ſcilicet Hebræi in duo Regna, Juda & Iſrael, diviſi ſunt, hac phraſi inſigniverit, ita ſcribens Teſtam. VI. Zabulon §. 9. *Novi in Scriptura Patrum meorum, quoniam in ultimis diebus* (ἐπ' ἐσχάταις ἡμέραις) *recedetis a Domino, & diviſi eritis in Iſrael, & duos Reges ſequemini, &c. Et poſt hæc orietur vobis ipſe Deus lumen juſtitiæ.* Verum uti vix aliquod ſuppetit argumentum, quo probari poſsit, Seculo I. iſta de myſteriis Chriſtianæ nimis aperta dicta Teſtamentis τῶν ιβ'. addita eſſe; ita neque in contrariam partem demonſtrari poteſt, quod Seculo II. ea acceſſerint. Quocirca in re adeo dubia opinionem modo dicti viri, cujus excellentisſimam rerum Eccleſiaſticarum notitiam magni æſtimo, hac vice ſequi, ac Teſtamenta XII. Patriarcharum inter Scripta Seculi I. referre placuit.

Cæterum uti ſuperius obſervavi, Jacobum Patriar-

triarcham aliosque Sanctos viros, in ultimis, quos habuerunt, sermonibus, vitæ bene agendæ præcepta partim, partim futurorum præsagia edidisse, ita & in XII. Patriarcharum Testamentis utraque ista utramque faciunt paginam, historia insuper vitæ & mortis singulorum ibi enarrata. Hinc librum illum tanquam *plurimis Ethicis præceptis, iisque melioris quidem notæ, passim refertum* commendat supra laudatus D. Cave Part. I. Histor. Liter. pag. 52. Neque indignum est observatione, Ethicis istis præceptis non solum generales, seu Divinæ gratiæ promissiones, seu Divinæ justitiæ comminationes, annecti, sed hinc inde specialium remunerationum atque pœnarum fieri mentionem, quas sancti quidam viri, vel ex Divina inspiratione hausere, vel ex propria experientia collegere, & ad posteros transmisere. Sic v. g. specialia sunt, quæ Divinæ Legis studio atque cognitioni pollicetur Testamentum Levi §. 13. ita sonans: *Omnis, qui cognoscit legem Dei, honorabitur, & non erit peregrinus, quocunque vadit: amicos quoque plures suis genitoribus habebit, & desiderabunt multi hominum servire ei, atque audire legem ex ore ipsius.* Notabile quoque est, quod in Testamento Joseph. §. 3. legitur: ὅτι οἱ διὰ τὸν Θεὸν νηστεύοντες ἐν προσώπῳ τὴν χάριν προσλαμβάνουσιν, *Propter Deum jejunantes facici gratiam accipere.* Contra de fornicatione in Testamento Ruben §. 4. non modo in genere dicitur, quod sit *animæ perditio*, sed & in specie, quod *approximare faciat ad idola, & in errorem ducat intellectum atque mentem.* Idem de avaritia asseritur in Testamento Juda §. 19. & sic in cæteris. Egregiæ quo-

que hoc libro continentur Prophetiæ de Meſsia, ac ſtatu Synagogæ Judæorum & Eccleſiæ gentium ſub Novo Teſtamento, aliisque hujusmodi, quæ quatenus quidem ex Enochi Prophetia aliisq; antiquioribus ſcriptis referuntur, vel ſaltem cum antiquiorum Rabbinorum traditionibus conveniunt, & proinde a primo XII. Teſtamentorum Auctore ante tempora Chriſti ſcripta videntur, confirmandæ, vacillanti Chriſtianorum fidei, ac convellendæ pertinaci Judæorum incredulitati apprime inſervire poſſunt; quatenus autem a Chriſtiano quopiam Seculi I. vel II. prodierunt, ad hunc quidem ſcopum non conducunt, attamen quodammodo utiles ſunt, dum in iis genuinus Canonicarum Prophetiarum ſenſus, quem primi Chriſtiani ab Apoſtolis acceperunt, ſæpe non ſine Spiritu ac ſingulari verborum emphaſi, exprimitur, non ſolum de illis, quæ jam olim prima Eccleſiæ N. T. ætate impleta ſunt, & iſtis, quæ adhuc reſtant implenda, ut eſt converſio Judæorum, quos *abjectos quidem fore usque ad tempus conſummationis*, ait Teſtamentum Zabulon §. 9. in fine, ſed tandem credituros in Dominum, eique reconciliandos ἐν πίστει καὶ ὕδατι, *in fide & aqua*, juxta Teſt. Levi §. 16. Cum quo conſonat Teſtam. Aſer §. 7. & Dan. §. 6. ubi notanter docetur, ὅτι ἐν ᾗ ἡμέρα πιστεύσει Ισραὴλ, συντελεσθήσεται ἡ βασιλεία τοῦ ἐχθροῦ, *quod in qua die crediderit Iſrael, finem habiturum ſit Regnum inimici*, i. e. Diaboli. Hiſtoriam vero Patriarcharum quod attinet, plura de his in eorum Teſtamentis referuntur, quæ in Geneſi Moſis aliisque Canonicis libris non leguntur, ſed ex

Apo-

Apocryphis, vel ex traditione majorum ab Auctore referuntur, ob antiquitatem ſane omnibus Hebræorum, quos ſuperſtites habemus, hac de re commentariis, ſive commentis, præferenda, præſertim cum pleraque veritati omnino congrua videantur, & haud parum ad explicationem Geneſeos, atque illuſtrationem hiſtoriæ ſacræ, nec non temporum emendationem conducant, ut ex Notis in hunc librum, iisque ſuffigenda Tabula Chronologica apparebit.

Hi igitur & alii hujus libri uſus fecerunt, ut is, Hebræo primum idiomate ſcriptus, in Græcam verteretur linguam, & quidem a magno Græciæ lumine, Johanne Chryſoſtomo, ſi fides habenda Codici MS. 75. in Bibliotheca Bodleiana, de quo ſuo loco dicam. In hoc enim ſequentia Teſtamentis iſtis præfixa leguntur verba: *Teſtamenta duodecim Patriarcharum filiorum Jacob, ſecundum translationem Johannis Chryſoſtomi de Hebræo in Græcum.* Quo auctore hæc appoſuerit is, qui dictum Codicem ſcripſit, haud indicat: neque ego ullum antiquum memini ſcriptorem, a quo id memoriæ proditum ſit. Nihil quoque hac de re inaudiverat Matthæus Pariſ. indeque loco mox citando *Græcos* in genere ait librum iſtum ex Hebræa in ſuam tranſtuliſſe linguam. Vix igitur fidem dicto Codici habere poſſum, licet haud negem, S. Johannem, utpote Antiochiæ natum, educatum, Syro cuidam Monacho jugiter adjunctum, dehinc ibidem Clericum, Diaconum, Presbyterum, Epiſcopum denique, Hebraicarum literarum ſatis peritum fuiſſe. Certus autem eſt Auctor Verſionis

gii Senior Socius; & hæc suo tempore, si Deus voluerit, erudito orbi communicabo. Sed jam ad propositum meum revertor, & cum Auctor noster adscensum Messiæ ex inferno in terram, a terra in cœlum, memoraverit, de utroque testimonia Rabbinorum adducam. De priori intelligenda sunt, quæ leguntur in sæpe citato Bereschith Rabba R. Mosis Hadarsan super Genes. XLIV. 18. ubi post allegatum dictum Cantici Salomonis cap. I. vers. 4. *Lætabimur & exultabimus in te*, hæc explicationis ergo adduntur: *Quando hoc fiet: quando adscendent captivi ex inferno, & Deitas* (השכינה) *in capite eorum, sicut dictum est*: (Mich. II. 13) *Et transibit Rex eorum, ante eos, & Dominus in capite illorum.* De posteriori exponi forte, vel eo referri saltem potest, alia explicatio, quæ ibidem præcedit: *Quando nos gaudebimus? quando stabunt pedes Divinitatis in monte Olivarum, sicut dictum est*: (Zachar. XIV. 4.) *Et stabunt in die illo pedes ejus super montem Olivarum, qui est coram Jerusalem ad orientem.* Quod utique factum, cum de hoc monte in cœlum adscendit. Verum clariora de exaltatione Messiæ in eodem Bereschith Rabba habentur super caput XXVIII. vers. 10. ubi verba Esaiæ LII. 13. ita explicantur: *Dictum est*: Ecce servus meus intelligit, *ipse est Messias*: exaltabitur, *plus quam Abraham, de quo dicitur* (Genes. XIV. 22.) *Exalto manum meam ad Dominum.* Et elevabitur, *plus quam Moses, de quo dictum est* (Numer. XI. 10.) *Porta eum in sinu tuo*, &c. & sublimis erit valde, *plus quam Angeli ministerii, de quibus dictum est*: (Ezech. I. 18.) *Et sublimitas eis*, &c. Qui locus sane summatim complectitur, quod prolixius docet Apostolus in Epistola ad Hebræos, ubi cap. I. eminentiam Christi super Angelos, quos itidem vocat *ministratorios spiritus*, demonstrat; cap. III. prærogativam Christi præ Mose osten-

καὶ διὶ εὐχῶν τοῦ πατρὸς Ιακωβ εἶδον αὐτὸν, ἐν ἡμέρᾳ γρηγορεῶν, καθ' ὃ ἦν πᾶσα ἡ ἰδέα αὐτοῦ. Γινώσκετε οὖν, τέκνα μου, ὅτι ἀποθνήσκω. Ποιήσατε οὖν ἀλήθειαν καὶ δικαιοσύνην, ἕκαστος μετὰ τοῦ πλησίον αὐτοῦ, a καὶ κρῖμα εἰς πίστωσιν", καὶ τὸν νόμον κυρίου, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ φυλάξατε. Ταῦτα γὰρ ἀνθ' πάσης κληρονομίας ὑμᾶς διδάσκω. Καὶ ὑμεῖς οὖν δότε

mam aſpectus ejus, & per orationes Jacob patris mei vidi eum, in die vigilans, ſecundum quod erat omnis ſpecies ejus. Cognoſcite igitur filii mei, quoniam I nunc" morior. Facite igitur veritatem & juſtitiam, unusquisque cum proximo ſuo, 2 judicium * &" fidei operationem, & legem Domini, & mandata ejus cuſtodite. 3 Hoc" enim

oſtendit, cap. VII. eundem in typo Melchiſedeci ſuperiorem Abrahamo facit. Addo adhuc quedam ex Midras Tillim ſuper Pſalm XXI. v. 7. *Dixit R. Berachia in nomine R. Samuel: Una ſcriptura dixit de Meſſia*: (Daniel VII. 13.) *Et in nubibus cæli venit ſicut filius hominis, ac usque ad antiquum dierum pervenit, & coram illo appropinquare fecerunt illum. Alia vero ſcriptura dicit*: (Ierem. XXX. 21.) *Et applicabo eum, & accedet ad me. Ecce per quem modum* (hæc ſcilicet fient, vel hæc ſibi invicem quaſi adverſa conciliantur)? *Angeli perducunt ipſum usque ad medium eorum; Deus autem ſanctus benedictus extendit manum ſuam, & introducit eum ad ſe. Propter hoc dictum eſt de Rege Meſſia: Et applicabo eum, & accedet ad me.* Quæ adſcenſioni Domini noſtri optime congruunt. Nam uti in Actis Apoſtolorum cap 1. ipſo *in nube elato in cælum, Angeli* præſto fuiſſe narrantur, eum quaſi ſubvehentes; ita cap. II. v. 33. *dextera Dei exaltatus* expreſſe dicitur.

a Omiſſa ſunt.

1 deeſt. 2 *Add.* Bt. * in. 3 Hæc.

ταῦτα τοῖς τέκνοις ὑμῶν εἰς κατάσχεσιν αἰώνιον. Τοῦτο γὰρ ἐποίησεν Αβραάμ, καὶ Ισαὰκ, καὶ Ιακώβ. Ταῦτα πάντα ὑμᾶς κατεκληρονόμησαν, εἰπόντες· φυλάξασθε τὰς ἐντολὰς τοῦ θεοῦ, ἕως ὅτου ὁ κύριος ἀποκαλύψει τὸ σωτήριον αὐτοῦ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι. Τότε ὄψεσθε Ενὼχ, Νῶε, Σὴμ, καὶ Αβραάμ, καὶ Ισαὰκ, καὶ Ιακὼβ ἀνισταμένους ἐκ δεξιῶν ἐν ἀγαλλιάσει. Τότε καὶ ἡμεῖς ἀναστησόμεθα, 48) ἕκαστος ἐπὶ σκήπτρου ἡμῶν, προσκυνοῦντες τὸν βασιλέα τῶν οὐρανῶν, τὸν ἐπὶ γῆς φανέντα ἐν μορφῇ ἀνθρώπου ταπεινώσεως". Καὶ

vos pro omni hæreditate doceo. Et vos igitur date hæc filiis veſtris in poſſeſſionem ſempiternam. Hoc enim fecerunt Abraham, Iſaac, & Jacob: Omnia hæc dederunt nobis in hæreditatem, dicentes: Cuſtodite mandata Dei, usquequo revelet Dominus ſalutare ſuum omnibus Gentibus. Tunc videbitis Enoch, Noe, Sem, Abraham, Iſaac & Jacob reſurgentes à dextris exultatione. Tunc I nos reſurgemus, unusquisque in ſceptrum noſtrum, adorantes Regem cœlorum, qui in

ὅσοι

a Deeſt.

I *add.* &.

48) Ultima verba deſumpta ſunt ex Danielis cap. XII. v. 2. quibus hanc in rem citatis quoque in Midras Tillim ſuper Pſalm. XCIII. v. 2. idem de reſuſcitatione mortuorum per Meſſiam docetur, quod Auctor noſter dixit. Verba ibi ſe habent ſequentem in modum: *Futurum eſt, ut naſci faciat* (Meſſias) *omnes dormientes in pulvere. Dixit R. Nachmon: Dormientes in pulvere ſunt mortui, ſicut dictum eſt. Et multi de his, qui dormiunt in terræ pulvere*, &c. Conf. ſupra p. 738.

ὅσοι ἐπίσευσαν αὐτῷ ἐπὶ γῆς, συγχαρήσονται αὐτῷ, ὅτε καὶ πάντες ἀναστήσονται, οἱ μὲν εἰς δόξαν, οἱ δὲ εἰς ἀτιμίαν. Καὶ κρινεῖ κύριος ἐν πρώτοις τὸν Ισραὴλ καὶ ἔπειτα εἰς αὐτὸν ἀδικίας, ὅτι ὀφθησόμενον θεὸν ἐν σαρκὶ ἐλευθερωτὴν οὐκ ἐπίστευσαν. Καὶ τότε κρινεῖ πάντα τὰ ἔθνη, ὅσα οὐκ ἐπίστευσαν αὐτῷ ἐπὶ γῆς φαινέντι· καὶ ἐλέγξει ἐν τοῖς ἐκλεκτοῖς τῶν ἐθνῶν τὸν Ισραὴλ, ὥσπερ ἤλεγξε τὸν Ησαῦ ἐν τοῖς Μαδηναίοις, τοῖς ἀπατήσασιν[a] ἀδελφὸν αὐτῶν γενέσθαι διὰ τὴν πορνείας, καὶ τὴν εἰδωλολατρείας· καὶ ἀπηλλοτριώθησαν θεοῦ. Γενόμενοι οὖν, τέκνα, ἐν με-

terra apparuit in forma [1] humanæ["] humilitatis. Et quotquot crediderunt ei in terra, congaudebunt ei [2] tunc. Et["] omnes [3] hi quidem resurgent["] in gloriam, isti vero in ignominiam. Et judicabit Dominus in primis Israel, de ea, quæ in ipsum, injustitia. Quoniam [4] in["] advenientem Deum in carne liberatorem non crediderunt. Et tunc judicabit omnes gentes, quotquot non crediderunt ei in terra apparenti. Et arguet in electis gentium Israel, quemadmodum redarguit Esau in [5] Madmeis["], seducentibus [6] fratres ipsius["] per forni-

a ἀπιστήσασιν habet Cod. Oxon.

1 hominis. 2 In Cod. 62. vox *Tunc* novam incipit periodum. Legit nimirum interpres τότε pro ὅτε, quod & in Oxon. & in Cantabrig exemplari Græco extat. Unde si Græcum textum exacte exprimere velimus, ita reddere debemus: *Quando & omnes*, &c. 3 resurgent, hi quidem. 4 deest. 5 Madinæis 62. Nam Cod 75. vitiose habet Machinæis. 6 *Fratres suos fieri*, habet uterque Codex MS. Sed juxta Græcum ita repone: *ut frater eorum fieret.*

ρίδι φοβουμένων τὸν κύριον. ὑμεῖς δὲ ἐὰν πορεύησθε ἐν ἁγιασμῷ καὶ κατὰ πρόσωπον κυρίου, πάλιν κατοικήσετε ἐν ἐλπίδι ἐν ἐμοί· καὶ συναχθήσεται πρὸς κύριον πᾶς Ισραήλ.

cationem & idololatriam, & abalienati sunt à Deo, 1 excidentes ab hæreditate filiorum, qui non timent Deum[n]. Vos autem si ambuletis in sanctificatione secundum faciem Domini, rursus habitabitis in spe in me. Et congregabitur omnis Israel ad Dominum.

ιά. Καὶ οὐκ ἔτι κληθήσομαι λύκος ἅρπαξ, διὰ τὰς ἁρπαγὰς ὑμῶν, ἀλλ' ἐργάτης κυρίου, διδοὺς τροφὴν τοῖς ἐργαζομένοις τὸ ἀγαθόν. Καὶ ἀναστήσεται ἐκ τοῦ σπέρματός μου ἐν ὑστέροις καιροῖς ἀγαπητὸς κυρίου, ἀκούων τὴν φωνὴν αὐτοῦ, ἃ γνῶσιν καινὴν φωτίζων παύσω τὰ

XI. Et non amplius vocabor lupus rapax propter rapinas vestras, sed operator Domini, tribuens cibum operantibus bonum. Et suscitabitur ex semine meo in extremis 2 dilectus Domini, audiens * in terra[o] vocem ejus, cognitionem novam illumi-

ἔθνη

a Καὶ ποιῶν εὐδοκίαν θελήματος αὐτοῦ, add. Cod. Oxon.

1 *facti non filii in parte timentium Dominum*, habet uterque Codex MS., adeo ut Robertus pro ἐν, quod in Græco Oxon. pariter & Cantabrig. habetur, legisse videatur ἐ vel ἐκ, cunctaque hæc verba ad præcedentem periodum retulerit. Sed in utroque Græco Codice à voce γενόμενοι nova incipit periodus, cujus primum colon ita Latine est reddendum: *Estis itaque, filii, in parte timentium Dominum.* 2 *adde* temporibus. * hæc forte ab interprete addita sunt; neque enim in Græco est ἀπὸ τῆς γῆς.

ἔθνη, φῶς γνώσεως a ἐπεμβαίνων" ἐν σωτηρίᾳ τῷ Ισραὴλ, καὶ ἁρπάζων ὡς λύκος ἀπ' αὐτῶν, καὶ διδοὺς τῇ συναγωγῇ τῶν ἐθνῶν, καὶ ἕως συντελείας τῶν αἰώνων ἔσται ἐν ταῖς συναγωγαῖς τῶν ἐθνῶν, καὶ ἐν τοῖς ἄρχουσιν αὐτῶν ὡς μουσικὸν μέλος ἐν στόματι πάντων· καὶ ἐν βίβλοις ταῖς ἁγίαις ἔσται ἀναγραφόμενος, καὶ τὸ ἔργον, καὶ ὁ λόγος αὐτοῦ καὶ ἔσται ἐκλεκτὸς θεοῦ ἕως τοῦ αἰῶνος, καὶ διὰ αὐτὸν συνέτισέ με Ιακὼβ ὁ πατήρ μου, λέγων· αὐτὸς ἀναπληρώσει τὰ ὑστερήματα τῆς φυλῆς σου.

ιβ'. Καὶ ὡς ἐπλήρωσε τοὺς λόγους αὐτοῦ, εἶπεν· Ἐντέλλομαι ὑμῖν, τέκνα μου, ἀνενέγκατε τὰ ὀστᾶ μου ἐξ Αἰγύπτου, καὶ θάψατέ με εἰς Χεβρὼν ἐγγὺς τῶν πατέρων μου. Καὶ ἀπέθανε Βενιαμὶν ρκ ἐτῶν ἐν γήρει καλῷ, καὶ

nans 1 omnes Gentes, * lux" cognitionis, 2 ascendens" Israeli in salutem. Et rapiens ut lupus ab ipsis, & dans synagogæ gentium, & usque in consummationem sæculorum erit in synagogis gentium, & in principibus earum sicut musicum melos in ore omnium: & in libris sanctis erit inscriptus, & opus & sermo ejus. Et erit electus Dei usque in sæculum, & propter ipsum instruxit me pater meus Jacob, dicens: ipse replebit defectus tribus tuæ.

XII. Et ut implevit sermones suos, dixit: Mando vobis filii mei, referte ossa mea ex Ægypto, & sepelite me in Hebron prope patres meos. Et mortuus est Benjamin centum viginti annorum & quin-

ἔθη-

a λαμπων.

hic Cod. 62. inserit præpositionem *In* * lucem. 2 ascendens 62.

ἐθηκαν αὐτὸν ἐν a ὠδε θήκῃ. Καὶ ἐν τῷ ϟ ἔτει 49) τ ἐξόδῳ τῶν υἱῶν Ισραὴλ ἐξ Αἰγύπτου, αὐτοὶ, καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτῶν, ἀνήγαγον τὰ ὀστᾶ τῶν πατέρων αὐτῶν ἐν κρυφῇ, ἐν b τόπῳ λεγομένῳ Χαναὰν, καὶ ἔθαψαν αὐτὸν ἐν Χεβρὼν, ὠδε τὸν πόδας τῶν πατέρων αὐτῶν. Καὶ αὐτοὶ ἐπέστρεψαν ἐκ γῆς Χαναὰν, καὶ ὤκησαν ἐν Αἰγύπτῳ, ἕως ἡμέρας ἐξόδου αὐτῶν ἐκ γῆς Αἰγύπτου.

que in ſenectute bona: & poſuerunt eum in thecam. Et in nonageſimo primo anno, ante exitum filiorum Iſrael ex Ægypto, ipſi, & fratres eorum, reduxerunt oſſa patrum ſuorum in abſcondito, in locum dictum Canaan. Et ſepeliverunt 1 eum" in Hebron juxta pedes patrum ſuorum. Et ipſi reverſi ſunt ex terra Canaan, & habitaverunt in Ægypto, usque ad diem exitus eorum 2 de" terra Ægypti.

Τέλος τῶν ιβ Διαθηκῶν τῶν υἱῶν Ιακὼβ. 3 Finis Teſtamentorum XII. filiorum Jacob".

49) Hæc bene correxit doctiſſimus Dn. Dodwellus, ut mox apparebit.

Cæterum majus eſt, quod Vir Clariſſimus mihi pariter ac erudito Lectori exhibuit beneficium, dum nuper Oxonium veniens, meque parandæ Tabulæ Chronologicæ ſuperius p. 515. promiſſæ manus admoventem inveniens, rogatus hoc onere me levare. ac eam, quæ mox ſequitur, Tabulam longe doctiori manu ſua exarare, mihique communicare voluit. Quam ejus benevolentiam grato animo agnoſco, gratoque calamo publice teſtatam facio.

a ὠδε καὶ θήκῃ. b τῷ πολέμῳ.

1 Eos 62. 2 ex. 3 In Codice 62. hæc ad finem ſunt adſcripta: *Expliciunt Teſtamenta XII. Patriarcharum ſecundum tranſlationem Domini Roberti Groſſeteſte, Lincoln. Epiſcopi.*

Tabula

Tabula Chronologica contracta de annis Patriarcharum ex mente Clariss. Dodwelli, cum ejus observationibus.

Abanno Abrahami.	Jacobi ætatis.	
161	76	(qui erat servitutis Jacobi apud Labanem octavus) natus Ruben.
164	79	Natus Simeon.
166	81	Natus Levi.
169	84	Natus Juda.
170	85	Natus Dan.
171	86	Nati Issaschar, Naphtalim & Gad.
172	87	Nati Zabulon & Aser.
173	88	Nata Dina.
174	89	Natus Joseph.
186	101	Natus Benjamin.
232	147	Mortuus Jacobus.
283		Mortui Simeon ætatis 120. & Josephus 110.
285		Mortui Ruben ætatis 125. & Zabulon 114.
287		Mortuus Juda, ætatis 119.
292		Mortuus Issaschar, ætatis 122.
294		Mortuus Dan, ætatis 125.
295		Mortuus Gad, ætatis 125.
297		Mortuus Asher, ætatis 126.
300		Mortuus Naphtali, ætatis 130.
302		Mortuus Levi, ætatis 137.
310		Mortuus Benjamin, ætatis 125.

Cum

Cum annum ſervitutis VII. abſolviſſet Jacobus, tum demum Liam duxit uxorem. Recte ergo filius primogenitus ad annum ſequentem refertur, qui erat ſervitutis VIII.

VIII. anno Levi ingreſſi ſunt in Canaanem, *Levi* 12. Atqui hoc cum anno XX. ſervitutis factum eſſe conſtet, Levi hoc anno ex mente Auctoris Teſtamenti XII. Patriarcharum natus eſt.

Hoc anno natus videtur Iſſaſchar, minor Juda & major Zabulone. Notam autem anni nullam exhibet Auctor.

Naphtalim major Joſepho, Naphtal. 1.

Gad, licet pro ordine horum teſtamentorum ſit filius ἕκτος, & talis in Codice Græco Oxonienſi dicatur, ordine tamen Natalium filius ἕβδομος fuiſſe videtur, uti dicitur in Græco Cantabrigienſi, & Latina Roberti verſione.

Zabulon cum naſceretur; (ἐν τῷ γεννηθῆναί με, inquit) Jacobus auctus eſt gregibus ſorte virgarum Zabul. 1. Unde conſtat, ex mente Auctoris nativitatem Zabulonis uni iſtorum adſcribendam eſſe annorum, quibus Jacobus Labani propter mercedem ex pecore ſervivit, non illis, quibus propter filias ſervitutem obiit.

Joſephi annus natalis ex mente hujus auctoris incidit in XX. annum ſervitutis, ultimum propter pecora, quem tamen ſacræ literæ ad finem anni XIV. ſervitutis propter filias referunt, cum nondum mercedem e pecore pactus eſſet, Geneſ. XXX. 25. 31. ſeqq.

Levi

Levi anno XVIII. ætatis occidit Sichem, Levi 12. Ex quo loco explicandus & determinandus est laxior numerus §. 2. ubi Levi dicit se ὡσεὶ ἐτῶν κ' fuisse, quando hanc cædem fecit.

Levi anno ætatis XIX. ἱεράτευσε Levi 12. nempe Sacerdos factus & edoctus ritum sacrificiorum ab avo Isaaco, tunc adhuc superstite.

Benjamin natus anno Jacobi C. nempe expleto. Benjam. 1. Proinde anno Jacobi CI. labente.

Judæ anno XX. Bellum in Cananæos. Jud. 7.

Hoc ætatis suæ anno XXX. Ruben Balam polluit. Rub. 1. Morbo per menses VII. multatus, pœnitentiam egit per annos VII. ibid. Tum Jacob apud Isaacum patrem fuit, Rub. 3. Supererat Isaacus ad annum Jacobi CXX. Gen. XXV. 26. XXXV. 28.

Judæ 22. incipiunt induciæ cum Esavo annorum XVIII. Jud. 9.

Josephus XVII. anno venditus, a cujus fine incipiunt forte anni VII. quibus Potiphari servivit, Joseph. 3.

Levi annos natus XXVIII. uxorem duxit Melcham. Lev. 11. 12. primus ejus filius Gerson dictus ibid.

Expletis annis VII. Josephus in carcerem conjicitur.

Levi ann. XXXV. natus filius secundus Caath. Lev. 11.

Issachar anno XXX. duxit uxorem. Issach. 3.

Anno XXVIII. socios habuit captivitatis Josephi pincernam Pharaonis & pistorem.

Post

Poſt duos annos in gratiam Pharaonis receptus Joſephus anno ætatis XXX. Gen. XLI. 1. 46.

Levi anno XL. natus filius tertius Merari. Lev. 11. Græc.

Judæ XL. Bellum cum Eſavo, quo cecidit Eſavus τόξῳ Jacobi. Jud. 9. Jacobi τόξῳ mentio fit Gen. XLVIII. 22. Sed in Amoritas, non Idumæos. Judas nondum in Ægypto. ib. Imo ſequitur annus unus, quo vixerit cum Thamare Annan. Tum anni duo viduitatis, antea quam rem cum ea haberet Judas, cap. 11. 12.

*Zabulon ann. 38. vel 39. piſcari cœpit, quinq; ante annis quam deſcenderent in Ægyptum. Zab. 6.

Naphthalimi ſomnia, anno ejus XL. quæ eum adhuc in Palæſtina fuiſſe ſupponunt, nondum in Ægypto. Naphth. 5. πάλιν μετὰ μῆνας ἑπτὰ Naphth. 6. Poſt venditionem Joſephi, & tamen antea quam deſcenderent in Ægyptum. Naphth. 7.

Deſcendit Levi in Ægyptum anno æt. XL. Levi 12. Sed deeſt numerus ſupra XL. Juda enim Levi junior annum tunc agebat XLVI. Jud. 12. Levi ergo annum abſolverat XLIX. qui in annum Jacobi incurrebat CXXX. quo deſcenderunt in Ægyptum. Gen. XLVII. 9.

Judæ XLVI. deſcenſio in Ægyptum. Inde per annos LXXIII. vixit in Ægypto, Jud. 12.

Levi anno LXIV. nata Jochabed. Et quidem in Ægypto. Lev. 11. Eodem die natus maritus ejus Amram, Lev. 12.

Levi anno XCIV. nupſit Jochabed Amramo. Lev. 12.

Simeon

Simeon mortuus anno vitæ CXX. eodem, quo mortuus eſt Joſeph. Sim. 1. 8. Joſephi oſſa cuſtodiebant Ægyptii, quo minus deportarentur in Hebron, cum ſepeliretur Simeon. Sim. 1, Hinc etiam conſtat, eodem anno utrumque mortuum eſſe, pro hujus Auctoris rationibus.

Anno Levi CXVIII. mortuus Joſephus Lev. 12.

Ruben mortuus anno vitæ CXXV. poſt duos annos a morte Joſephi, Rub. 1.

Zabulon mortuus an. CXIV. Lat. in Græco ἑκατοςῷ τεσσαρακοςῷ ηϛῳ δεκάτῳ. Inepte, pro ἑκατοςῷ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ. Vicisſim rectius in Græco 2. annis poſt mortem Joſephi, quam in Latino 32. Zab. 1.

Judas mortuus ann. CXIX. Jud. 12. 26. Poſt Rubenem. Rub. 1.

Iſſachar mortuus anno ætat. CXXII. Iſſach. 7.

Dan mortuus anno ætatis CXXV. Dan. 1. Μετὰ ταῦτα ἀνηρέγκαντα ὁςᾶ αὐτῷ. Dan. 9.

Gad mortuus anno æt. CXXV. Gad. 1. vixit autem certe, pro noſtri Auctoris rationibus, poſt Joſephum. Monet enim ille moriens de Zelpha matre, prope Ballam & Rachelem ſepelienda, Zelphæ, ut videtur, filios, tam Gadum quam Aſerum. Imo etiam poſt Rubenem vixit. Utrumque enim alloquitur moribundus. Rub. 1.

Mortuus Aſer anno vit. CXXVI. Gr. Aſ. 1. Nec enim fidendum exemplari Roberti Lincoln. qua discrepat à Cod. Cantabrig. Certe poſt Joſephum & Rubenem vixit, ut ex ſupra dictis patet.

Naphthalim mortuus anno CXXX. Græc. CXXXII. Lat. Naphth. 1.

Levi Mortuus anno vitæ CXXXVII. Lev. 19. Exod. VI. 16. Adhuc posteri ejus tertiæ duntaxat generationis erant, Lev. 12. Nondum ergo nati liberi e conjugio Amrami cum Jochabed, pro hujus Auctoris hypothesibus. Ne quidem nata Mirjam, quæ, cum nasceretur Moses, erat Adolescentula.

Benjamin mortuus anno vitæ CXXV. Benj. 1. 12. Gr. Deest in Latinis Codicibus numerus postremus loco tantummodo priori.

Anno Promissionis 340. Patriarcharum reliquias in Hebronem transtulerunt Israelitæ, præterquam Josephi: Pro hujus nimirum Auctoris rationibus. Moses natus est anno Promissionis 350. Nam annum egit 80. anno Promissionis 430. quo discessit ex Ægypto. Sic fuerit Amramus annorum 121. cum nasceretur Moses, pro hujus Auctoris rationibus. Alia omnia de Amramo Demetrius. Et profecto verisimiliora.

Situm Patriarcharum plerorumque ex anno emortuali Josephi elicuimus Josephi autem natalem didicimus è natali Benjamini, & quo pacto fuerit cum Jacobi ætate, promissionisque adeo Abrahamo factæ æra committendus. Hæc invicem collata docent, quem situm Patriarchæ illi teneant in annis 430. à promissione illa numerandis. Si minus vere, at saltem pro hujus Auctoris hypothesibus. Desunt autem, fateor, in aliis Patriarchis notæ temporum accuratæ, & in harum defectu ratiociniis indulgendum est, quæ tamen è propriis ejusdem rationibus arcessenda sunt.

ſunt. Sic fuerit neceſſario Iſſacharis natalis ad annum aliquem medium inter Judæ Zabulonisque natales referendus. Eſt autem obſcurisſimum, quid ſenſerit noſter de filiis ancillarum. Sic autem ſunt collocandi, ut juniores fuerint Juda, & Joſephum tamen omnes ætate ſuperarint. Nam poſt natum Judam Rachel ancillam marito dedit, ſuo tamen ipſi nomine parituram; cum ſcilicet Lia, parere deſiiſſet. Gen. XXIX. 35. Innuit profecto Liam uno ſaltem anno partum intermiſiſſe. Itaque illo ipſo anno, quem intermiſit Lia, primum filium Rachel è Bala ſuſceperit, nempe Danem, & ſequenti ſecundum Naphthalimum. Sic duos habuerit Rachel filios eo ſpatio quo unicum peperit Lia Iſſacharem. Inde gloriatur victam a ſe in Puerperii lucta illa ſororem. Mox tamen ſororis exemplum æmulata Lia, ipſa quoque Zelpham ancillam marito collocavit; adeo ut ille primus Zelphæ filius Gadus in eundem cum Naphthalimo annum concurrerit, ſic tamen, ut fuerit Naphthalimo paulo junior. Referentur ad ſequentes annos Aſer & Dina, quos Joſepho majores fuiſſe docet Textus Geneſeos. Nec ullus ſupererit hiatus inter Judam & Joſephum. Sic annum egerit Dina, cum raperetur XIII. cum Levi frater ageret, pro noſtri Auctoris mente, XX. Uno nimirum anno major ætate nubili, pro more Romanorum. Sic incidet mors Gadi in annum Promiſſionis CCXCV. Annum ſcilicet ante reliquiarum translationem XLV. Credidit enim Auctor, poſt mortem Joſephi, reliquias Joſephi, ne transferrentur in Hebronem, ab Ægyptiis fuiſſe cuſtoditas, pro-

pter quoddam. quod comminiſcitur, Oraculum: nec inde licuiſſe Patriarchas alios, qui poſt illum obierunt, in Hebrone ſepelire. Sic legimus in Teſtamento Simeonis, c. 8. Pariarchas ergo illi ſuperſtites thecis reconditos fuiſſe ait, donec otium eſſet ab Ægyptiis, quo illos liceret in Hebronem deportare. Sic in Teſtamento Rubenis, cap. ult. *Et poſuerunt eum in thecam, usquequo referentes eum ex Ægypto, ſepelierunt in Hebron in ſpelunca duplici, ubi Patres ejus dormierunt.* Et in Simeone c. 8. *Et poſuerunt eum in thecam lignorum, quæ non putreſcunt, ut reducerent oſſa ejus in Hebron.* In Levi c. ult. *Et poſuerunt eum in thecam, & poſtea ſepelierunt eum in Hebron* &c. Videmus hic unam eandemque operam fuiſſe in plurium Patriarcharum funeribus procurandis. Itaque hinc intelligenda ſunt aliorum Teſtamentorum loca, in quibus idem innuitur, ſed obſcurius. Tempus docemur in Teſtamento Benjamini, quo Patriarchas omnes, excepto Joſepho, in Hebronem transtulerint Iſraelitæ: nempe annum fuiſſe ante exitum filiorum Iſrael ex Ægypto nonageſimum. Sic enim Codex uterque Græcus. Male ergo Codices Latini. qui unum præterea addunt annum. Eſt enim ſane veriſimillimum, Robertum Lincolnienſem non alio uſum eſſe Codice ad verſionem ſuam concinnandam, quam Cantabrigienſi, vel qui ei admodum ſimilis fuerit. Sed vicisſim e Latinis corrigenda Græca: καὶ ἐν τῷ ϟ ἔτει τ ἐξόδ Legendum πρὸ τῆς ἐξόδ. Annus ille ante Exodum nonageſimus, idem erat a Promiſſione Abrahamo facta & quadrageſimus. Tum ergo translatæ fuerint, ſi huic Auctori fides, Patriar-

triarcharum reliquiæ. Reverſos enim e Canaam Iſraelitas habitaſſe tradit in Ægypto, usq; ad diem exitus eorum. Ita Teſtamentum ejusdem Benjamini. Tum bello aliquo occupatis Ægyptiis, occaſionem captaſſe refert Iſraelitas, Patriarchas ſuos ad Hebronem transferendis, opera tamen, ut vel ita Ægyptios laterent, clancularia. Ita Teſt. Simeonis loc. cit. *Et reduxerunt ea clam in bello Ægyptiorum.* Hunc annum cum anno à morte Gadi V. committit illius Teſtamentum. Sic enim habet: καὶ μετὰ πέντε ἔτη ἀνήγαγον αὐτὸν εἰς χεβρών. Ita ſentire ne quidem potuit Auctor. Sic enim natus fuiſſet poſt venditum Ioſephum, quem tamen noſter facit Joſepho infenſiſſimum. Facile inde conſtat, deeſſe numerum majorem. Reſcribendum ergo: μετὰ τεσσαράκοντα πέντε vel, μετὰ μ'. πέντε. Ita procedunt omnia, pro noſtris calculis, rectiſſime. Obierit enim Dan anno Promiſſionis 225. qui erat annus ante reliquiarum deportationem XLV. Inde ſitus ille, quem Gado aſſignavimus, mirifice confirmatur. Ita ergo ſenſit noſter Auctor, ſi quid ſenſerit ſibi conſentaneum. Non tamen proinde pro vero mox habendum eſt, quod verum ipſe crediderit. Id potius colligerem, Chronologiam illam de his temporibus omnem, quæ ſacro Textu non nititur, vel e ratiociniis hominum, vel fide mala oriundam eſſe. Noſter certe alia omnia ſentit a Demetrio apud Euſebium lib. IX. de Præparat. Evangel. c. 21. Quod ſane fieri vix potuit, ſi fuerint, utrivis coæva, quæ neſcimus, præter ſacras literas monumenta. Hoc itaque operam dedimus, ut Auctori, qualescunque

fuerint, ſuæ ſaltem conſtarent rationes; non autem, ut pro illis fide noſtra juberemus. Erit autem ne quidem hoc inutile, ut intelligantur veteres, noſtro tamen juniores, ſi qui forte venerandis Patriarcharum nominibus hallucinati illum ſecuti fuerint, etiam errantem. Eſt autem admodum receptus apud nuperos Chronologos error errorumque aliorum fons, quod ne quidem in veteribus ſatis accurate diſtinguant Hiſtorica de rebus ſibi exploratis Teſtimonia ab eorundem veterum conjecturis atque ratiociniis. Hæc enim ſi internoſcerentur, non quælibet effata pro Hiſtoricis haberent Teſtimoniis. *Hucusque Clariſſimus Dodwellus.*

HAbes *ita* Lector Benevole, *Teſtamentum XII. Patriarchis falſo quidem inſcriptum, letum tamen jampridem Origeni & aliis antiquis, recuſum igitur hoc loco integrum ita uti Grace illud ex Codd. MSS. Cantabrig. & Oxon. primus edidit notisque illuſtravit vir Clariſſ.* Jo. Erneſtus Grabe, * *in ſpicilegio Patrum & hæreticorum ſæculi I. Oxoniæ* 1699. 8. *adjuncta veteri latina verſione quam* Robertus Grooſſeteſt, *Epiſcopus Lincolnienſis, condidit circa A. C.* 1242. *Grabius vero contulit cum duobus MSS. Bibl. Bodlejanæ. Sæpius hæc ante lucem viderat ſed minus emendate ut A.* 1483. *per Mennadum Molterum & Auguſtinum Landskron. & Hagenoæ* 1532. 8. *Pariſ.* 1549. *&c. Uſus illa calamo exarata jam eſt Vincentius Bellovacenſis, Roberti æqualis, in ſpecu-*

lo

* Obiit diem ſupremum vir doctiſſimus atque de Antiquitate Eccleſiaſtica inſigniter meritus anno ſuperiore 1712.

lo Hiſtoriali lib. 2. cap. 125. ſeq. Occurrit & MSta in variis Bibliothecis ut Baſileenſi, ubi teſte Spizelio in arcanis Bibliothecar. detectis p. 46 inſcribitur Teſtamenta Patriarcharum XII. de Chriſti Nativitate: *nec minus in Paulina Lipſienſi, quem Codicem evolvere me olim memini beneficio Joachimi Felleri ☩ μακρίτου, qui tum Bibliothecæ illi in patria mea cum magna laude præerat. Germanice ſæpius prodiit ut Auguſtæ Vindel.* 1544. 12. *Argentorati* 1596. 12. *& Hamburgi* 1637 8. *Etiam Belgice exſcriptum typis eſt, Amſtelod* 8. *& Danice A.* 1601. *Quod vero ex Hebraico translatum ſit Græce, ut in præfatione verſionibus præfixa legas, vellem certioribus conſtaret teſtimoniis, licet auctori præfationis illius hoc aſſentiuntur viri præſtantiſſimi Tho. Bangius in Cœlo Orientis p.* 21. *& Rev. Benthemius in Commentario de ſtatu Eccleſiæ Anglicanæ p.* 587. *aliique. Neque ſtylus oſtendit Hebraice ſcripta fuiſſe, ut affirmat Sgambatus in Archivis V. T. p.* 206. *Sed veriſimilius videtur, compoſitum eſſe Græce (ſub idem tempus quo Herme Paſtor & Sibyllinæ quæ antiqui Patres Chriſtiani laudant fuere ſuppoſitæ) ab aliquo Judaizante Chriſtiano in lectione LXX. Interpretum neutiquam hoſpite. Aubertus Miræus in auctario de Scriptoribus Eccleſiaſticis ſcribit Sixtum Senenſem Teſtamentum hoc Bibliothecæ ſuæ ſanctæ inſeruiſſe: Sed fefellit eum memoria. Legitur tamen illud latine in Micropresbytico Baſil.* 1550. *& in Orthodoxographiæ utriusque editionis ibid.* 1555. *&* 1569. *& in Bibliothecis Patrum toties repetitis, & cum Emmanuelis Theſauri Patricii Taurinenſis & Aloyſii Iuglaris S. I. elogiis Patriarcharum & Chriſti JEſu Dei Hominis, Moguntiæ* 1665. 8.

CXXXVI. JOSEPHUS *Phœnix, Serapis, Adonis, Thamuz item & Oſiris atque Hermes Ægyptiorum, Literarum & Matheſeos inventor.*

SUb fabula de *phœnice* ave res Jacobi & Joſephi quærere jubet Petrus Texelius in Phœnice viſo & audito, Roterdam. 1703. 4. Aliis Joſephus eſt *Serapis* cujus lepidam etiam proferunt etymologiam, volunt enim dictum veluti Σαρᾶς ἄπο, *Sara progeniem.* Vide Mottanum Vayerum T. 12. Operum p. 38. Pingi autem Serapim cum modio ſuper capite, in memoriam curæ frumenti quam pro Ægypto geſſit Joſephus, cum eam caritas annonæ tam graviter affligeret. Paulinus natali XI. S. Felicis verſu 100.

— — ut Serapis ſanctum formaret Joſeph
Nomine ferali abſcondens venerabile nomen
Cum tamen ipſa fidem ſimulacri forma doceret
Qua modius capiti ſupereſt — —

Confer Rufinum II. 23. Hiſt. Eccleſ. Baronium ad A. C. 389. & præcipue Guilelmum Bonjour in diſſ. laudanda infra cap. CXLI. Nec minus latere Joſephum, cultumque eſſe ſub nominibus *Thamuz, Oſiridis* & *Adonidis*, contendit V. C. Io. Braunius IV. 13. ſelector. ſacrorum. Aliis denique eſt *Theût* ſive *Hermes* Ægyptiorum, clarus ille artium & ſcientiarum repertor, ut Theophilo Galeo in Philoſophia generali p. 15. ſeq. Vide etiam Lambecium prodromi Hiſt. literar. p. 57. ſeq. & Sgambatum Archiv. V. T. p. 205. Aben Eſra ad Pſalm. CV. 22. *Quod Pſalmus habet, Seniores Pharaonis eruditos eſſe à Joſe-*

Josepho, id ita est intelligendum, consedisse nempe illos, discipulorum instar, coram Josepho. Et vox חכם, *qua erudisse dicitur, est hoc loco accipienda, ut eo, quo aves cœli erudiri dicuntur & homines* (Job. XXXV. 11.) *Docuit nempe eos ignotam illis antea sapientiam.* Confer Eybonis Hoppe Exercitationem de philosophia Josephi proregis Ægypti, Helmstad. 1706.

CXXXVII. Josephi Precatio *.

Origenes Tomo III. in Genesin apud Eusebium VI. præparat. c. 11. p. 292. & in Philocaliæ Origenis c. 23. p. 76.

Ἀλλὰ καθάπερ βιβλίου τινὸς τὰ μέλλοντα προφητικῶς ὁ πᾶς οὐρανὸς δύναται, οἱονεὶ βίβλος ὢν θεοῦ, περιέχειν τὰ μέλλοντα. διόπερ ἐν τῇ προσευχῇ τοῦ Ἰωσὴφ δύναται οὕτω νοεῖσθαι τὸ λεγόμενον ὑπὸ τοῦ Ἰακώβ,

SEd voluminis alicujus instar, futurum prophetica dictione complexi, universo quoque cœlo, qui Dei liber quidam est, contineri futura possunt. Itaque hunc in modum intelligi potest, quod

* Henr. Dodwellus in loco supra p. 555. adducto προσευχὴν Ἰωσὴφ accipit non de precibus quas dixerit Joseph, sed quibus Josepho benedixerit pater ejus Jacobus. Apud Lambecium vero p. 64. prodromi Hist. literariæ, ubi de hac Apocrypha precatione disserit, duo gravissima typorum vel calami errata in utraque editione emendanda sunt. Nam pro verbis: *& Procopius Gazæus in sua synopsi*, legendum: *Procopius Gazæus & Athanasius in sua synopsi.* Deinde pro verbis: *Et S. Athanasii quidem locus qui hic ab Origene citatur*, legendum: *qui hic à Sexto Senensi citatur.*

κωβ, ἀνέγνων δ' ἐν ταῖς πλαξὶ τ οὐρανοῦ, ὅσα συμβήσεσθαι ὑμῶν καὶ τοῖς υἱοῖς ὑμῶν. τάχα δ' καὶ τὸ, εἰλιγήσεσθαι ὁ οὐρανὸς ὡς βιβλίον, τοὺς λόγους τοὺς προεκκομιδοὺς, σημαντικοὺς τῶν ἐσομένων δηλοῖ ἀπαρτισθησομένους, καὶ ἵν' οὕτως εἴπω, πληρωθησομένους, ὥσπερ λέγονται αἱ προφητεῖαι πεπληρῶσθαι τῷ ἐκβεβηκέναι.

in Josephi precatione à Jacobo dicitur; *Legi in tabulis cœli, quæcunque accident vobis & filiis vestris.* Quin etiam illud *, *Complicabitur Cœlum quasi liber*, eo fortasis pertinet, ut impressas ipsi rerum futurarum significationes perfectum, quasique completum iri demonstret, quemadmodum ipso rerum exitu completa vulgo Prophetarum dicuntur oracula.

Petrus Daniel Huetius in notis ad h. l.

Crederes locum hunc respexisse Plotinum cum ait lib. 3. Enn. 2. cap. 7. ἔστω τοίνυν ὥσπερ γράμματα ἐν οὐρανῷ γραφόμενα ἀεὶ, εἰ γεγραμμένα καὶ κινούμενα, ποιοῦντα μέν τε ἔργον καὶ ἄλλο. ἑπακολουθήτω δὴ τῷ ἢ παρ' αὐτῶν σημασία, &c. *Sint igitur velut literæ in cœlo, quæ scribantur, vel si jam scriptæ sunt, moveantur perpetuo, & hoc aliudque opus efficiant. Unde sequatur significatio quæ ab ipsis portenditur.* & Enn. 3. lib. I. cap. 6. de astris loquens: παρέχεται δὴ καὶ ἄλλην χρείαν τὴν δι' εἰς αὐτὰ ὥσπερ γράμματα, βλέ-

* Locum hunc ex Es. 34. 4. producit Origenes, non ex precatione Josephi, ut sibi persuasit Sandius lib. de Origine animæ p. 103. qui inde venit in falsam hanc opinionem, ut Esaiam & Johannem Apocalyps. VI. 14. verba Apocryphi illius scripti repetisse crederet, ac profiteretur.

βλέποντας, τοὺς τὴν τοιαύτην γραμματικὴν εἰδότας, ἀναγινώσκειν τὰ μέλλοντα, ἐκ τῶν σχημάτων κατὰ τὸ ἀνάλογον μεθοδεύοντας τὸ σημαινόμενον· *Alteri quoque usi sunt, quod nempe qui ejusmodi literaturæ periti sunt, ea tanquam literas aspicientes legant futura, ex figuris servata analogia significationem rimantes.* Origenem autem hic fere αὐτολεξεὶ sequitur Procopius in Geneſin.

Idem Origenes in eadem Philocalia p. 79. edit. Oxon.

Νῦν δ', ὡς πρὸς τὴν λέξιν, τὸ προφητικὸν ἐξειλίφαμεν· εἰ δέ φησιν ὁ Ἰακὼβ ἀνεγνωκέναι ἐν ταῖς πλαξὶ τοῦ οὐρανοῦ τὰ συμβησόμενα τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ, καὶ ὅσον ἐπὶ τούτῳ ἀντιλέγοι τις ἂν ἡμῖν, ὅτι ἐναντία οἷς εἰρήκαμεν δηλοῦται διὰ τῆς γραφῆς· ἐλέγομεν δὲ ἄνθρωπον ἀκαταλήπτως ἔχειν τῶν σημείων, ὁ δὲ Ἰακὼβ Φησιν ἀνεγνωκέναι ἐν ταῖς πλαξὶ τοῦ οὐρανοῦ· ἀπολογησόμεθα ὅτι οἱ καθ' ἡμᾶς σοφοὶ, πνεύματι θειοτέρῳ χρησάμενοι τῇ ἀνθρωπίνης φύσεως, οὐκ ἀνθρωπίνως, θείως δὲ διδάσκοντα τὰ ἀπόῤῥητα.

Jam dictum Prophetæ, quoad nudam literam, expoſuimus: ſi vero Jacob ait legiſſe ſe in tabulis cœli quæ filiis ſuis eventura ſunt, atque idcirco nobis opponat aliquis contraria iis, quæ diximus, per Scripturas declarari: hominem quidem dicebamus ſigna non poſſe comprehendere; at Jacob in tabulis cœli ait ſe legiſſe: reſpondebimus noſtros ſapientes, excellentiore ſpiritu quam pro humana natura uſos, non humanitus, ſed divinitus arcana edoctos; quemadmodum Paulus

ἄνθρω-

ὅπερ ὁ Παῦλος, λέγων, ἤκουσα ἄῤῥητα ῥήματα, ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι· ἴσασι γὰρ τροπῶν ἀλλαγὰς καὶ μεταβολὰς καιρῶν, ἐνιαυτῶν κύκλους, καὶ ἀστέρων θέσεις, οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων, οὐδὲ δι' ἀνθρώπων, ἀλλὰ τοῦ πνεύματος ἀποκαλύπτοντος αὐτοῖς, καὶ καθαρῶς, ὡς θέλει ὁ Θεὸς, τὰ θεῖα ἀπαγγέλλοντος. καὶ ἄλλως γὰρ ὁ Ἰακὼβ μείζων ἦν καὶ ἀνθρώπου ἦν, στερνίζων τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ ὁμολογῶν ἐν αὐτῇ ταύτῃ τῇ βίβλῳ, ἀφ' ἧς παρεθέμεθα τὸ, Ἀνέγνων ἐν ταῖς πλαξὶ τοῦ οὐρανοῦ, εἶναι ἀρχιχιλίαρχος δυνάμεως Κυρίου καὶ ὄνομα πάλαι κεκτημένος Ἰσραήλ· ὅπερ ἐν σώματι λειτουργῶν ἀναγνωρίζει, ὑπομιμνήσκοντος αὐτὸν τοῦ ἀρχαγγέλου Οὐριήλ.

dicit,* *Audivi arcana verba quæ non licet homini loqui*: sciunt enim conversionum mutationes & temporum, annorum orbes, siderum positiones, non ab hominibus, neque per homines, sed spiritu aperiente ipsis, & pure nudeque, ut vult Deus, res divinas enuntiante. Nam & Jacob homine major erat, qui supplantaret fratrem suum, & fatetur in eo ipso libro, ex quo protulimus, *Legi in tabulis cœli*, se esse principem tribunorum potentiæ Domini, & jampridem habere nomen Israel: quod quidem corpore ministrans recognoscit, in memoriam revocante, ipsumque submonente Uriel archangelo.

Procopius Gazæus in 1. *Geneseos p.* 29.

Præterea ut magis suam opinionem stabiliant, adducunt illud testimonium ab Jacobo dictum ex ora-

* 2. Cor. XII. 4.

oratione Joſephi: *Legi in tabulis cæli quanta contingent vobis & filiis veſtris.* Hucapplicant & illud Eſaiæ: *involventur cæli ut liber.*

Idem Origenes Tomo V. in Johannem p. 77. ſeq.

Εἰ δέ τις προσίεται καὶ τῶν παρ' ἑβραίοις φερομένων ἀποκρύφων τὴν ἐπιγραφομένην ἰωσὴφ προσευχὴν, ἀντικρυς τοῦτο τὸ δόγμα καὶ σαφῶς εἰρημένον ἐκεῖθεν λήψεται. ὡς ἄρα οἱ ἀρχῆθεν ἐξαίρετόν τι ἐσχηκότες παρὰ ἀνθρώπους, πολλῷ κρείττους τυγχάνοντες τῶν λοιπῶν ψυχῶν, ἀπὸ τοῦ εἶναι ἄγγελοι ἐπὶ τὴν ἀνθρωπίνην καταβεβήκασι φύσιν· φησὶ γοῦν ὁ ἰακώβ. ὁ δὲ λαλῶν πρὸς ὑμᾶς, ἐγὼ ἰακὼβ, καὶ ἰσραὴλ, ἄγγελος θεοῦ εἰμὶ ἐγὼ, καὶ πνεῦμα ἀρχικὸν. καὶ ἀβραὰμ, καὶ ἰσαὰκ προεκτίσθησαν πρὸ παντὸς ἔργου. ἐγὼ δὲ ἰακὼβ * κληθεὶς ὑπὸ ἀνθρώπων ἰακὼβ, τὸ δὲ ὄνομά μου ἰσραὴλ, ὁ κληθεὶς ὑπὸ θεοῦ ἰσραὴλ, ἀνὴρ ὁρῶν θεὸν,

Quod ſiquis admittat Precationem Joſeph inſcriptam in his libris, qui apud Hebræos dicuntur apocryphi, mox hoc dogma etiam aperte dictum inde ſumpturus eſt: perinde quaſi qui à principio eximium aliquid præ hominibus habuerunt, longe meliores cæteris animabus, cum Angeli eſſent, ad humanam deſcenderint naturam. Inquit ergo Jacob: *Ego qui ad vos loquor, Jacob ſum & Iſraël, Angelus Dei ſum ego, & ſpiritus primarius, & Abraham, & Iſaac ante omne opus creati fuerunt. Ego autem Jacob, vocatus ab hominibus Jacob, nomen vero meum Iſraël, qui vocor Iſraël à Deo, vir videns Deum, quoniam ego primoge-*

ὅτι

* Interpres legit ὁ κληθεὶς, rectius.

ὅτι ἐγὼ πρωτόγονος πάντος ζώου ζωωμένου ὑπὸ θεοῦ. καὶ ἐπιφέρει. ἐγὼ δὲ ὅτε ἠρχόμην ἀπὸ μεσοποταμίας τῆς συρίας, ἐξῆλθεν Οὐριὴλ ὁ ἄγγελος τοῦ θεοῦ, καὶ εἶπεν ὅτι κατέβην ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ καλεσκήνωσα ἐν ἀνθρώποις, καὶ ὅτι ἐκλήθην ὀνόματι ἰακὼβ, ἐζήλωσε καὶ ἐμαχέσατό μοι, καὶ ἐπάλαιε πρός με, λέγων προτερήσειν ἐπάνω τοῦ ὀνόματός μου τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ τοῦ πρὸ παντὸς ἀγγέλου. καὶ εἶπα αὐτῷ τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ a) πρῶτός ἐστιν ἐν υἱοῖς θεοῦ. οὐχὶ σὺ Οὐριὴλ ὄγδοος ἐμοῦ, κἀγὼ ἰσραὴλ ἀρχάγγελος, δυνάμεως κυρίου, καὶ ἀρχιχιλίαρχος εἰμὶ ἐν υἱοῖς θεοῦ; οὐχὶ ἐγὼ ἰσραὴλ ὁ ἐν προσώπῳ θεοῦ λειτουργὸς πρῶτος, καὶ ἐπεκαλεσάμην ἐν ὀνόματι ἀσβέστῳ τὸν θεόν μου. εἰκὸς δὲ ταῦτα ἀληθῶς ὑπὸ τοῦ ἰακὼβ λεγομένων, καὶ διὰ τοῦτο ἀναγεγραμμένων, καὶ

nitus omnis animantis à Deo animati. Et ſubjungit: *Cum vero ego veniſſem à Meſopotamia Syriæ, exivit Uriel Angelus Dei, & dicit, ſe deſcendiſſe ad terram, & habitaſſe inter homines, & quod vocatus fuiſſet nomine Jacob, emulatusque eſt, & pugnavit mecum, & luctatus eſt, mihi dicens, ſuum nomen primas habere ſupra nomen meum, & ante omnem Angelum. Interrogavique eum de nomine ſuo, & quotus eſſet inter filios Dei. Nonne tu es Uriel octavus à me, & ego Iſraël Archangelus, potentia Domini, & princeps tribunus militum inter filios Dei? Nonne ego Iſraël in perſona Dei, miniſter primus, & invocavi nomine inextinguibili Deum meum?* Probabile enim eſt his à Jacob vere dictis, & ob hoc ſcriptis, etiam illud: * *In utero ſupplantavit fratrem ſuum*, prudenter

τὸ

* *Oſ.* 12. 4.

a) *leg.* πόσος *cum Ambroſio Ferrario interprete.*

τὸ· ἐν κοιλίᾳ ἐπλέρνισε τὸν ἀδελφὸν αὐτῦ, σωνετῶς γεγονέναι ἐπίσησον ἢ εἰ τὸ Διαβόητον ὡς ἰακὼβ μὲν ἠσαῦ ζήτημα λύσιν ἔχει, ἐπεὶ μηδέπω γεννηθέντων, μηδὲ πραξάντων τι ἀγαθὸν ἢ φαῦλον, ἵνα ἡ κατ' ἐκλογὴν πρόθεσις τῦ θεῦ μένῃ, ὐκ ἐξ ἔργων ἀλλ' ἐκ τῦ καλῦντος ἐρρήθη, ὅτι ὁ μείζων δελεύσει τῷ ἐλάσσονι, καθάπερ γεγραπται, τὸν ἰακὼβ ἠγάπησα, τὸν δ' ἠσαῦ ἐμίσησα· τί ὖν ἐρῦμεν, μὴ ἀδικία παρὰ τῷ θεῷ; μὴ γένοιτο. μήπω γεννηθέντων, μηδὲ πραξάντων τι ἀγαθὸν ἢ φαῦλον, ἵν' ἡ κατ' ἐκλογὴν πρόθεσις τῦ θεῦ μένῃ, ὐκ ἐξ ἔργων, ἀλλ' ἐκ τῦ καλῦντος ἐρρήθη· ὅ καταλοχόντων ὖν ἡμῶν ἐπὶ τὰ πρὸ τῆς βίε τέτε ἔργα, πῶς ἀληθὲς τὸ μὴ εἶναι ἄδικον παρὰ θεῷ τῦ μείζονος δελεύοντος τῷ ἐλάττονι καὶ μισεμένε πρὶν ποιῆσαι τὰ ἄξια τῦ δελεύειν καὶ τὰ

factum fuiſſe. Inſpice vero, num celeberrima quæſtio de Iacob & Eſau ſolutionem habeat: quandoquidem ** *nondum natis pueris, cum neque boni quidpiam feciſſent, neque mali, ut ſecundum electionem propoſitum Dei maneret, non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt illi: Major ſerviet minori: ſicut ſcriptum eſt, Jacob dilexi, Eſau vero odio habui. Quid igitur dicemus? Num injuſtitia eſt apud Deum: Abſit.* Si autem cum nondum nati fuiſſent, aut aliquid boni egiſſent, aut mali, ut ſecundum electionem propoſitum Dei maneret, non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt. Non recurrentibus ergo nobis ad opera hanc vitam præcedentia, quomodo verum erit, injuſtitiam non eſſe apud Deum, ſi major minori ſerviat, odio ha-

ἄξια

** Rom. 9. 11, & ſeq.

ἄξια δ' μισεῖσθ, ἐπὶ πλεῖον δ' παρεξέβημεν λαβόντες τὸν περὶ ἰακωβ λόγον, καὶ μαρτυρώμενοι ἡμῖν ὐκ εὐκαταφρόνητον γραφὴν, ἵνα πιστικώτερον ὁ περὶ ἰωάννου γένηται λόγος, καταασκευάζων αὐτὸν, καὶ τὴν δ' ἡσαΐου φωνὴν, ἄγγελον ὄντα ἐν σώματι γεγονέναι ὑπὲρ δ' μαρτυρῆσαι τῷ φωτί.

bitus, antequam digna vel ſervitute, vel odio faciat? Sed latius digreſi ſumus ſermonem Jacob aſſumentes, & adducentes nobis in teſtimonium Scripturam haud ita facile contemnendam, ut confirmatior de Joanne oratio ea eſſet, quæ aſtruit eum Angelum exiſtentem, juxta Eſaiæ vocem, in corpore adveniſſe teſtificaturum de luce.

Michael Glycas parte 2. Annalium p. 171.

Τὸ δ' Οὐριὴλ, καθά φησιν σοφὸς τῷ ὄντι ψελλὸς, ὅτε τὰ τ' παλαιᾶς ὅτε τὰ τ' νέας ἡμῖν ἐγνώρισεν, ἔστι δέ τι βιβλίον Ἑβραϊκὸν ἄγνωστον τοῖς πολλοῖς, προσευχὴ δ' Ἰωσὴφ ἐπιγεγραμμένον. Ἔνθεν δὴ ὁ ἐκείνου πατὴρ Ἰακὼβ εἰσῆλθε τούτῳ δὴ τῷ ἀγγέλῳ (καὶ τῷ) Ῥαφαὴλ διαλεγόμενος, καὶ μέρτι τοῖς Ἑβραίοις ὡς καὶ

Apellatio Urielis, ut vere ſapiens vir Pſellus ſcripſit, nec priſci fœderis libris, nec novi continetur, ſed extat in libro quodam Hebraico qui vulgo non eſt notus, habetque inſcriptionem precationis Joſephi: quo in libro Joſephi pater Jacobus hoc cum Angelo (& cum) Raphaële colloquens introducitur. Liber ipſe

τὸ

τὰ ἄλλα τῶν ἀποκρύφων ἀπῶσαίτε καὶ ἠθέτησαι.

apud Hebræos, ut alii quoque Apocryphi pro rejectitio ducitur, & nihil auctoritatis habet.

Locum Athanasii e Synopsi S. Scripturæ, qui Προσευχῆς Ἰωσὴφ diserte inter Apocrypha V. T. meminit, & Nicephori qui in stichometria sua ei tribuit στίχους αϱ sive versus MC. habes supra p. 402. 403.

Rich. Simon T. 2. Bibl. Criticæ p. 238-242.

Origene, qui met ordinairement tout en œuvre dans ses Ecrits, a employé l' autorité de la Priere de Joseph, pour montrer que S. Jean. Baptiste, qui étoit un Ange, a été envoyé en cette qualité pour servir JESUS CHRIST. Mais les principes que ce sçavant Homme suppose apres son prétendu Joseph, ne s'accommodent gueres avec nôtre Théologie. Ils conviennent plûtôt avec le Platonisme, qu'avec la veritable croyance de l' Eglise. On y voit je ne sçai quoi qui n' est gueres éloigné de la Doctrine des Juifs Cabbalistes. Origene * insinuë la préexistence des ames, qui ayant fait des actions au dessus de la nature humaine, & étant bien plus excellentes que les autres ames, parce qu'elles sont Ange, sont descenduës pour se revétir d'un corps. Il est aisé de voir, que cette Vision a été prise des Platoniciens, laquelle a été adoptée par les anciens Juifs Helleniſtes, qui sont les Auteurs de cette Priere, selon Origene, des-

* *Orig. to. 5. in Joan. p. 77.*

desquels les anciens Sectaires l' auront empruntée.

Origene a donné de l' autorité a ces anciens Livres apocryphes, parce qu'ils lui servoient à établir de certains dogmes qu'il avoit plûtôt tiré de la Philosophie Platonicienne, que des Ecrits de Apôtres.

Comme il ne nous reste que fort peu de choses de l' ancienne Priere attribuée à Joseph, il est difficile de sçavoir, si les Juifs Helleniſtes ou les anciens Sectaires du Christianisme en sont les Auteurs. Il se peut faire qu' originairement elle vienne des premiers, & que les autres qui les ont souvent copiez, l'ayent adoptée. On doit dire la même chose de plusieurs autres Livres de cette nature, dont on trouve les pensées dans quelques uns des plus anciens Ecrivains Ecclestastiques. Comme dans ces tems-la on n' avoit pas reglé & fixé la Théologie sur le pied qu'elle est depuis plusieurs siecles, les Theologiens d' alors prenoient de grandes libertez. Ils ne faisoient aucun scrupule d' inserer dans leurs écrits les témoignages de plusieurs pieces, qui étoient manifestement apocryphes & sous de faux noms. Ils ne se piquoient pas de justesse & d' exactitude.

Il est constant, qu' avant l' établissement de la Religion Chrétienne, les Juifs appellez Helleniſtes grands Faux-monnoyeurs en fait de Livres, en avoient fabriqué plusieurs qu'ils attribuoient a leurs anciens Patriarches, pour faire illusion plus facilement par ces noms illustres. Des qu'ils eurent la connoissance des Livres Grecs par le moyen

moyen de la langue Grecque, qui devint leur langue maternelle dans les lieux ou ils furent disperſez, ils imitérent la methode des Ecrivains Grecs qui ont été de grands menteurs. Ce fut à l'imitation de ces Ecrivains, qu'ils remplirent leurs Livres de fictions & de contes qu'ils forgérent exprés. J' aurois beaucoup d' autres choſes a vous dire la-deſſus: mais ce que je viens d' obſerver en general eſt plus que ſuffiſant, pour vous faire connoitre l' origine de certaines opinions étranges, qui ſe trouvent dans quelques uns de nos anciens Ecrivains Eccleſiaſtiques, & principalement dans Clement d' Alexandrie, & dans Origene.

CXXXVIII. *Colloquium Joſephi cum uxore Potipharis, in Talm. Babylonico Tract. Jomma, c. 3. fol. 35. col. 2. ex verſione V. C. Georgii Elieſeris Edzardi.*

RAbbini tradiderunt: Pauper, & dives, & impius, comparebunt (*aliquando*) coram judicio (*divino.*) Ad pauperem dicent; Quare non vacaſti ſtudio Legis? Si reſpondeat, pauper fui & ſolicitus circa victum, excipient, num pauperior fuiſti Hillele? Narrant de Hillele Seniore, quod ſingulis diebus (*antequam ſe conferret in Scholam*) negociando fuerit lucratus dimidium denarium, cujus partem dimidiam dederit oſtiario, (*qui in ſcholam ingreſſuros vel intromittebat vel excludebat,*) partem veto alteram inſumſerit in ſuum familiæque ſuæ victum. Aliquando autem Hille-

lem hunc dicunt nihil inveniſſe quod lucraretur, tumque oſtiarium non admiſiſſe illum in ſcholam; Hillelem autem per parietes ſcholæ ſurſum reptaſſe, atque (*extra ſcholam*) ante feneſtram conſediſſe, ut ibi audiret verba Dei vivi ex ore Schemajæ & Aſtaljon. Tradunt, fuiſſe tum veſperam Sabbati (*ſ. profeſtum*,) & ſolſtitium Decembris, nivemque (*copioſe*) ſuper ipſum de cœlo decidiſſe. Quando autem aurora eſſet exorta, dixiſſe Schemajam ad Aſtaljon; O Aſtaljon frater mi! Domus, hæc nunquam non ſolebat eſſe lucida, hodie autem eſt caliginoſa, forte ergo eſt dies nubiloſus. Sed quum accuratius ſuſpexiſſent, vidiſſe ipſos imaginem hominis in feneſtra. Aſcendiſſe proinde, atque inveniſſe Hillelem ad trium ulnarum altitudinem nive tectum; protinusque ipſum liberaſſe nivi iſta, qua tegebatur, laviſſe, obtexiſſe atque ad pyram locaſſe, (*ut caleſieret*,) quin & pronunciaſſe, dignum omnino illum fuiſſe, cujus cauſſa profanaretur Sabbatum. Ad divitem dicent; Quare tu non vacaſti ſtudio Legis? Si reſpondeat, dives fui, & ſolicitus circa adminiſtrationem opum mearum; excipient, num opulentior fuiſti R. Eleazare? Narrant de Eleazare hoc, filio Charſum, quod Parens ipſius ipſi reliquerit mille civitates in continenti, ſimiliterque etiam mille naves in mari, ipſe tamen quotidie utrem farinæ (*pro viatico*) ſumſerit ſuper humeros, atque ex una urbe in alteram, itemque ex una provincia in alteram obambulaverit, ut diſceret Legem. Tradunt, ſervos ipſius aliquando in ipſum incidiſſe, atque feciſſe cum illo angariam, (*i.e.*

adi-

adigere eum voluiſſe ad opus diurnum Principi regionis præſtandum, neſcientes ſcilicet, quod ipſe eſſet Princeps regionis, ſunsque Dominus;) ipſum vero ab initio eos ſubmiſſe rogaſſe, ut dimitterent, ad diſcendam Legem abiturum, ſed cum per vitam R. Eleaſaris domini ſui juraſſent ſe ipſum non dimiſſurum, dediſſe ipſis non exiguam nummorum ſummam, atque ſic tandem ab illis fuiſſe dimiſſum. Addunt, ipſum (*tot urbium atque navium Dominum*) nunquam tamen ad illas inſpiciendas fuiſſe progreſſum, ſed ſediſſe, atque totas dies noctesque in ſtudio Legis exegiſſe. Ad impium ſimiliter dicent; Quare tu non vacaſti ſtudio Legis? Si reſpondeat, ſe formoſum fuiſſe, atque hinc pravæ concupiſcentiæ dominio expoſitum; excipient, num formoſior fuiſti Joſepho? Narrant de Joſepho juſto, quod uxor Potipharis ipſum quotidie blandis verbis ad concubitum allexerit, ſingulisque mane atque veſperi ipſius perſuadendi cauſſa alias veſtes induerit, hortataque crebro fuerit, ut ſibi obſequeretur, ipſe autem conſtanter ſe id facturum negaverit. Addunt, ipſam ei fuiſſe interminatam, ſe in carcerem atque vincula illum miſſuram, (*ni obſequeretur,*) ſed regeſſiſſe Joſephum, Dominus ſolvit vinctos; interminatam fuiſſe, ſe ſtaturam ipſius eſſe incurvaturam, ſed regeſſiſſe Joſephum, Dominus erigit incurvatos; interminatam fuiſſe, ſe oculos ipſius excœcaturam, ſed regeſſiſſe Joſephum, Dominus aperit oculos cœcorum; optuliſſe denique mille talenta argenti, ut obſequeretur ſibi, concumberetque ſecum, atque apud ſe verſaretur, ſed Joſephum noluiſſe obſequi illi, ut

cubaret cum illa in hoc ſeculo, atq; verſaretur apud illam in ſeculo venturo. Sic Hillel (*olim*) condemnabit pauperes, R. Eleazarus filius Charſum divites, Joſephus impios.

CXXXIX. *Hiſtoria Aſſeneth, * filiæ Potipharis, uxoris Joſephi.*

Hebræi quidam tradunt Jobum poſt calamitates ſuas ſupertas mortuamque uxorem deinde duxiſſe Dinam Jacobi filiam, ex qua & Potiphare nata ſit Aſeneth quæ nupſerit Joſepho. Idem in Comeſtoris Hiſtoria ſcholaſtica legere eſt, ſed ejusdem fidei videtur ac fabuloſa illa narratio de Aſeneth, quam Vincentius Bellovacenſis ſpeculo ſuo Hiſtoriali lib. 2. cap. 118. ſeq. inſeruit, quæque plus ſimplici vice edita eſt cum Teſtamento XII. Patriarcharum, etiam Germanice hoc titulo: Die Hiſtoria Aſſenath, von Joſephs Verkauffung und wieder Erlöſung aus dem Kercker. Von ſeiner Heyrath und Ausgang / eine liebliche Hiſtoria voller Geheimniß Chriſti und ſeiner Geſpons. Aus alten lang verborgenen Büchern und Schrifften erfunden verdeutſcht und an Tag bracht / darin groſſe Geheimniß erſehen werden / gantz tröſtlich und lieblich zu leſen. *Eam qualiscunque eſt, hoc etiam loco exſtare volui.*

I. In

* Ἀσενὲθ Potipharis, Sacerdotis Heliopoli filia Joſephi uxor memoratur Geneſ. XLI. 45. 50. & XLVI. 20. Utrum vero Potiphar ille idem ſit cum eo qui Joſephum emerat Gen. XXXIX. 1. ut auctori Teſtamenti Patriarcharum perſvaſum eſt, videtur incertum. Hic quidem dicitur פוטיפר ille vero פוטיפרע ſed in Græca verſione idem nomen eſt Πεȣφρῆς. Vide quæ ſupra p. 722. Muhamedani Potipharis uxorem quæ Joſephum ad amores ſollicitavit vocant *Zoleikha*, & Pharaonis Regis filiam eſſe fabulantur.

I. In primo anno ſeptem annorum ubertatis miſit Pharao Joſeph, ut congregaret frumenta. Qui venit in fines Heliopoleos, cujus regionis princeps erat *Putifar* ſacerdos, princeps ſatrapa-rum & conſiliarius Pharaonis. Hujus filia erat *Aſſeneth*, pulchra ſuper omnes virgines terræ. per omnia ſimilis filiabus Hebræorum: elata & ſuperba, deſpiciens omnem virum, quam etiam nullus unquam viderat virorum. Erat enim turris conjuncta domui Putifaris magna & excelſa, ſuper quam erat cœnaculum habens thalamos decem, quorum primus magnus & decorus lapidibus porphyreticis ſtratus: parietes lapidibus pretioſis induti, laquearia aurea. Et erant intus Dii Ægyptiorum aurei & argentei, quos colebat Aſſeneth, & timebat, & quotidie eis immolabat.

II. Secundus thalamus ſervabat ornatum Aſſeneth in auro & argento, & lapidibus ac linteaminibus pretioſis. In tertio thalamo erant omnia bona terræ, erat enim ibi promptuarium Aſſeneth. Reliqui ſeptem, ſeptem virginum erant quæ illi ſerviebant pulchræ nimis, quibus locutus non erat vir neque puer maſculus. In thalamo Aſſeneth erant tres feneſtræ, prima magna valde, proſpiciens ad Orientem: ſecunda ad meridiem, tertia ad aquilonem. Erat ibi lectus aureus ſtratus peplis purpureis auro textis ex hyacintho & purpura & byſſo, in quo dormiebat Aſſeneth ſola, & vir nunquam ſederat ſuper illum, & erat atrium magnum in circuitu domus, cujus paries excelſus valde, lapidibus quadratis erat conſtructus, in quo atrio erant quatuor portæ ferreæ, quas cuſtodie-

bant ſimul decem & octo viri fortisſimi juvenes armati. Erat in dextra parte atrii fons aquæ viventis, & deorſum fontis ciſterna ſuſcipiens ejus aquam & irrigans omnes arbores in atrio plantatas quæ pulchræ erant & fructiferæ. Erat autem Aſſeneth magna ut Sara, ſpecioſa ut Rebecca, formoſa ut Rahel.

III. Miſit ergo *Joſeph* ad Putifarem nuncium, quod vellet divertere ad domum ejus. Et gaviſus eſt Putifar, & dixit filiæ ſuæ quod veniret Joſeph fortis Dei, & vellet eam illi tradere uxorem. Quæ indignata reſpondit ſe nolle dari viro captivo, ſed filio Regis. Illis autem loquentibus venit Joſeph ſedens in curru Pharaonis, qui erat totus aureus, quem trahebant quatuor equi albi ſicut nix, frenis deauratis. Et erat Joſeph indutus tunica candida ſplendidisſima, & pallio purpureo & auro texto, & corona aurea ſuper caput ejus. Et in circuitu coronæ erant duodecim lapides electi, ſuper quos erant duodecim aſtra aurea, & virga regia in manu ejus, & ramus olivæ fructu pinguisſimo.

IV. Et venerunt Putifar & uxor ejus in occurſum ejus, & adoraverunt eum. Et intravit Joſeph in atrium, & clauſa ſunt oſtia atrii, & vidit Aſſeneth Joſeph, & conturbata eſt ſuper ſermone quem dixerat de eo, & dixit: Ecce Sol venit de cœlo ad nos in curru ſuo, neſciebam quod Joſeph filius Dei erat, quis enim hominum tantam potuit generare pulchritudinem? aut quis venter mulieris tantum portare lumen? Et intravit Joſeph in domum Putifaris, & laverunt pedes ejus.

V. Et

V. Et ait Joſeph: quæ erat mulier illa quæ erat in cœnaculo ad feneſtram? Abeat nunc de domo iſta. Timebat enim ne moleſta eſſet illi ſicut omnes aliæ, quæ certatim mittebant nuncios ſuos ei cum muneribus diverſi generis, quos projiciebat cum indignatione & injuria. Et ait Putifar: Domine, filia mea eſt virgo, & odio habens omnem virum, quam nunquam vidit vir niſi ego, & tu hodie. Si vis, veniat & ſalutet te. Cogitans ergo Joſeph, quod ſi odibat omnem virum, nunquam ei importuna eſſet, ait patri ejus: Si virgo eſt filia veſtra, diligo eam ſicut ſororem meam. Et aſcendit mater ejus ut adduceret eam, quam ſtatuit in conſpectu Joſeph.

VI. Et ait Pater ejus: ſaluta fratrem tuum, qui odit omnes mulieres alienigenas, ſicut tu omnes viros. Et ait Aſſeneth: ave, benedicte à DEO excelſo. Et ait Joſeph: benedicat te Deus, qui vivificat omnia. Et dixit Putifar filiæ ſuæ ut oſcularetur Joſeph. Quod cum illa vellet facere, extendit Joſeph manum ſuam, & poſuit ad pectus ejus, dicens: non decet virum colentem DEum viventem, & manducantem panem vitæ, & calicem incorruptionis bibentem oſculari mulierem alienigenam oſculantem idola ſurda & muta, & manducantem à menſa eorum panem * anchonis, & bibentem de ſpondis eorum calicem ane-

* leg. *panem maledictionis*, cui infra c. 10. *panis benedictionis* opponitur.

dras, ** calicem occultum, & unguentem ſe oleo † inſcrutabili.

VII. Audiens Aſſeneth verba Joſeph, contriſtata eſt valde, & ploravit. Et miſertus eſt ejus Joſeph, & poſuit manum ſuper caput ejus, & benedixit eam. Et gaviſa eſt Aſſeneth in benedictione, & miſit ſe ſuper lectum ſuum, & infirmata eſt præ timore & gaudio. Et egit pœnitentiam à Diis quos colebat, & abrenunciavit illis. Et manducavit Joſeph & bibit. Et cum vellet recedere, voluit eum Putifar retinere una die, & non potuit, ſed recesſit Joſeph, promittens ſe octava die reverſurum.

VIII. Et accepit Aſſeneth tunicam nigram, quod erat indumentum triſtitiæ ejus, quando mortuus erat frater ejus minor. Et clauſo ſuper ſe oſtio flevit, & projecit omnia idola ſua per feneſtram quæ reſpiciebat ad aquilonem, & omnem cœnam ſuam regiam projecit canibus, & poſuit cinerem ſuper caput ſuum, & ſuper pavimentum. Et flevit amare per ſeptem dies.

IX. Et octavo die diluculo galli, cantaverunt, & canes latraverunt. Et proſpiciens Aſſeneth per feneſtram quæ proſpiciebat ad orientem; vidit, & ecce ſtella lucifer, & prope eam fiſſum eſt cœlum, & apparuit lux magna. Et videns Aſſeneth cecidit in faciem ſuam ſuper cineres, & ecce vir deſcendens de cœlo ſtetit ſuper caput Aſſeneth, & vocavit eam ex nomine, quæ præ timore non

** leg. ἐνέδρας, *inſidiarum.*

† Interpres Germanicus: und ſchmieret ſich mit unheiligen Oel. Infra c. 10. & 12. *ungatur Chriſmate ſacro.*

non reſpondit. Et vocavit eam ſecundo Aſſeneht, Aſſeneth. Quæ reſpondit: Ecce ego, Domine, quis es? annuncia mihi. Qui ait: ego ſum princeps domus Dei & princeps exercitus Domini. Surge & ſta ſuper pedes tuos & loquar ad te.

X. Et levavit Aſſeneth caput. Et ecce vir per omnia ſimilis Joſeph, ſtola & corona & virga regia, cujus vultus ſicut fulgur, & oculi ejus ſicut radii ſolis, capilli capitis ut flamma ignis. Et videns Aſſeneth, timore percuſſa cecidit in faciem ſuam, quam confortans *Angelus* & elevans ait: Depone cilicium iſtud nigrum quo induta es, & cinctorium triſtitiæ tuæ, & ſaccum de lumbis tuis, & excute cinerem de capite tuo, & lava faciem tuam, & manus tuas aqua vivente, & orna te ornamentis tuis, & loquar ad te. Quæ cum ornaſſet ſe feſtinanter, rediit ad Angelum. Cui Angelus: denuda caput tuum à * theriſtro, quia virgo es. Confortare & gaude Aſſeneth virgo, quoniam nomen tuum ſcriptum eſt in libro viventium, & non delebitur in æternum. Ecce ab hodierno die renovata es & vivificata, & manducabis panem benedictionis, & potum bibes incorruptionis, quæ ungeris chriſmate ſacro. Ecce dedi te hodie ſponſam Joſeph, & nomen tuum non vocabitur amplius Aſſeneth ** ſed multi refugii. Nam pœnitentia exoravit pro te altiſſimum, quæ eſt filia altiſſimi. Virgo hilaris ridens ſemper & modeſta. Cumque quæreret Aſſeneth ab Angelo nomen ejus, reſpondit: nomen meum ſcriptum

* Θέριστρον velamentum capitis quo æſtate utebantur.

** Hieronymus nomen Aſſeneth *ruinam* interpretatur.

ptum eſt digito DEI in libro altiſſimi, & omnia quæ in libro illo ſcripta ſunt, inſatiabilia * ſunt, nec convenit homini mortali vel audire illa vel dicere.

XI. Et ait Aſſeneth tenens ſummitatem pallii ejus: Si inveni gratiam in oculis tuis, ſede nunc paululum ſuper lectum iſtum, ſuper quem nemo unquam ſedit, & præparabo tibi menſam. Et dixit Angelus: affer cito. Et appoſuit panem & vinum ſvave, oleris vetuſti & menſam novam. Et ait Angelus: affer mihi & favum mellis. Cumque illa contriſtata ſtaret, eo quod favum non haberet, ait ei Angelus: intra in cellarium tuum, & invenies favum mellis ſuper menſam tuam. Et invenit favum candidum ſicut nivem, & mel mundiſſimum, & odor ejus ſvavis. Et ait Aſſeneth: Domine, non habebam favum, & dixiſti ore tuo ſancto, & factum eſt, unde & odor ejus eſt ſicut ſpiramen oris tui.

XII. Et ſubriſit Angelus ſuper intelligentiam Aſſeneth, & extenſa manu tetigit caput ejus, dicens: Beata es tu, quoniam dimiſiſti idola, & credidiſti in DEUM unum. Et beati advenientes Domino meo in pœnitentia, quoniam comedent de hoc favo, quem fecerunt apes paradiſi DEI de ſore roſarum in paradiſo: Et ex hoc comedunt omnes Angeli DEI, & quicunque ex illo comederint, non morientur in æternum. Et extenſa manu confregit de favo partem minimam, & comedit ipſe, reliquumque dedit in os Aſſeneth, & dixit: Ecce comediſti panem vitæ, & uncta es chriſmate ſancto, & ab hodierno die carnes tuæ reno-

* Forte legendum *inſcrutabilia*.

renovabuntur, & ossa tua sanabuntur, & virtus tua erit indeficiens, & juventus tua senectutem non videbit. & pulchritudo tua non deficiet, & eris sicut metropolis ædificata omnium confugientium ad nomen Domini DEI omnipotentis Regis sæculorum.

XIII. Et extendit manum, & tetigit favum quem fregerat, & factus est totus integer sicut prius. Extensaque manu dextra, tetigit digito suo indice summitatem mellis, prospicientem versus Orientem. Et retraxit digitum suum ad seipsum, & induxit super extremum favi quod respiciebat ad occasum: Et via digiti ejus facta est in sanguinem. Extendit manum suam secundo, & tetigit summitate digiti sui favum mellis juxta partem respicientem ad aquilonem, & traxit eum super partem respicientem ad meridiem, & facta est via digiti ejus in sanguinem adspiciente Asseneth, & ait: inspice favum. Et exierunt de favo apes multæ candidæ sicut nix, & alæ earum purpureæ sicut hyacinthus: circumdederunt omnes Asseneth, & operabantur in manibus ejus favum mellis, & manducaverunt ex eo. Et ait Angelus apibus: ite in locum vestrum. Et abierunt omnes versus orientem in Paradisum. Et ait Angelus: „Sic erunt omnia verba quæ locutus sum ad te hodie. Et extendit tertio Angelus manum suam & tetigit favum. Et ascendit ignis de mensa & comedit favum, & mensam non tetigit: & fragrantia incendii favi dulcis valde facta est.

XIV. Et dixit Asseneth ad Angelum: Domine, sunt mihi septem virgines, nutritæ mecum ab infantia,

fantia, & una nocte mecum genitæ: Vocabo eas, & benedices eas ſicut me. Quas ille juſſit vocari, & benedixit eas dicens: Benedicat vos Dominus DEus altiſſimus, & ſitis ſicut columnæ ſeptem civitatis refugii. Et juſſit Aſſeneth ut levaret menſam, quam cum levatam ſeponere pergeret, receſſit Angelus ab oculis ejus. Et reverſa vidit ſicut currum quatuor equorum procedentem verſus orientem in cœlum.

XV. Cumque oraret Aſſeneth ut indulgeret ei quod tam audacter locuta fuerat cum eo, ecce unus adoleſcens ex famulis Putifaris nunciavit dicens: Ecce Joſeph DEI fortis venit, jam enim præcurſor ejus eſt ad portam atrii veſtri. Feſtinavitq; Aſſeneth in occurſum Joſeph, & ſtetit in hypodromio domus. Et cum intraſſet Joſeph atrium, ſalutavit eum Aſſeneth, & dixit ei verba quæ erat locutus Angelus ad ſe, & lavit pedes ejus. Craſtina die rogavit Joſeph Pharaonem *ut daret ei Aſſeneth in uxorem*, & dedit eam illi Pharao, & impoſuit eis coronas aureas meliores quas habebat, & fecit eos osculari ad invicem, & fecit eis nuptias, & cœnam magnam ultra ſeptem dies, & præcepit ut nemo faceret opus in diebus nuptiarum Joſeph. Et vocavit Joſeph filium DEi, & Aſſeneth filiam Altiſſimi.

XVI. * In anno ſecundo famis, menſe ſecundo, vigeſimo primo die menſis venit *Iſrael* in Ægyptum cum cognatione ſua, & intravit terram Geſen. Viditque Aſſeneth Jacobum, & admirata eſt,

* In Vincentio Bellovacenſi lib. 2, c. 123. notatur, hæc petita eſſe è Parva Geneſi.

eſt, quoniam ſenectus ejus erat ſpecioſa ſicut juventus. Erat quippe caput ejus candidisſimum, ſicut nix, & barba candida cadens ſuper pectus ejus, oculi ejus fulgarantes, & nervi ejus & humeri & brachia firma, genua & crura & pedes ut gigantis. Et benedixit eis Jacob & oſculatus eſt. Et reverſi ſunt poſt prandium Joſeph & Aſſeneth in domum, & Levi cum eis & Simeon.

XVII. Et cum vidiſſet *filius Pharaonis*, Aſſeneth in domo Parentis ſui deambulantem, exarſit in pulchritudine ejus, & locutus eſt Levi & Simeoni ut interficerent Joſeph, & haberet eam uxorem quæ illi debebatur, & daret eis aurum & argentum multum, qui vero non intenderunt in ſermones ejus. Et cœpit filius Pharaonis accuſare Ioſephum apud fratres ſuos Dan & Gad, qui erant filii ancillarum Jacob, dicens ſe audiiſſe Joſeph dicentem apud * Pharaonem, quod poſt mortem parentis ſui deſtrueret eos, ne eſſent heredes cum fratribus ſuis, eo quod eſſent filii ancillarum & eum vendidiſſent Iſmaëlitis, & inviderent ei. Perſuaſitque eis ut interficerent Joſeph, & ipſe interficeret Pharaonem patrem ſuum, qui erat tanquam Pater Joſephi.

XVIII. Quod cum vellet facere nocte, prohibuerunt eum cuſtodes parentis ſui introire ad eum, dicentes: Pater tuus doluit caput, & modo dormit, & prohibuit nobis ne quis ad eum intret, nec etiam filius ſuus primogenitus. Et aſſumtis qvin-

* Vincentius Bellovacenſis ex Comeſtore ſuo nomen Pharaonis hujus aut fuiſſe *Neſrem*, Euſebius *Amoſin* vel *Anchien*: Vide Scaligerum ad Græca Euſebii p. 412.

quinquaginta viris armatis perrexit ad locum insidiarum ubi erant Dan & Gad, quoniam illuc debebant pergere Joseph & Asseneth cum DC. viris qui omnes ab insidiis trucidati sunt præter unum qui fugit ad Simeonem & Levi. Asseneth autem fugit in curru, & cum ea Benjamin. Simeon autem & Levi assumentes omnes qui secum erant armatos persecuti sunt eos. Et irruerunt in eos subito, & plurimos occiderunt. Dan autem & Gad absconsi sunt in densitate calami.

XIX. Post illud bellum Benjamin sedens in curru cum Asseneth, videns filium Pharaonis venientem contra se ut tolleret Asseneth, lapidem de torrente arripiens percussit eum in cervice siniſtra, & deduxit eum de equo super terram quasi mortuum. Postea videns Benjamin Simeonem & Levi venientes, confortatus est, qui quærebant fratres suos Dan & Gad, ut interficeret eos, quorum iram compescuit. Illi vero levantes filium Pharaonis a terra, laverunt plagam ejus, ligaverunt eam & duxerunt eum ad Patrem suum Pharaonem, & narraverunt omnia verba hæc. Pharao vero gratias egit quod non interfecerunt eum. Tertio vero die mortuus est filius Pharaonis de vulnere. Et Pharao non multo post mortuus est dolore mortis filii sui, annorum XCIX. Et reliquit regnum suum Josepho, qui regnavit pro puero in Ægypto annis XLVIII. Et post hoc dedit diadema filio Pharaonis, qui erat ad ubera, quando mortuus est Pharao. Et Joseph nuncupatus est Pater in terra Ægypti.

CXL. *Liber Magicus* Speculum Joſephi. *Poculum per quod augurabatur.*

DE augurandi ſcientia quæ fuerit in Joſepho, & de poculo per quod divinaverit, videndi Interpretes Judæi & Chriſtiani ad Geneſ. XLIV. Gabr. Naudæus in Apologia pro viris claris Magiæ accuſatis cap. XV. ubi etiam explodit librum Magicum *Speculum Joſephi* inſcriptum, memoratumque a Jo. Trithemio: Lambecius prodromo Hiſt. literariæ p. 55. Mich. Chriſtianus Tierof in diſſ. de ſacris Judæorum vinculis, voto Jephtæ, ſtatua ſalis, & ſcypho Joſephi, Jenæ 1657. D. Jo. Andreas Schmidius de Joſepho non ex ſcipho divinante, ibid. Gotlieb Seliger in conamine Apologiæ pro Joſepho Patriarcha, qui minus recte κυλικομαντειας arguitur. Lipſ. 1704. & Auctor obſervationis quartæ in Additamento ad decem volumina obſervationum ſelectarum Hallenſium. Libenter autem aſſentior viris doctis, quibus verba Moyſis nihil aliud ſonare videntur, quam Joſephum conjeciſſe rem de poculo ab advenis illis ablato, vel ex poculo illo ſublato auguratum fuiſſe ipſos eſſe exploratores.

CXLI. *Joſephi Interpretatio ſomniorum. Nomen Pſonteomphanech.*

JUſtinus XXXVI. 2. e Trogo Pompejo tradit Joſephum in Ægypto Magicas artes ſolerti ingenio perdidiciſſe, prodigiorum fuiſſe ſaga-

visſimum & *ſomniorum* primum *intelligentiam* condidiſſe. Huc facere multis videtur nomen a Pharaone Joſepho Geneſ. 41. 45. inditum צפנת פענח quod LXX. exprimunt ψονθομφανὴχ, Ioſephus & Philo lib. de nominum mutatione ψονθομφάνηχος. Hugo Grotius inſigni illo dramate, Sophonpaneas. Idem Philo libro de Joſepho: μετονομάζει δὲ αὐτὸν ἀπὸ τῆς ὀνειροκριτικῆς ἐγχωρίου γλώττης προσαγορεύσας. Chronicon Paſchale f. 75. ψομθομφανχθὴ ᾧ ἀπεκαλύφθη μέλλον. Atque *arcanorum interpretem* & ἑρμῶν ſignificari illa vocabulo, doctisſimi interpretum Judæorum Chriſtianorumque conſentiunt, de quo plura qui legere velit, præter eos qui in Geneſim commentati ſunt, adibit Jo Gregorium Anglum cap. 16. obſervationum ſacrarum T. IX. Critic. ſacrorum: D. Auguſtum Pfeifferum in diſſ. Dubiis ejus vexatis ſubjecta, T. I. Opp. p. 564. ſeq. Vitringam lib. 1. Obſervat. ſacr. p. 67. ſeq. Bochartum in Phaleg. p. 67. Kircherum in Prodromo Copto p. 125. ſeq. Druſium quæſt. Hebr. II. 82. Jaquelotum libro edito Gallice de exiſtentia DEI adverſus Atheos p. 23. Coptis *Fſotem Pane* Salvatorem Mundi denotat, unde eſt quod in vulgata verſione & apud Hieron. * quæſt. Hebr. nomen Joſephi ita explicatur. Vide Andreæ Mulleri Greifenhagii gloſſarium ſacrum & notas ad fragmentum Azizi Tartari, Coloniæ Brandenb. 1665. 4. editum, nota 21. Stephani le Moyne notas ad Varia ſacra p. 132. ſeq. Jo. Marcianæum ad Hieronymum T. 2. p. 335. & Gvilelmum Bonjour To-

* Rejicit illam interpretationem Guil. Beveregius de præſtantia linguar. Oriental. p. 27. & Jo. Gregorius loco laudato.

Tolosanum in diss. de nomine Patriarchæ Josephi a Pharaone impositio, in defensionem vulgatæ editionis & Patrum, qui Josephum in *Serapide* adumbratum tradiderunt. Rom 1696.

CXLII. Josephus mensurarum repertor. Templa ab eo condita. Josepho positus obeliscus. Sepultura, nomen. Alia quædam.

Artapanus apud Eusebium IX. 23. præparationis Evangelicæ p. 429.

Αρτάπανος ὁ φησιν ἐν τῷ περὶ Ἰουδαίων, καὶ Αβραὰμ ἀπόγονον γενέσθαι, υἱὸν δὲ Ἰακώβου. σωφέσθαι δὲ καὶ φρονήσει πρὸς τοὺς ἄλλους διενεγκόντα, ὑπὸ ἀδελφῶν ἐπιβουλευθῆναι προειδόμενον δὲ τὴν ἐπισυστασιν, δεηθῆναι τῶν ἀσυγγειτόνων Ἀράβων, εἰς τὴν Αἴγυπτον αὐτὸν ἀφικομίσαι. τοὺς δὲ ἐντυγχανόμενον ποιῆσαι. εἶναι δὲ τοὺς τῶν Ἀράβων βασιλεῖς ἀπογόνους Ισραὴλ, υἱὸς δὲ Αβραὰμ, Ισαὰκ δὲ ἀδελφούς. ἐλθόντα δὲ αὐτὸν εἰς

Artapanus in suo de Judæis commentario Josephum ait Abraami nepotem, Jacobi filium, cum reliquis fratribus ingenio, sapientiaque præstaret, eorum insidiis appetitum esse; quorum ipse conjuratione prospecta, vicinos Arabas, uti se in Ægyptum abducerent, obsecrarit, ejusque precibus illos annuisse. Arabum enim Reges Israelis Nepotes, Abraami filios, & Isaaci fratres esse. Ergo Josephum, paulo

τὴν Αἰγυπτον, καὶ συσ-
θέντα τῷ Βασιλεῖ, διοι
κητὴν τ ὅλης γενέσθαι
χώρας. καὶ πρότερον αὐτά-
κτως τῶν Αἰγυπτίων γεω-
μορούντων, διὰ τὸ τὴν
χώραν ἀδιαίρετον εἶναι,
καὶ τῶν ἐλασσόνων ὑπὸ
τῶν κρειττόνων ἀδικουμέ-
νων· ἔγνω πρῶτον τήν τε
γῆν διελεῖν, καὶ ὅροις διασ-
σημήνασθαι, καὶ τὴν πολ-
λὴν χερσευομένην γεωρ-
γήσιμον ἀποτελέσαι, καὶ
τινας τῶν ἀρούρων τοῖς Ιε-
ρεῦσιν ἀποκληρῶσαι· ἔγνω
δὲ καὶ μέτρα εὑρεῖν, καὶ
μεγάλως αὐτὸν ὑπὸ τῶν
Αἰγυπτίων διὰ ταῦτα ἀ-
γαπηθῆναι. γῆμα δ' αὐ-
τὸν Ηλιουπολίτης Ιερέως
Ασενὲθ θυγατέρα, ἐξ ἧς
γεννήσαι παῖδας. μετὰ δὲ
ταῦτα εἰς συγγενέσθαι πρὸς
αὐτὸν τόν τε Πατέρα καὶ
τοὺς ἀδελφοὺς κομίζοντας
πολλὴν ὕπαρξιν, καὶ κα-
τοικισθῆναι ἐν τῇ πόλει
Καισαρὶ, καὶ τοὺς Σύρους
πλουτίσαι ἐν τῇ Αἰγύ-
πτῳ. τοῦτος δέ φησι καὶ

post quam Ægyptum attigisset, eo Regis studio ac benevolentia exceptum esse, ut Præfectus ab eo totius Regni constitutus fuerit. Eundem vero, cum Ægyptii terram eatenus magna perturbatione coluissent, quod neque divisa Regio esset, ac tenuioris fortunæ homines a potentioribus iniquius haberentur; Agros ante omnia divisisse, certis passim finibus terminisque descriptos, adeoque magnam Soli partem incultam prius atque sylvescentem, culturæ opportunam commodamque reddidisse, suosque sacerdotibus agros singulares ac proprios assignasse. Mensuras præterea invenisse. Quibus ille officiis Ægyptiorum sibi voluntatem majorem in modum devinxerit. Cæterum, Asenethen Heliopolitani Sacerdo-

τὸ

Τὸ ἐν Αθὼς καὶ τὸ ἐν Ηλιουπόλει ἱερὸν καταστευάσαι τοὺς Ερμιούθ ὀνομαζομένους· μετὰ δὲ ταῦτα τελευτῆσαι τὸν Ιωσὴφ, καὶ τὸν Βασιλέα τῶν Αιγυπτίων. Τὸν δὲ Ιωσὴφ κρατοῦντα τῆς Αιγύπτου, τὸν ἑτῶν ἑπτακόσιτον, γενόμενον κατὰ τὴν Φορὰν ἄπλετον, εὐδαθέως, καὶ τῇ Αιγύπτῳ δεσπότην γενέσθαι.

tis filiam uxorem duxisse, ac liberos ex ea suscepisse. Postea vero, Patrem cunctosque fratres, multis cum opibus ac facultatibus ad eum venisse, fixisque in urbe Cæsana domiciliis, Syrorum in Ægypto auctam admodum ac propagatam sobolem fuisse. Eosdem insuper tum quod apud Athon, tum quod apud Heliopolim est, Templum condidisse, Hermiuthios vulgo nominatos. Postremo, Josephum Ægyptiorumque Regem obiisse. Ac Josephum quidem, cum Ægypto præesset, immensam frumenti vim, quæ toto septennio provenerat, in medium contulisse, ac totius Ægypti Dominum fuisse.

Idem Eusebius IX. 21. p. 424. Demetrii de Iosepho testimonium adducit & IX. 24. p. 430. Philonis poetæ e libro XIV. de Hierosolymis, quæ apud ipsum videantur. De sepultura Iosephi cujus Mausoleum adhuc Hieronymi temporibus cernebatur, ut ipse traditionibus Hebraicis in Genesin auctor est, Io. Benedicti Carpzovii nepotis Exercitatio subjecta legitur disputationibus Academicis D. Carpzovii filii τῷ μαχαίτῃ Lipsi. 1699. 4. cui addendus Io. Braunius IV. 13. selectorum sacrorum. In illa Carpzoviana exercitatione varia

ria etiam Epitaphia extant Iosepho posita, quibus ex Io. Conradi Dieterici Antiquitatibus Biblicis Vet. Test. ad Es. XIII. 3. p. 597. addi potest, quod Iosephi memoriæ ab Ægyptiis quidam referunt positum obeliscum cum hujusmodi inscriptione:

JOSEPHO

Pro meritis eximiæ Beneficentiæ

Et benefic æ Administrationis

SUPREMO TERRÆ JUDICI,
VINDICI PATRIÆ,

quo

Major nullus fuit & clarior,

Pro tot tantisque bonis

Hoc Monumentum Perenne
voluit esse

Amoris honorisque gratia

ÆGYPTUS.

Nomen ipsum Iosephi Hebræis *Augustum* sonat, de quo videndæ B. D. Augusti Pfeiferi animadversiones quas addidit Homiliæ in inaugurationem Iosephi imperatoris Rom. ubi plura etiam de Iosepho, de quo Muhamedanorum fabulas ubi voles leges in Alcorani Surata XII. de Iosepho, quam Lugd. B. 1617. separatim cum versione & notis vul-

vulgavit Thomas Erpenius, & in Barthol. Herbeloti Bibl. Orientali in *Jousouf*.

CXLIII. Verba Uxoris JOBI, ex Græca versione Libri Jobi II. 9. Num DINA * Jacobi filia?

Χρόνῳ δὲ πολλῷ προσβεβηκότι εἶπεν αὐτῷ ἡ γυνὴ αὐτοῦ.

Μέχρι τίνος καρτερήσεις λέγων, ἰδοὺ ἀναμένω χρόνον ἔτι μικρὸν προσδεχόμενος τὴν ἐλπίδα τοῦ σωτηρίας μου;

ἰδοὺ γὰρ, ἠφάνισταί σου τὸ μνημόσυνον ἀπὸ τῆς γῆς.

υἱοὶ καὶ θυγατέρες ἐμαὶ

TEmpore autem multo transacto dixit ei uxor ejus:

Quousque sustinebis, dicens: Ecce permaneo tempus adhuc parvum expectans spem salutis meæ.

Ecce enim deletum est memoriale tuum de terra.

Filii & Filiæ, mei u-

 μῆς

* In Chaldaica Paraphrasi edit. Venetæ & Buxtorf & in Polyglottis Londinensibus uxor Jobi vocatur *Dina*, quod nomen in Regiis Antwerp deest, uti nec in Hebræo reperitur, neque in Græca, Syra vel Arabica versione. Suntque alii qui non primam illam, sed alteram quam fortunis suis restitutus duxerit Jobus uxorem, Dinam vocant Jacobi Patriarchæ filiam. Vide supra p. 774. At Philo (quæstionibus in Genesin quæ interciderunt) Dinam eandem esse affirmavit ex qua XIV. filios & VI. filias genuerit, septem videlicet filios & tres filias ante percussionem, totidem filios ac totidem filias post percussionem. Vide Rupertum Tuitiensem lib. VIII. II. in Genesin, ex quo hauserunt Tostatus, Genebrardus &c. Muhamedani uxorem Jobi *Rahmam* appellant.

μῆς κοιλίας ὠδῖνες καὶ πόνοι.

Ὃς εἰς τὸ κενὸν ἐκοπίασα μετὰ μόχθων.

Σύ τε αὐλὸς ἐν σαπρίᾳ σκωλήκων κάθησαι διανυκτερεύων αὐθρίῳ.

Κἀγὼ πλανῆτις καὶ λάτρις τόπων ἐκ τόπου διερχομένη, καὶ οἰκίαν ἐξ οἰκίας.

Προσδεχομένη τὸν ἥλιον πότε δύσεται, ἵνα ἀναπαύσωμαι τῶν μόχθων μου, καὶ τῶν ὀδυνῶν αἵ με νῦν συνέχουσιν.

Ἀλλὰ εἰπόν * τι ῥῆμα εἰς κύριον, καὶ τελεύτα.

teri dolores & labores.

Quos in vacuum laboravi cum ærumnis.

Tu vero ipse in putredine vermium sedes pernoctans sub dio.

Et ego errans & ancilla locum ex loco & domum e domo circumeo.

Expectans solem quando occidet, ut requiescam ab ærumnis meis & doloribus qui me nunc premunt.

Sed dicito aliquod verbum in Dominum & morere.

CXLIV. De regina Sabæorum, quæ Jobi armenta depopulata fuit.

Steph. le Moyne notis ad Hippolyti sermonem T. 2. Var. sacr. p. IIII.

INterpres Chaldæus in Job. C. I. 15. ונפלת בתכוף לילות מלכת זמרגד וברתנון *Et irruit repente Lilit Regina Smargad, & Bartianon.* Sic vir immortalis memoriæ & post illum alii. Quasi ברתנון esset nomen proprium Regionis ubi Lilit

* Symmachus: καθάρασον τὸν Θεόν. Laterem lavant, & Jobum ipsum iniquitatis arguunt qui his verbis pium sensum volunt inducere.

lit fæmina barbara imperaret, & cujus ſub armis regio iſta Baratena vel Baratenum cum Smargad alia Provincia jaceret. Sed "דברת eſt verbum. ך ibi non eſt particula indicativa, vel nota genitivi; eſt radicalis, & primitivum eſt דבר, quod Chaldaice notat rapere, auferre, abducere. Venit ergo Lilit Regina Smarag, & abſtulit & abduxit Paſtores & Servos Jobi, & omnia vaſtavit & populata eſt, ודברתנן & abſtulit eos. Adeo ut fruſtra quæratur Provincia Bartenum cum Smargad, quæ vox etiam in mendo cubare mihi videtur. Nam exiſtimo reddendum eſſe non per Smargad, ſed Samarcanda, quæ regia fuit Tamerlanis, ſed ante illum condita, & forſan regia Cingiſcanorum & Tartarorum, & remotiſſima quidem a Patria Jobi, ſed quæ a Rabinis facile potuit hic memorari, cum in Chronologia, & Geographia, ſtoliditatem, & ignorantiam ſupinam ubique fere prodant. Venit ergo Lilit Regina Samarcandæ, & abduxit Servos & armenta Jobi, non vero Regina Bartenon vel Barathenæ aut Berotai, urbis Arabiæ deſertæ, quæ forſan ſic dicebatur quaſi ברת נוה deſerti habitatio, & quæ, vel pagus quidam, in deſerto Arabiæ vicinus, Patria erat Hippolyti.

CXLV. Additamenta Libri JOBI * Apocrypha ex verſione Græca Job. XLII. poſt verſum 17. una cum ſcholiis quibusdam ex Catena Græca in Jobum.

Scriptum autem eſt, ip- γέγραπται ὃ, αὐτὸν

 πάλιν

* Hæc uti in Hebræo non ſunt, ita nec Aquila habuit, nec Symmachus

πάλιν ἀναστήσεσθαι μετ' ὧν Κύριος ἀνίστησιν.	*ſum rurſus reſurrecturum cum quibus reſuſcitat Dominus.*
Οὕτως ἑρμηνεύεται ἐκ τῆς Συριακῆς βίβλου.	*Hic in interpretatione reddit* ex libro Syriaco.*
Συριακὴν νῦν τὴν Ἑβραΐδα	Hebræorum dialecto

machus ut in Catena Græca notatur, Theodotio autem exemplo LXX. Interpretum poſuit. Deſunt etiam in Syr. & Chald. atque in Vulgato interprete latino. Sed in Arabica leguntur illis ſimilia in hanc ſententiam: *Job vero habitabat in terra US inter terminos Edom & Ambie, & antea vocabatur Jobab. Hic duxit uxorem alienigenam ipſique natus eſt filius dictus Anun. Job vero erat filius zare filii filiorum Eſau, & mater ejus erat de Baſra & ipſe erat ſextus ab Abrahamo. Ex regibus vero qui regnarunt in Edom, regnabit ſuper illam terram primo Balac filius Beor & nomen urbis Danaba, & poſt hunc Jobab iſte qui vocatur Job & poſt Job quoque nomen ejus qui erat princeps de Terra Temanie, & poſt eum filius Barac, hic eſt qui occidit & fugavit Madiam in planitie Moab, & nomen urbis ejus Giatem. Et ex amicis Job qui eum convenerunt, erat Elifaz de filiis Eſau rex Temanitarum.*

* Polychronius: Τινὲς τὴν ἐν τῷ τέλει γενεαλογίαν ὡς μὴ ἐμφερομένην ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ, τὸ δὲ τέλος οὕτως· ἀχρι δὲ καὶ ἐτελεύτησεν Ἰωβ πρεσβύτερος καὶ πλήρης ἡμερῶν. Ἀλλ' ἁπάντης Φασὶ γενομένης ἀπὸ τῆς ὁμωνυμίας τῆς ἐν Γενέσει Φερομένης εἰς τὴν κατὰ τὸν Ἡσαῦ γενεαλογίαν, ἔνθα μέμνηται ΙΩΒΑΒ, τοῦτον τινὲς ἐχαλιογράφησαν, καὶ λοιπὸν ἕτεροι τῷ χείονι ὡς ἐφην δὲ παύσις βιβλίῳ ἐργάσαντο τὰ παλαιγεγραμμένα.

Βραίων διάλεκτον καλεῖ, διὰ τὸ γειτνιάζειν ταύτην τῇ τῶν Σύρων, καὶ εἰκοσιδύο στοιχεῖα ἔχειν, καθάπερ οἱ Ἑβραῖοι. καὶ Συρίαν ἣ τὴν Ιουδαίαν, καὶ Σύρους οἱ πολλοὶ τοὺς Παλαιστίνους ὀνομάζουσιν, ὡς Ηρόδοτος. * λέγει, πεπεισμένους ἢ Ινδοὶ, καὶ Αἰγύπτιοι, καὶ Αραβες, καὶ οἱ ἐν Παλαιστίνῃ Σύροι, τοὺς Ιουδαίους λέγων.

* Herodot. II. 104.

Ἐν μὲν γῇ καθοικῶν τῇ Αὐσίτιδι, ἀπὶ τοῖς ὁρίοις τῆ Ιδυμαίας καὶ Αραβίας· προϋπῆρχε ἢ αὐτῷ ὄνομα Ιωβάβ.

Ἐντεῦθεν δῆλον ὅτι ἡ Αὐσίτις γῆ ἐν μεθορίῳ κεῖται τῆ Ιδυμαίας καὶ Αραβίας· καὶ ὅτι Ιδυμαίος ἦν ὁ δίκαιος, προϋπῆρχε

ctum hoc loco ** Syriacam vocat, quia Syrorum lingua proxime ad eam accedat, & viginti duabus literis Hebræi & Syri pariter utantur. Judæam etiam Syriam, & Palæstinos plerique Syros appellant, prout Herodotus, Judæos innuens, scribit, Circumciduntur autem Indi, Ægyptii, Arabes, & Syri qui Palæstinam incolunt.

In terra quidem Ausitide habitans, in finibus Idumææ & Arabiæ; & erat ei nomen Jobab.

Hinc apparet terram Ausitidem in confinio Idumææ & Arabiæ sitam esse; justum autem Jobum gente Idumæum,

de

** Parum hoc credibile est, cum in Hebraicis Codicibus ista non exstent; neque olim exstiterint. Potius igitur dicendum de Syriaca veteri versione hoc dici, in cujus Codicibus hæc lacinia fuerit deprehensa, cum ad illam versionem sæpe antiqui scriptores provocent, ex quibus fragmenta quædam collegit Andreas Mullerus Greifenhagius in diss. de versione Syriaca Novi Test.

ὃ αὐτῷ ὄνομα Ιωβαβ. ἀπὸ μεταονομασίας ἐπὶ τῶν ἁγίων εὑρίσκομεν γινομένας, ὡς ἐπὶ τοῦ Αβραὰμ, τοῦ Ισραὴλ, καὶ τοῦ Πέτρου, καὶ τοῦ Παύλου· ὥστε σημεῖον καὶ τοῦτο τῆς τοῦ Ιὼβ ἀρετῆς, ἡ τοῦ ὀνόματος μετάθεσις.

& nomen *Jobab* * ei primitus inditum fuisse. Sanctorum autem nomina in Scripturis mutata reperimus, ut Abrahami, Israelis, Petri, & Pauli: ita ut nominis Jobi mutatio, virtutis ejus manifestum indicium sit.

Λαβὼν δὲ γυναῖκα Ἀραβίαν τὸ γένος, γεννᾷ ἐξ αὐτῆς υἱὸν ᾧ ὄνομα Ενναν.

Cum autem accepisset uxorem Arabissam, genuit filium cui nomen Ennon.

Ην δὲ αὐτὸς πατρὸς μὲν Ζαρέ, ἐκ τῶν Ησαῦ υἱός, μητρὸς δὲ ** Βοσόρρας· ὥστε εἶναι αὐτὸν πέμπτον ἀπὸ Αβραάμ.

Erat autem ipse ex patre quidem Zare, de filiis Esau filius, matris autem Bosorra; ita ut ipse sit quintus ab Abraham.

ΟΛΥΜΠ. Κεῖται δὲ γενεαλογία ἐν Παραλειπομένοις· ἀπὸ μὲν γὰρ Αβραὰμ ὁ Ισαὰκ, ἐξ οὗ γέγονε Ησαῦ ἐξ οὗ Ραγουὴλ, ἀπὸ δὲ τοῦ Ζαρὲ, ὁ τοῦ Ιωβ πατήρ· πέμπτος οὖν ἀπὸ Αβραὰμ ὁ Ιωβ, μὴ συναριθμουμένου, δηλονότι, τοῦ Αβραάμ. ὅθεν καὶ λέγομεν αὐτὸν πρὸ νόμου γεγονέναι·

OLYMP. In Paralipomenis † exstat genealogia: Ab Abrahamo enim Isaacus originem traxit. ab illo vero Esau, a quo Raguel, ab illo vero Zara, Jobi pater; quintus igitur ab Abrahamo est Jobus, non numerato, scilicet, Abrahamo. Unde etiam ante Legem eum exsti-

χάνεον·

* Genes. XXXVI. 33. Confer Petavium ad Epiphan. p. 14.

** Βασσάραν vocat Aristæus apud Eusebium IX. 25. præparat. quem vide.

† 1. Paral. I. 44.

χάνειν· ὁ γὰρ Μωσῆς ἕκτῳ ἀπὸ Ἀβραὰμ εὑρίσκεται ὄντως, Ἀβραὰμ, Ἰσαὰκ, Ἰακὼβ, Λευΐ, Καάθ, Ἀμβραὰμ Μωσέως πατήρ.

tisse dicimus: Moyses enim ab Abrahamo sextus in hunc modum deprehenditur, Abrahamus, Isaacus, Jacob, Levi, Caath, Ambram pater Moysis.

ΙΟΥΛ. Ἔστι μὲν οὖν Ζαρὲθ πόλις τῆς Ἰδουμαίας, καὶ Βοσὸρ τῆς Ἀραβίας, ἡ νῦν καλουμένη Βόστρα· ἐπώνυμοι δὲ εἰσὶ τῶν γενομένων τοῦ θεσπεσίου Ἰώβ.

JULIANI. Est quidem Zareth urbs Idumææ, & Bosor Arabiæ, quæ hodie Bostra vocatur: à divini autem Jobi parentibus nomina illis imposita sunt.

Καὶ ἄλλοι οἱ βασιλεῖς οἱ βασιλεύσαντες ἐν Ἐδὼμ, ἧς καὶ αὐτὸς ἦρξε χώρας.

Πρῶτος Βαλὰκ ὁ τοῦ Βεὼρ, καὶ ὄνομα τῇ πόλει αὐτοῦ Δενναβά.

Μετὰ δὲ Βαλὰκ, Ἰωβὰβ ὁ καλούμενος Ἰώβ· μετὰ δὲ

Et hi sunt Reges qui regnaverunt in Edom, cujus etiam ipse dominatus est.

Primus Balac filius Beor, & nomen civitatis ejus Dennaba.

*Post Balac autem, Jobab * qui vocatur Job: post*

τοῦτον,

* Hæc convenientia nominum totum hoc nobis additamentum peperit, licet in Hebraico major sit congruentia soni quam literarum, Jobus enim est איוב, at Jobab יובב Jobi nomen denotat ὑπομονὴν patientiam observante Didymo in Catena, quod alii veteres interpretantur ἀγαπητὸν κυρίῳ, unde in Hieronymo Marcianæi T. 2. p. 259. ἐραστὸς est legendum pro ὁραστός. Hieronymus ipse exponit *magnum* אוב id p. 215. At Jobab ei est *Dominus Pater*, sive ut in Græco Origenis, πατὴρ κυρίου. p. 211.

ξτον. Ασὰμ ὁ ὑπάρχων ἡγεμὼν ἐκ τ Θαιμανίτιδ@ χώρας· μετὰ τοῦτον, Αδὰδ υἱὸς Βαρὰδ, ὁ ἐκκόψας Μαδιὰμ ἐν τῷ πεδίῳ Μωάβ· καὶ ὄνομα τῇ πόλει αὐτοῦ Γεθαίμ.

Οἱ δὲ ἐλθόντες πρὸς αὐτὸν φίλοι, Ελιφὰζ τῶν Ησαῦ υἱῶν, Θαιμανῶν βασιλεὺς, (ὁ δὲ Θεοδοτίων υἱὸς, ἐξέδωκεν, Ιωσαφάτ.) Βαλδὰδ ὁ Σαυχαίων τύραννο@, (πάλιν ὁ Θεοδοτίων, υἱὸς Αμμὼν τ Χωβόρ.) Σωφὰρ ὁ Μιναίων βασιλεύς.

ΕΥΑΓ. Τῷ Ελιφὰζ ἦν υἱὸς. Σωφὰρ, καὶ Αμαλὴκ, ἐκ παλλακίδ@ αὐτῷ γενομθείς· ὁ δὲ Ελιφὰζ καὶ ὁ Σωχαὶρ γεγόνασι μαθηταὶ τ Ιακὼβ, ὁ δὲ Αμαλὴκ τ Ησαῦ.

hunc autem, Asom qui erat dux ex regione Thamanitide: post hunc autem, Adad filius Barad, qui excidit Madiam in campo Moab; & nomen civitatis ejus Gethaim.

Amici autem qui ad eum venerunt, Eliphaz de filiis Esau Thamanorum Rex, (Theodotio autem, *Filius Josaphat*, reddidit.) *Baldad Tyrannus Sauchaeorum,* (Theodotio addit, *Filius Ammon, filii Chobor.*) *Sophar Rex Minaeorum.*

EVAGRII. Eliphazi filius fuit Sophar, & Amelec, quem pellex ei peperit. Eliphaz autem & Sophar discipuli fuerunt Jacob, Amelec autem Esau.

CXLVI. JOB ejusque filius * Basarus ad Syros a DEO missus.

Abraham Ecchellensis in Historia Arabum c. 20. f. 254.

CEntum viginti quatuor Prophetarum millia ab

* Bosor sive Beor, Bileami Pater.

ab Mundi conditu usque ad Mahometum numerant Arabes. Horum singulos ad singulas gentes missos fuisse autumant, Mahometo excepto, quem ad omnes destinatum fuisse delirant. Hinc Muscacanus Iudæus neci traditus est Babylone, etsi Mahometum summum Prophetam, & Dei Apostolum fassus sit, quia asseruit illum ablegatum fuisse ad omnes nationes, Iudæis exceptis, ut Scimhinsciah in Historia gentium auctor est. Itaque ajunt Hudum, qui idem illis est ac Heber filius Sale, missum tantum ad Haditas, Salehum ad Thamuditas, Hantalam ad Rasitas, provinciæ Hadhramitæ montium incolas; Abraham ad Chaldæos, Loth ad Pentapolitanos, Iobum & post illum Basarum ejus filium ad Syros, Sciohailum qui Iethro ipsis est Moysis socer, ad Madianitas, Moysen ad Hebræos, & sic de cæteris.

CXLVI. Jobi Testamentum. Alia quædam. Liber OGIÆ Gigantis.

IN Appendice Reginonis cap. 55. & apud Vincentium Bellovacensem, quemadmodum & in Tomo X. Conciliorum editionis Regiæ, ne alias Gelasiani de Apocryphis decreti editiones memorem, inter libros nulla fide, rejicitur *Liber qui appellatur Testamentum Jobi.* Sed videtur præferenda lectio emendatiorum Iuris Canonici editionum, ut Petri Matthæi & Pithœorum fratrum, in quibus legitur *Testamentum Jacobi.* In eodem decreto Gelasiano à variis interpolato explodi-tur *Liber Ogiæ nomine Gigantis, qui ante diluvi-*

um

*um * cum Dracone pugnasse ab hæreticis perhibetur.* Ubi non dubium est intelligi Ogum Regem Basanis Num. XXI. 33. memoratum, de cujus stupenda proceritate & multorum ætate sæculorum fabulas Talmudicorum leget qui volet in Io. Morini Exercitationibus Biblicis p. 325. seq. Cæterum quæ de Iobo ejusque ætate ** & libro (quem ad Moysen autorem multi referunt) dici possunt, occupavit pleraque omnia Fridericus Spanhemius in præclara sua lucubratione de Jobi Historia, Tomo II. Opp. Eam recusam nuper pluribus observationibus auxit D. Georgius Serpilius Antistes Ratisbonensis in vitis scriptorum Biblicorum parte VII. quæ tota est de Iobo. Vide etiam sis Hottingerum in Historia Orientali p. 54. seq. Maraccium ad Alcoranum p. 457. & Acta Sanctor. T. 2. Maji p. 494. seq. & T. 7. p. 664. seq. Chymiæ peritiam Iobo qui tribuunt, eos sine causa hoc facere ostendit laudatus Serpilius p. 272. seq.

CXLVIII.

* Male quidam viri docti emendant *post diluvium*, est enim fabula Judæorum, Ogum evasisse e diluvio, & arcæ inequitavisse. Targum Uzielidis ad Genes. XIV. 13. *Et venit Og, qui ebaserat ex viris qui mortui erant in diluvio, & inequitaverat arcæ, & erat operimentum in cacumine ejus. Alebatur autem ex cibis Noach, nec justitiæ suæ ereptus est, sed ut viderent incolæ Mundi fortitudinem DEI, & dicerent: Annon Gigantes qui erant ab initio, rebellarunt in Dominum Mundi, & perditi sunt ex terra &c.*

** Abrahami æqualem facit Eugubinus de perenni Philosophia, libro & capite primo. Ex Semi fuisse nepotibus Jo. Wallisius diss. de Jobo T. 3. Opp. p. 289. Ἱεραϛικὸν ἀξίωμα a DEO ipso injunctum Iobo & Melchisedecho tribuunt Constitutiones Apostolicæ in extremo libri VIII. & cap 5.

CXLVIII. Liber HELDAM & MODAL.

S. Hermæ Pastor lib. I. visione 2. cap. 5.

PRope est Dominus convertentibus, sicut scriptum est in Heldam & Modal, qui vaticinati sunt in solitudine populo.

Jo. Baptista Cotelerius, notis ad hunc Hermæ locum.

Istorum Prophetarum nomina Numer. XI. 26. 27. in Hebræo & in Vulgata sunt Eldad & Medad. In LXX Ελδαὰδ (f. Ελδαάδ, quemadmodum habet Græcus Basilius lib. de Spiritu sancto cap. 26. nec non Editio Commeliniana Athanasii. in Synopsi) καὶ Μωδαάδ: quippe qui legerint ר pro ד, מרד loco מדד: hinque corruptè apud Auctorem Responsionum ad Quæstiones Pauli Samosatensis, existimatum Dionysium Alexandrinum, Reip ad Quæst. 4. Ἐλδαὰς καὶ Μωδαᾶς; & apud Epiphanium lib. 3. tom. 2. Exposit. Fidei num. 4. Ἐλαὰδ καὶ Μωδαὰδ, quo modo profert quoque Nicephorus Constantinopolitanus Catalogo & Stichometriâ Scripturarum, seu fine Chronographiæ, ubi ab Anastasio Bibliothecario vertitur *Elad & Modad.* Pari errato in Theodoriti Quæst. 21. ad Numeros Ἐλδαὰδ καὶ Μωδαέδ. Hieronymus interdum, & multi, atque etiam in veteribus Bibliis *Heldad & Medad.* In Scripturarum Indiculo, quem infrà initio Notarum ad Constitutiones Apostolicas

edendum curabimus, Ἐλδὰμ καὶ Μοδὰμ. Indiculo Prophetarum edendo pariter ad Conſtitut. IV. 6. Ἐλδὰμ & Μωδὰμ. Μωδὰμ quoque Cyrillo Alexandrino. Denique hîc *Heldam & Modal*, quamquam vetuſta manus in MS. Bibliothecæ S. Germani correxit *Heldad & Modad*. Fuerunt porrò Eldadus & Medadus duo homines, aut ex ſeptuaginta Senibus à Moſe electis ad gubernandum populum Iſraëliticum; quæ eſt ſententia Cyrilli Hieroſolymitani Catecheſi 10. & Cyrilli Alexandrini ad Johannis XX. 22. aut ex ſeptuaginta duobus iisdem viris, ſeptuaginta dictis numero brevi ac rotundo; quemadmodum arbitratur Epiphanius in loco laudato, ac fortè qui compoſuit librum de mirabilibus ſacræ Scripturæ (Tom. 3. S. Auguſtini) lib. 1. cap. 9. aut extra numerum LXX. poſiti, pari tamen dignitate; quod cenſet Theodoritus: ſuper quos, cùm jubente Moyſe ut omnes ad oſtium tabernaculi ſtarent, remanſiſſent in caſtris, *non imperii negligentes*, docet Hieronymus Epiſt, 127. manſ. 13. *ſed humilitate ſubmiſſi, dum ſe honore arbitrantur indignos*; ſuper quos, inquam, tunc Spiritus requievit, ornans illos Prophetiæ dono, non quidem temporario, ut reliquos ex LXX ſi fides Baſilio ubi ſuprà, ſed permanenti. Atque ex hac ſacræ Scripturæ Hiſtoria Numer. cap. 11. antiquus aliquis anſam accepit fabricandi librum ſub perſona & nomine eorum Prophetarum: cujus Apocryphi meminerunt præter Hermam Athanaſius aut alius ſub finem Synopſeos, Auctor Indiculi inediti, ac Nicephorus CP. Fierique poteſt ut inde accepta fuerit Genealogia quæ exſtat in Traditio-

editionibus Hebraicis ad I. Paralipomenon, Tom. 3. Operum B. Hieronymi; quo loci ad I. Paralip. IV. 17. hæc habentur; *Ezra interpretatur auxilium: ipsum enim dicunt Amram; patrem Moysi & Aaron. Mared, rebellans; ipse est Moyses. Effer, pulvis; ipse est Eldad. Ialon ilex; ipse est Medad: iidem duo qui prophetabant. Traditur enim Moysem post acceptam Legem in Eremo, patri injunxisse ut matrem dimitteret, eò quòd illius amita esset, filia enim fuit Levi; post cujus dissidium duxisse aliam uxorem Amram, ex qua susrepit duos filios hos, Eldad & Medad*; & cætera, in quibus corrigenda hæc. *Et Amaret, id est Moysi acceptum esse dicitur*, rescribendo, *Et à Mared, id est Moyse acceptum esse dicitur.* Cæterùm illud, *Prope est Dominus conterentibus*, vicinum est oraculo Davidico, *Juxtà est Dominus iis qui tribulato sunt corde.* Psalm. XXXIII. 19. In *Clementis* Libro qui inscribitur, Τίς ὁ σωζόμενος πλούσιος, paullò ante finem; Θεὸς πίστιν ἐγγὺς ἐστὶ τοῖς πιστεύουσι καὶ πόρρω τοῖς ἀθέοις, ἂν μὴ μετανοήσωσιν.

Scipio Sgambatus in Archivis Vet. Test. lib. 2. p. 258.

Qui, aut quo genere orti fuerint Eldad & Medad, Hebræi variant. Tanchuma ait, eos vocatos aliis nominibus: Eldad, Ben-Caslon, & Medad, Kamuel Ben-Saphtan. Midras ait, eos esse Epher, & Jalon Levitas, quos 1. Paral. II. habes filios Amram Patris Moysis ex alia uxore. Quòd scilicet Moyses post latam legem jusserit Amramum dimittere uxorem Jocabed, quam habebat;

quòd eſſet ejus magna Amita, qui, aliâ ductâ, genuit Eldad, & Medad Sic Auctor Traditionum Hebraicarum, quæ Hieronymo adſcribuntur. At R. Ghedolias idem è Medras aliter narrat. Elizaphen filium Pharnach duxiſſe Jocabedem Moyſis matrem, & ex ea ſuſcepiſſe hos duos Prophetas; idque poſt mortem Amram. Cur autem præ cæteris meruerint Prophetiæ donum, ſic narrant Tract Sanhedrin c. 1. Cùm eos vocaſſet Moyſes, ut in Numerum LXX. Seniorum eos eligeret, reſponderunt, ſe indignos, quibus id honoris demandaretur. Tanchuma: *Quia ſe exiguos fecerunt, magni effecti ſunt ſupra ipſos* LXX. *Seniores, multis rebus. I. Seniores prædicebant proxima quædam, aut quæ eſſent craſtino eventura, ipſi autem longinqua, ut quæ eſſent eventura poſt annos* XL. *II. Seniorum nomina non explicantur in ſacris literis, ipſorum explicantur. III. Seniorum Prophetia defecit, quia erat ex Moyſe deſumpta; ſcriptum eſt enim: Sumam de ſpiritu tuo; ipſorum non defecit, qui erat ex Deo. IV. Seniores non ſunt ingreſſi Terram promiſſam, ipſi ingreſſi ſunt.* Quærit deinde, qua de re vaticinati ſint Eldad, & Medad; reſpondetque: alii dicunt eos dixiſſe moriturum in Deſerto Moyſem, & Joſuem futurum Ducem Populi in ingreſſu Terræ. Alii de Coturnicibus eos vaticinatos dicunt: alii de Gog, & Magog.

CXLIX.

CXLIX. JETHRO, Moſis ſocer, ſacris ſcriptoribus annumeratus. Varia ejus nomina.

Idem Sgambatus, libro laudato p. 256.

JEthro Sacerdos, ac Princeps Madianitarum, Socer Moyſis, inter Scriptores numeratur apud Hebræos; ajunt enim Sectionem, * quæ ejus nomine nuncupatur, ab eo ſcriptam: quod iis minimè credendum arbitror. Fuit quidem Vir ſapientiâ, & conſilio pollens, ut indicat munus, & locus apud ſuos, & Moyſis erga illum obſervantia, qui ejus admonitu Synedrium magnum inſtituit LXX. Presbyterùm. Adſcribam aliqua de eo apud Hebræos pervulgata, noſtris fortè ignota. Septem nomina fertur habuiſſe; Jethro, Jether, Raguel, ** Chobab, Kani†, Puthiel, Cheber: ſic Mechilta, & Tanchuma, quæ addunt jure vocatum *Iether*, quod ſonat *additamentum*, quòd addiderit ſectionem unam Pentateucho, *Succa* cap. 1. & *Dibre Iamim* referunt, eum fuiſſe Conſiliarium Pharaonis, & cùm in cauſa Hebræorum juſta, ac moderata conſuleret, Regis indignationem incurriſſe, quam fugiens in Madian venerit, ubi &

* Exod. XVIII.

** Exod. II. 18. licet *Raguelem* ibi memoratum cum Jethrone eundem eſſe negat adverſus Joſephum & Hieronymum Druſius p. 161. ad difficilia loca Pentateuchi. Muhamedanis pro Jethrone dicitur *Soaib*, quod & retinet Saadias & verſio altera Exodi Arabica. Vide Selden 1. de Synedriis p. 336.

† Judic. 1. 16. Conſer Selden. p. 343. ubi de Kinitis, cognatione ſcribarum ab illo Kini ſive Kani appellatis.

Sacerdotium Gentis, & Principatum sit adeptus. Ex ejus filiis, qui Hebræis se adjunxerunt, Senatores, & rei capitalis Iudices eligebantur, qui in cubiculo dolato לשכת הגזית jus dicerent. Fertur auditor fuisse Sapientum Virorum, & qui traditionem Theologicam ab ipsis Theologiæ proceribus Abrahamo, & Semo audissent. Hoc significare dicunt illam in Medrascim fabulosam narrationem, quam R. Ghodolias sic narrat in Catena: *Cùm exisset Moyses ad Pomarium Jethro, ut orationi vacaret, vidit virgam è Sapphiro humi defixam, & invocato Dei nomine, arcano explicato, eam toto conatu aggressus extraxit. Hæc virgailla est, quam Deus sexta die condidit, atque Adamo tradidit in manus, à quo successione devenit in manus Noë, Abrahami, Isaac, Iacobi, & Josephi, qui Ægypto præfuit; ex quo in manus Pharaonis devenit: ab hoc accepit Raguel, qui Sapientum in ejus aula Princeps erat. Sed cùm is Pharaoni suaderet pro Hebræis, contra id, quod suadebat Balaam, qui secundus erat, Regis indignationem incurrit: ob quam aulâ excedens in Patriam rediit, & virgam hanc secum allatam in Pomario suo defixit. Factum est autem divinitùs, ut simul atque humi defixa est, neque à Raguele, neque ab alio effigi potuerit: quod tandem Moysi cessit; quod cùm vidisset Jethro, ei Sephoram uxorem dedit.* Hanc non inanem veri fabulam sic explicant: Virgam, sive Sceptrum hoc esse Sapientiam, quam Deus Adamo dederit: quâ rebus omnibus, ac sibi imperaret; eam sapientiam, ac Dei notitiam longa successione ad Iosephum perveniisse, qui eam in aula Pharaonis plurimos docuerit, quorum cûm primus esset Iethro, is maximè eam secum in Madianitidem

nitidem tuliſſe dicitur, & in Pomario defixiſſe, in quo fortè de ambulans vel ipſe commentari ſoleret, vel alios in rebus Divinis inſtituere. Nemo tamen inventus eſt, qui ejus Sceptri compos fieret ante Moyſem, quem cùm videret Jethro tam feliciter arripuiſſe Sceptrum hoc, ei filiam deſponderit. Quæ ſi quid in hiſtoria ipſa veri haberent, crederem hunc Jethro ex iis fuiſſe, qui Moyſem in aula Pharaonis erudierint. Jethro à Joſepho † vocatur Jetheglæus.

CL. Διδαχὴ * Βαλαὰμ. BILEAMI Prophetia.

MAgos qui à ſtellâ moniti ex Perſia venerunt adoraturi recens natum Regem Judæorum, hanc ſignificationem ſtellæ edoctos fuiſſe ex Prophetiis Bileami, quarum & Moyſes Num. XXIV. 17. meminit, perſvaſum Origeni I. contra Celſum p. 46. *δοκεῖ μοι ἂν, ὅτι ἔχοντες τὰ Βαλαὰμ καὶ τὰ κατὰ Μωϋσῆν ἀνέγραψε προφητείας* Auctor Operis imperfecti in Matthæum Homilia II. *Legi apud*

† Ed. Bernhardus putat Joſephum ſcripſiſſe Ἰεθηραῖον unde librarii fecerunt Ἰεθεγλαῖον, latinus interpres Joſephi vetus *Jetheleg.*

* Balaami nomen Philo lib. de confuſione linguarum p. 268. *μαίσαγον λαὸν* interpretatur: Hieron. *præcipitantem eos*, vel *ſine populo*. Balaam Philoni in eodem libro p. 258. eſt ἄνους, ut recte vidit interpres, licet in Græco eſt ὁ νοῦς. Hieronymo *lingens*, vel *elidens*, aut *inbolbens*. Midianitam fuiſſe Balaamum ſuſpicatur Maſius ad Joſuæ XIII. 22. altero pede claudum fabulantur Judæi. Vide Gatakeri Adverſaria p. 257.

aliquem, Magos iſtos ex libris Balaam Divinatoris, apparituræ hujus ſtellæ ſcientiam accepiſſe, cujus divinatio poſita eſt & in Veteri Teſtamento: ** Orietur ſtella ex Jacob, & exſurget homo ex Iſraël, & dominabitur omnium gentium.

Διδαχὴ Βαλαὰμ Apocalypſ. II. 14. eſt, quod ſvaſit Balaco, Iudæos ut redderet inviſos apud DEum, pelliciendos ad ſtupra cum filiabus Moab, Num. XXV. 1. XXXI. 16. Mich. VI. 5. & 2. Petri II. 15. & Iudæ II. ad quæ loca conſer Grotium & Campegii Vitringæ obſervationes ſacras lib. IV. c. 9. p. 998 ſeq. & D. Georgii Mœbii Ἐμακαρίτου Exercitationes de Hiſtoria Bileami, tum Io. Wilhelmi Hilligeri Witeb. 1702. Alberti Ioach. Krakwitzii, Roſtoch. 1706. &c.

Scipio Sgambatus lib. 2. Archivorum Vet. Teſt. p. 252.

Balaam F. Beor Ammonitæ, ex urbe fuit Pethor * Syriæ juxta Euphratem, ſeu potiùs Meſopotamiæ,

** Conſer Rich. Simonis Epiſtolas ſelectas parte III. p. 42. ſeq. & Montacut. I. Orig. Eccleſ. p. 195. 208. Cæterum verba: ἀνατελεῖ ἄστρον ἐξ Ἰακὼβ, Eſaiæ tanquam auctori tribuunt Iuſtinus Martyr. Apologia I. pro Chriſtianis p. 74. & Irenæus III. 9 ex memoriæ ut videtur lapſu. De Chriſto intelligenda eſſe contra Iudæos probat B. D. Io. Benedictus Carpzovius in diſputatt. Academicis p. 1059. ſeq.

* Pro Phetor. 2. Petr. II. 15. Βοσὸρ poni putant viri docti. Vide Grotium ad h. l. Sed verius eſt poni pro Βεὼρ בְּעֹר, ſiquidem non novum eſt ע mutari in ſigma, ut notavit Clariſſimus Vitringa p. 1001. Obſ. qui Petrum etiam ad vocabulũ *baſar*, quod carnem notat Hebræis, alluſiſſe putat. Etiã Beor

tamiæ, ut ſcribit Targum Onkelos Deuter. XXIII. v. 4. & confirmat Num. XXII. v. 5. Hebræi omnes veteres ajunt, eum fuiſſe ex Conſiliariis Pharaonis, ita Zohar, & Medraſcim, à qvibus etiam longa narratio texitur de Balaami profectione in Æthiopiam, ubi cum urbem quamdam, Cicano Rege abſente, gubernandam accepiſſet, ei Auctor fuerit defectionis a Rege, qvi ad eam expugnandam tendens, Moyſem ſibi adſciverit ſocium profectionis, & Regni: Moyſem ipſum deniqve, Rege mortuo, exercitum rexiſſe, Civitatem expugnaſſe, Balaamum fugaſſe; qvæ fusè denarrat ** in Catena Kabbalæ R. Ghedolias. Verùm ut ad rem literariam redeam, reperio nonnulla Balaamo adſcripta. Primùm Hebræi in Bava Batra de Moyſe dicunt, eum ſcripſiſſe *librum ſuum*, *ſectionem Balaam*, & *librum Job*. Si ſectio Balaam intelligatur illa, quæ eſt in libro Numerorum à cap. XXII. incipiens, in qua vaticinium Balaam deſcribitur, quam ſectionem Hebræi *Balaak* vocant, cujus opinionis cum R. Salomone ſunt plerique Hebræorum; quæritur cur dicatur Moyſes ſcripſiſſe librum ſuum, id eſt, *Pentateuchum*, & ſectionem hanc, cùm hæc ſectio ſit pars Pentateuchi? Nonne *Benedictio Iacobi*, Carmen *Cantemus Domino*, & alia multa, ſic poterant ſeorſim adnotari, ſicut hæc

Beor pro Boſor in Petri loco legunt Codices quidam', ut Barberinianus ſecundus. & Syrus interpres (non Arabs ut ſcribit Grotius) & Auguſtinus qv. 48. in Numeros, notante Clariſſ. Millio.

** Eadem leguntur in vita Moyſis à Gaulmino edita. Vide & Joſephum lib. 2. Antiquitat. Iud. cap. 10.

ſectio Baalami? Quamobrem R. Iacob Aben Habib ſcribit in Commentario in Bava Bathra, nonnullos exiſtimare per nomen *Peraſcia Balaam* intelligi libellum ſeorſim à Lege conſcriptum à Moyſe de rebus à Balaamo geſtis, ejusque vaticiniis. Alii verò exiſtimant *ipſum de rebus ſuis ſcripſiſſe Balaamum*, cujus Commentarium Moyſes Hebraicè verterit, ut librum Iobi. Tertia, & verò proxima ſententia eſt, *ſcripſiſſe Balaammm libros Vaticiniorum*, & Moyſem non quidem eos ſeorſim à Pentateucho vertiſſe, ſed ex ejus libro in Pentateuchum inſeruiſſe. Aliter tamen Origenes ſenſit Homilia XIII. in Numeros. *Si à Moyſe*, inquit, *Balaami Prophetiæ inſertæ ſunt in ſacros libros, quanto magis deſcriptæ ſunt ab iis, qui habitabant tunc Meſopotamiam, apud quos magnificus habebatur Balaam, quosque artis ejus conſtat fuiſſe Diſcipulos, ex illo fertur denique Magorum genus, & inſtitutio in partibus Orientis vigere.* Hæc ille, qui putat Magos, qui ad Chriſtum ritè venerandum ex Oriente venerunt, ex iis libris, quos Balaam ſcriptos reliquerit, aut quos de ejus vaticiniis alii ſcripſerint, quid ea indicaret Stella recèns orta, didiciſſe. De Balaami verò vita, & moribus Hieronymus ex Traditione Hebraica ſcribit in hunc modum: *Primum Vir Sanctiſſimus, & Prophetes Dei, poſtea per inobedientiam, & deſiderium muncrum, dum Iſraeli maledicere cupit, Divini vocabulo nuncupatur.* Sed hoc dixit Hieronymus ex eorum opinione, qui putant eundem eſſe Balaamum, & *Eliu*; * cum conſtet Eliu fuiſſe Prophetam, & pium,

* Hieronymi verba ſunt Tradit. Hebr. ad Gen. 22. *Secundo*

natus

um, etſi nimis iracundum, & gloriolæ cujusdam, & confidentiæ notatum. Hoc certum eſt, Balaamum damnari tamquam Cultorem Idolorum, Ariolum & qui mercede conduci ſoleret, ut benediceret, aut malediceret cuilibet; cujus nefarium conſilium habes Num. XXXI. v. 16. avaritiam in Epiſtola Iudæ, falſam doctrinam * 2. Pet. II. v. 15. & Apocalypſis II. v. 14. an. verò poſteà ad meliorem frugem redierit, dubium. Quidam affirmant ex illis verbis Num. XXIV. v. 3. *Dixit homo, cujus obturatus eſt oculus, qui cadit, & ſic aperiuntur oculi ejus.* Cui ſententiæ favent Auguſtinus lib. II. quæſt. ad Simpl. Theodoretus ad quæſt. ſuper Numeros. Alii, quod videant eum ſemper in ſacris Literis male audire, & conſilium nefarium dediſſe etiam poſt hæc verba, nunquam ſui diſſimilem fuiſſe conjiciunt. Verùm ut ad Hebræos redeam, Ialkut ſect. *Scemoth* ait, quosdam ex Traditione Veterum referre, *Laban* eſſe Balaamum, id, quod omninò falſum puto. Cur enim filius Beor diceretur? Siphri ait, eum ſolitum loqui cum Deo, ſic tamen ut priùs humi caderet; Tana R. Eliæ ait eum fuiſſe ultimum Prophetam Gentium. Tanchuma ait eum priùs fuiſſe Ὀνειροκρίτην *Somniorum conjectorem*, deinde Ariolum, poſtremò Pro-

natus eſt (Nachori Abrahami fratri) *à Melcha Bue, & ex hujus genere eſt Balaam ille divinus ut Hebræi tradunt, qui in libro Job vocatur Elin.*

* Ὁδὸς τ Βαλααὰμ ibi eſt impietas, uti *filios Bileam* Iudæi ſolent ponere pro impiis eosque opponere filiis Abraami. Vide Pirke Aboth in Tom. IV. Mishnæ Surenhuſianæ p. 480.

Prophetam. In Sanhedrim capite Chelek dicitur fuisse luscus, & septem altaria erexisse nominibus septem Iustorum dicata: Adami, Noé, Sem, Abraham, Isaac, Iacob, Moysis. Siphri audet Balaam comparare Moysi, hoc sensu: sicut inter Hebræos nullus Propheta extitit Moysi par, ita inter Gentes nullum similem extitisse Balaamo, quod falsum esse vel Iob ostendit.

Beor Pater Balaami, Propheta creditur apud Hebræos, ex ea persvasione, qvod qvoties nomini Prophetæ alicujus additur nomen Patris, putent eum qvoqve fuisse Prophetam, ut Amoz Patrem Isaiæ, & Beeri Patrem Oseæ. Verùm hos septem * Prophetas Gentium Hebræi negant pari jure cum Prophetis Israelis esse. Vajikra Rabba: *Quid interest inter Prophetas Israëlis, & Prophetas Gentium? R. Chama Bar Chanina dixit: Deus R. non loquitur Prophetis Gentium, nisi sermone dimidiato: in hujus rei signum dicitur* ויקר *& vocavit Deus Balaam (vox* ויקר *est imperfecta, deest enim* א, *quid est* ויקר *nisi lingua polluta?) Sed cum Prophetis Israelis loquitur Deus sermone integro, linguâ sanctâ, linguâ Angelorum Ministerii, qui eum laudant, sicut dicitur* ויקרא *& clamabat alter ad alterum. R. Ioseph Bar Bisa dixit: Deus B. non loquitur cum Prophetis Gentium, nisi tempore, quo Filii hominum non solent discernere rem à re, sicut dictum est, per somnium in visione nocturna; vel certè à longè, sicut dictum est, de Terra longinqua veniunt ad me, sed cum Prophetis Israelis loquitur † statim. Magistri nostri rem hanc similem esse dixerunt Regi, qui Uxorem, & pelli-*

* Hi sunt Iob, Eliphaz, Baldad, Sophar, Eliu, Balaam & Beor, de quibus Sgambatus p. 250. seq.

† Aperte & de propinquo.

pellicem habeat: Uxorem enim palàm habet, pellicem clàm.

CLI, JANNES & MAMBRES, Mosis præceptores & deinde adversarii. Liber eis tributus.

TEdac Levi libro de decem numerationibus, Balaami filios *Aves* & *Samres* vocat, corrupte ut existimo pro Ianes & Mamres. Gilb. Gaulminus notis ad libr. de morte Moysis p. 211.

Greg. Abulpharajius in Historia Dynastiarum p. 17.

Cum natus esset Moses, Parentes ejus ipsum in arca pice oblitâ positum in Nilum injecerunt præ metu Pharaonis Amunphathis * qui natos Hebræorum strangulavit. Ipsum autem inventum filia Pharaonis istius ** filium sibi adoptavit, tradiditque *Ianni* & *Jambri* sapientibus, qvi instituerunt eum in sapientia. Historiæ vero qua proditur eum ab iis didicisse, nulla fit in Lege mentio, at ejus meminit Apostolus Paulus ex Aristamuniso † desumens.

Orie-

* Hic est qui *Amenophis*, Manethoni, Chæremonique, licet illud ψευδὲς ὄνομα & ἐμβόλιμον βασιλέα esse clamat Josephus.

** *Thermutis* hæc Josepho dicitur.

† Alibi hunc *Aristamenem* vocat Abulpharaji interpres. Sed forte latet vocabulum quo significatur, ex traditione Paulum hæc hausisse.

Origenes tract. XXVI. in Matthæi XXIII. 34. 35. ubi de occiſo Zacharia, Barachiæ filio.

Videndum, ne forte oporteat ex libris ſecretioribus, qui apud Judæos feruntur, oſtendere verbum Chriſti, & non ſolum Chriſti ſed etiam diſcipulorum ejus, Stephani quoque Martyris (Act. VII. 51. 52.) & Pauli Apoſtoli (1. Theſſ. II. 15. & Hebr. XI. 37.) Fertur ergo in Scripturis non manifeſtis, ſerratum eſſe Eſaiam & Zachariam occiſum & Ezechielem. Arbitror autem circuiſſe in melotis, in pellibus caprinis Heliam, qui in ſolitudine & in montibus vagabatur. Sed pone aliquem abdicare Epiſtolam ad Hebræos, quaſi non Pauli, nec non & ſecretum abjicere Eſaiæ: ſed quid faciat in ſermones Stephani, vel Pauli ad Theſſalonicenſes de Prophetis interfectis prolatos, vel ipſius Domini noſtri. Aut quomodo abdicet illud (2. Tim. III. 8.) Nec enim ſcimus in libris Canonizatis hiſtoriam de Janne & Mambre reſiſtentibus Moyſi. Si autem adſpiciant & quod (1. Cor. II. 9.) *poſitum eſt*, quæ oculus non vidit, nec auris audivit, *numquid poterit hæc omnia aliquis abdicare? Hæc omnia diximus diſcutientes ſermonem, non ignorantes quoniam multa ſecretorum facta ſunt à quibusdam impiis & iniquitatem in excelſum loquentibus, & ſtruntur quibusdam fictis* Hypythiani, *aliis autem qui ſunt* Baſilidis. *Oportet ergo caute conſiderare, ut nec omnia ſecreta quæ feruntur in nomine Sanctorum, ſuſcipiamus, propter Judæos, qui forte ad deſtructionem veritatis Scripturarum noſtrarum quædam finxerunt, confirmantes dogmata falſa: nec omnia abjiciamus quæ pertinent ad demonſtrationem Scripturarum noſtrarum. Magni ergo viri eſt audire & adimplere quod dictum eſt*, omnia probate & quod bonum eſt tenete. (1. Theſſ. V, 21.)

Idem

Idem in Matthæum tractatu XXXV. ad verba: tunc impletum eſt quod dictum fuerat per Prophetam Jeremiam:

Inter ea quæ ſcripta ſunt, non invenitur hoc Hieremias alicubi prophetaſſe in libris ſuis, qui vel in Eccleſiis leguntur, vel apud Iudæos referuntur: ſi quis autem poteſt ſcire, oſtendat ubi ſit ſcriptum: ſuſpicor aut errorem eſſe ſcripturæ, & pro Zacharia poſitum Hieremiam, aut eſſe aliquam ſecretam Hieremiæ ſcripturam in qua ſcribitur. Talis eſt autem textus apud Zachariam * Prophetam. *Et dicam ad eos: Si bonum eſt in conſpectu veſtro, date mercedem meam, aut abnegate: & ſtatuerunt mercedem meam triginta argenteos. Et dixit Dominus ad me: Depone eos in fornacem, & vide ſi probum eſt, ſicut probatus ſum pro eis. Et accepit triginta argenteos, & miſit eos in domum Domini in fornacem.* Si autem hæc dicens aliquis exiſtimat ſe offendere, videat ne alicubi in ſecretis Hieremiæ hoc prophetatur, ſciens quoniam & Apoſtolus ſcripturas quasdam ſecretorum profert, ſicut dicit alicubi, ** *Quod oculus non vidit, nec auris audivit:* in nullo enim regulari libro hoc poſitum invenitur, niſi in ſecretis Heliæ prophetæ. Item quod ait, *Sicut Iamnes & Mambres reſtiterunt Moyſi*, non invenitur in publicis ſcripturis, ſed in libro ſecreto; qui ſuprascribitur, Iamnes & Mambres liber. Unde auſi ſunt quidam epiſtolam ad Timotheum repellere, quaſi habentem in ſe textum alicujus ſecreti, ſed non potuerunt. Primam autem

* *Zach.* II. 13.

** 1. *Cor.* 2. 9.

autem epiſtolam ad Corinthios, propter hoc aliquem refutaſſe quaſi adulterinam, ad aures meas nunquam pervenit.

Samuel Bochartus in Hierozoico lib. 2. c. 53. T 1. p. 644. ſeq.

Et *Iannes*, & * *Iambres*, qui *Moſi* obſiſtere auſi ſunt, tam ex *Paulo* noti ſunt 2. *Tim.* 3. v. 8. quàm ex *Iudæorum*, *Græcorum*. *Romanorum* que monimentis. Sic *Exod.* 7. v. 11. verba *Moſis*; *etiam* Ægypti *Magi ſimiliter fecerunt per incantationes ſuas*, *Ionathan* ſic παραφράζει, ועברו לחוד הנון ויניס וימברית חרשין דמצרים בלחשי קוסמון הי׳כדין *Etiam ſimiliter fecerunt* Ianes & Iambres, Ægyptii *Magi, per muſſitationes incantationum ſuarum.* Et *Talmud Babylonicum* Tractatu *Menachoth* † capite nono in *Gema-*

749

* *Mambres* legunt Latinus interpres & Evangel. pſeudo Nicodemi c. 5. Pſeudo Abdias VI. 15. auctor Conflictus Arnobii cum Serapione, & Commentarius in Epiſtolas Pauli ſub Ambroſii nomine: *Exemplum hoc de Apocryphis eſt Jannes enim & Mambres fratres erant Magi, vel beneſici Ægyptiorum.* Ita & Codices Conſtitutt. Apoſt. VIII. 1. Antiochus Homil. Cyprianus, Optatus, Luciſer Calaritanus & alii Latini, notante Millio. Sed Numenius apud Origenem & apud Euſeb. in omnibus tribus Græca & Græco latinis editionibus Ἰαμβρῆς, non Μαμβρῆς ut Grotius ad 2. Timoth. III. 8. & ad lib. 1. de Veritate Relig. Chriſtianæi. Talmudici loco allato, Midraſch ad Exod. XV. 10. & vita Moyſis à Gaulmino edita, ממרא Apud Leonem Grammaticum in Theophilo p. 453. Ἰαμαρῆς & apud Glycam Ζαμβρῆς pro Ἰαμβρῆς, calami errore. Coteler. III. monument. p. 588. & ad Conſt. Apoſt. p. 388.

† De oblationibus.

אמר ליה יוחני וממרא למשה תבן את מבנוס לעפרוים ואמר להון אמרי אנשי למתא דורקא ורקא שקול Mosi *dixerunt* Janes & Jambres, *Semmen tu infers in* Aphraim (*Ægypti* urbem, ubi multum ſtraminis) *Et reſpondit* Moſes, *Vulgo dicere homines*, *In urbem oleris olera deferto. Numenius* apud *Euſebium*, *Præpar. Evang.* lib. 9. pag. 241. Ἰαννῆς καὶ Ἰαμβρῆς Αἰγύπτιοι ἱερογραμματεῖς † ἄνδρες ἄδενὸς ἄλλως μαγεῦσαι κριθέντες εἶναι, ἐπὶ Ἰουδαίων ἐξελαυνομένων ἐξ Αἰγύπτου· Μωσαίῳ γὰρ τῷ Ἰουδαίων ἐξηγησαμένῳ ἀνδρὶ γενομένῳ Θεῷ εὐξάσθαι δυνατωτάτῳ, οἱ ἀξιωθέντες ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν Αἰγυπτίων, ὅτοι ἦσαν, τῶν τε συμφορῶν, ἃς ὁ Μωσαῖος ἐπῆγε τῇ Αἰγύπτῳ, τὰς νεανικωτάτας αὐτῶν ἐπιλύεσθαι ὤφθησαν δυνατοί. Janes & Jambres *ſacri ſcribæ* Ægyptii, *viri Magicis artibus excellere judicati: tum cum* Judæi *ex* Ægypto *expulſi ſunt.* Muſæo (Moſi) *igitur* Judæorum *duci, viro, qui precibus apud Deum multum poterat, bi opponi digni habiti ſunt ab* Ægyptiorum *populo. Et calamitatum, quas* Muſæus Ægypto *intulit, potiſſimas ſolvere poſſe viſi ſunt. Plinius* lib. 30. cap. 1. *Eſt & alia Magices factio a* Moſe, *&* Jamne, *&* Jochabele, Judæis *pendens.* In his erratum multiplex. 1. Quod *Moſem* Prophetam ſanctiſſimum in Magorum cenſu numerat. 2. Quod *Jamnem*, vel *Jannem*, *Moſis* in *Ægypto* antagoniſtam, pro *Judæo* habet. 3. Quod *Jochabelem*, ſeu *Jachabedem* verius, matrem *Moſis Exod.* 6. v. 20. & *Num.* 26. v. 59. inter Magos recenſet; quia in aliquo *Graculo* legerat Magorum factionem aliquam

† Artapanus apud eundem Euſebium IX. 27. præparat. p. 435. ἱερεῖς τῦς ὑμᾶς Μεμφῖν appellat.

cœpisse ἀπὸ τ Μωυσέως τ Ἰωχαβηλ@- , καὶ τ Ἰαννᾶ, quod reddi debuerat a *Mose*, *Iochabelis* filio, & *Janne*: non a *Mose*, *Jochabele*, & *Janne*, quomodo putavit *Plinius*. Sunt, qui pro *Jochabele* scribunt *Jotape*, nullo sensu. *Apulejus Apologia* secunda: *Ego ille sim* Carinondas, *vel* Damigeron, *vel* Hismoles, *vel* Joannes (lege *vel is* Moses, vel Jannes) *vel* Apollonius, *vel ipse* Dardanus, *vel quicunque alius post* Zoroastrem & Hosthanem *inter Magos celebratus est*. Ubi rursus *Moses* cum *Janne* inter Magos recensetur eodem errore, quo prius. In *Palladii Lausiacis* capite vigesimo narratur *Macarius* in vasta solitudine *Iannis* & *Iambris* fratrum, qui propter Magicæ artis peritiam apud *Pharaonem* primo loco erant, κηποτάφιον, id est, *sepulchrum* in horto visitasse. Verba sunt, Ἐπεθύμησέν ποτε εἰς τὸ κηποτάφιον * εἰσελθεῖν τ Ἰαννᾶ, καὶ Ἰαμβρᾶ, τῶν μαγῶν τῶν ἐπὶ τ Φαραὼ, χάριν ἱστορίας, ἢ καὶ συμπυχίας τῶν ἐκεῖσε δαιμόνων. Ἐλέγετο γὰρ παμπόλλους, καὶ χαλεπὰς ἀποκεκληρῶσθαι παρ' αὐτῶν ἐκείνων τῷ τόπῳ ἐκείνῳ δαίμονας δι' ὑπεροβολὴν τ ἀτίμου τέχνης αὐτῶν. Τοῦτο γὰρ τὸ κηποτάφιον γέγονεν παρ' αὐτᾶ τ Ἰαννᾶ καὶ Ἰαμβρᾶ τῶν ἀδελφῶν δι' ὑπερβολὴν τ μαγικῆς τέχνης τὰ πρῶτα ἐχόντων κατ' ἐκεῖνο καιρὸν παρὰ τῷ Φαραώ. *Optavit aliquando in sepulchrum ingredi, quod in horto habebant* Jannes & Jambres *sub* Pharaone *Magi, ut videret, & occurreret daemonibus, qui illic sunt. Dicebantur enim infamis illorum artis vi locum illum esse sortiti multi & molesti daemones. Factumque fuerat hoc hortense sepulchrum ab illis ipsis fratribus* Janne & Jambre, *qui propter Magica artis praestan-*

tiam

* Κενοτάφιον legit Hammondus, infra p. 820.

etiam tum temporis apud Pharaonem *primas tenebant.*

Henricus Hammondus ad 2. Timoth. III.

Ἰαννῆς καὶ Ἰαμβρῆς) Hæc nomina non leguntur in hiſtoria Veteris Teſtamenti, ſed petita ſunt ex aliis Judæorum monumentis; ſuntque ſine dubio nomina præcipuorum Magorum, qui miracula ediderunt coram Pharaone, Exod. VII. Alia ejusmodi, quæ non occurrunt in Veteri Teſtamento, memorantur tamen in Novo. Exempli cauſa, Moſes dicitur *educatus in ſapientia Ægyptiorum*, Actor. VII. 22. & *quadraginta annos natus*, cum fratres inviſit, verſ. 23 quæ non habentur Exod. II. ſed in *Midraſch Bereſchith Rabba.* Quod ſciret aut revelatione accepiſſet a Deo ſe fore *liberatorem populi ſui*, quo videtur reſpici Actor. VII. 25. id nequaquam legitur in Veteri Teſtamento. Sic in Talmudis Babylonici Tr. *Menachoth*, Cap. IX. oſtenditur qua ratione *Jochanne* & *Mamre*, adverſati ſint Moſi, contra quem proverbio uſi ſint: *affers tu ſtramen in Aſraim?* hoc eſt, an aggrederis miracula facere in Ægypto, quæ plena eſt Magis? In Chaldaica paraphraſi *Jonathanis* Exod. VII. 11. vocantur *Janes* & *Jambres*, & Exod. I. 15. dicuntur principes Magorum. In Talmude, vocantur *Jochanne* & *Mamre*; in vita Moſis, *Jane*, & *Mamre*; in *Zohar* ad Num. XXII. 22. *Jones* & *Jambres*; in *Schalſchelech*, *Joannes* & *Ambroſius*; & in *Tanchuma*, *Jonos* & *Jombros.* Quid dicant de hiſce Rabbini vide apud *Joan. Buxtorfium* in Lex. Thalm. col. 945. Inter Ethnicos, *Plinius* Hiſt. Nat. Lib. XXXI. 1. loquitur

de *Moſe*, *Janne* & *Cabala*, aut *Jotape*, ut habent alii Codices, quaſi de Judæis qui Magicis artibus uſi ſunt. *Origenes* contra Celſum Lib. IV. p. 205. ex Celſo citat τὴν περὶ Μωϋσέως, καὶ Ἰαννῆ καὶ Ἰαμβρῆ ἱστορίαν, *hiſtoriam de Moſe, Janne & Jambre*. *Palladius*, in vita Macarii, memorat κηποσάφιον τῦ Ἰαννῆ, καὶ τῦ Ἰαμβρῆ τῶν Μάγων ἐπὶ τῦ Φαραὼ: *monumentum in horto Jannis & Jambris Magorum, qui Pharaonis tempore vixerant*. Verum hoc eſſe non potuit verum ſepulcrum, ſi falſum non eſt quod legitur in vetere *Midraſch*, ad Exod. XV. 10. Johannem & Mamrem ſubmerſos fuiſſe in mari rubro. Cum eo conſentit Arabica Catena MS. in Pentateuchum, hiſce verbis: *hæc ſunt nomina Magorum, qui ſteterè contra Moſem*, Dejannes, Jambaras, & Sarudas. *Deus vero eos perdidit in mari rubro, cum Pharaone & ejus exercitu*. Itaque credibile eſt pro κηποσάφιον, apud *Palladium*, legi oportere κενοσάφιον, *vacuum monumentum*, absque eorum cadaveribus, in memoriam eorum peccati, non ad ſervandas eorum reliquias. Eosdem reſpicere videtur *Apulejus* in Apolog. II. ubi inter principum Magorum nomina, recenſet *Ioannem*.

Jo. Buxtorfius in Lexico Talmudico p. 945.

יוחנא וממרא *Jochanna & Mamre. Duorum principum magorum nomina, qui tempore Moſis floruerunt in Ægypto, & ei reſtiterunt, cum divina ſigna edidit coram Rege Pharaone, imitando nimirum Magicis ſuis impoſturis ea, quæ Moſes divina virtute peragebat*. Horum duorum cum Apoſtolus Paulus mentionem faciat

faciat 2. ad Timoth. 3. 8. Ὃν τρόπον δὲ Ἰαννῆς καὶ Ἰαμβρῆς ἀντέστησαν Μωυσεῖ &c, nec uſpiam alibi in tota Sacra Scriptura commemorentur; operæ pretium erit ex antiquis Hebræorum monumentis pleniorem illorum deſcriptionem indagare & cognoſcere. Videbimus autem primo Nomina, deinde Perſonas, conditionem, & facta illorum. *Nomina* illorum diverſimode ſcribuntur, יוֹחָנָא vel יוֹחָנֵי, יוֹחֲנֵי: Apud Targumiſtas יַנַּיס vel יַנֵּיס. Apud Rabbinos vulgares יונים יוחני יונוס. Omnia hæc corrupta ſunt ex primitiva formâ. יוחנן, quæ in authore Aruch exprimitur, & valet Ἰωάννης, Johannes. Unde contracte Græcum Ἰαννῆς. In vulgata Latina *Jannes*. Id corruptum eſt pro *Iannes*. Alterum ממרא, ממרי. Hæc ſcriptio eſt Talmudicis uſitata. Apud Targumiſtas ומברוס. In Tzohar יומברוס. Græce Ἰαμβρῆς. Hæ poſtremæ ſcriptiones ortæ ſunt ex prima ממרא, primo מ mutato in ו, inſerta litera B, ut in Μάμβρη; Geneſ. 13. 18. & 14. 13. &c. Νέμβρωδ, Geneſ. 10. 8. &c. addita denique terminatione *Es* ex uſu Græcorum. In Schalscheleth hakkabala fol. 13. col. 2. ſcribitur, hæc duo nomina eſſe in lingua vernacula ויאני ואמברוסיאו *Iohannes & Ambroſius*. Id non usque adeo abſurdum videri debet; quia conſtat, veterem linguam Ægyptiacam magnam convenientiam habuiſſe cum lingua Græca. *Perſonas* autem illorum quod attinet, ſcribunt Hebræi, eos fuiſſe *duos filios Bileami*. Originem ducit hæc explicatio & conjectura ex Num. 22. 22. ubi dicitur, והוא רכב על אתנו ושני בעריו עמו *Et ipſe inſidebat aſino ſuo, & duo pueri ejus*

erant cum eo. Hinc expreſſe eos hoc loco nominat Jonathan, inquiens, *Et ipſe inſidebat aſino ſuo, & duo pueri ejus Jannes & Jambres cum eo.* Hos duos *pueros* ſcil. pro duobus *filiis* acceperunt. In Zohar Numerorum fol. 90. col. 2. *Poſtquam vidiſſet Bileam Pinchaſum, volavit, (ſcil. Bileam) per aerem, & duo filii ejus cum ipſo, Jonos & Jombros.* Et mox; *Et ceciderunt e populo die illa in* 3000. *virorum*; אילין בנוי דבלעם יונס ויומברוס *Hi ſunt filii Bileami Jonos & Jombres, qui equivalebant tribus millibus.* Sic in Commentariolo quodam Legali Jonathanis ad Exod. 1. & 7. ſcribitur, fuiſſe שני בנוי של בלעם. Hinc natum, quod Ambroſius ſcribit, *Jannes & Jambres fratres erant Magi, &c.* Et Gloſſa ordinaria Latina interlinearis hoc loco ſcribit, *fuiſſe duos fratres.* Nam ſi duo filii Bileami fuerunt; ergo & fratres. *Statum* illorum deſcribunt Hebræi, dum eos vocans ראשי הרטומים, vel Chaldaice רישי חרשיא Capita, principes, Primarios præſtigiatorum, ראשי מכשפים Capita incantatorum. *Facta* denique illorum quod attinet, eorum diverſa recenſent Hebræi. *Primum* & præcipuum eſt, quod Moſi divina ſigna coram Pharaone edenti, verbis & factis reſtiterint, arguentes Moſen fruſtra artes magicas in Ægyptum introducere, quæ ipſa Magica ſit celeberrima, omniaque ejus miracula artibus ſuis imitantes. Hinc eſt quod in Talmud libro מנחות fol. 85. 1. ſcribitur: *Dicunt ipſi (Moſi ſcil.) Jochana & Mamre, Fumum tu importas in Aphrajim! Reſpondit ipſis Moſes: Vulgo dicunt homines; In urbem olerum olera defero.* Author Aruch locum hunc Talmudicum producens,

ſic eum enarrat: *Quando venit Moſes in Ægyptum cum ſignis quæ dederat ei Deus, dixerunt ipſi Iochane & Mambre, capita Præſtigiatorum Pharaonis Regis: Hoc eſt artificium noſtrum, nos poſſumus ea præſtare præſtigiis noſtris. Tu autem ſimilis es ei qui infert ſtramen in Aphrajim urbem frugum, unde etiam in alia plurima loca divenditur. Quomodo ergo poteſt aliquis ad eam urbem ſtramen aut fœnum aſportare? Reſpondet ipſis Moſes: dicunt vulgo homines; In urbem oleris olera inferto. Hæc ibi.* Proverbium hoc vulgare R. Salomon in Gloſſa Talmudica ſic declarat: *In urbem in qua creſcit oleris multum, inferto etiam olus tuum, ut vendas. Congregantur enim eo ubi cópia eſt, multi homines ad emendum.* Hæc ille. Sic cuneum cuneo ſimili truſit Moſes. Idem hoc legitur in Medraſch Schemoth rabba ſect. 9. Huc pertinet quod in Targum Jonathanis, Exod. 7. v. 11. legitur: *Et vocavit etiam Pharao ſapientes & præſtigiatores, & fecerunt etiam ipſi, nempe Iannes & Iambres magi in Ægypto, incantamentis præſtigiarum ſuarum ſic &c.* In Medraſch Tanchuma ſect. תשא כי legitur: *Et duo præſtigiatores Ægypti erant cum eis, quorum nomina ſunt Jonos & Iombros, qui fecerunt coram Pharaone omnes iſtas magias, ſicut ſcriptum eſt: Et fecerunt etiam ipſi præſtigiatores Ægypti præſtigiis ſuis ſic*, Exod. 7. 12. Atque hoc illud ipſum eſt cujus meminit Apoſtolus, dum ait; quod *Iannes & Iambres reſtiterint Moſi.* Nam Paulum ex Traditione Majorum iſta ſciviſſe, dubitari non poteſt, cum inter doctos, ad magni & celeberrimi Doctoris Gamalielis pedes fuerit inſtitutus, & traditiones Majorum ab eo edoctus. Fuiſſe autem iſtam hiſtoriam in Judæorum ſcholis notiſſimam:

productæ authoritates ex Talmudicis & aliis Hebræorum ſcriptis, docent. Nec vero propter iſtorum magorum nomina, ſpirituali revelatione opus habuiſſe videtur Paulus. *Sed præter hanc contra Moſen rebellionem, alia quoque eorundem facta recenſent Hebræi.* Targumiſta Jonathan in Legem, Exod. 1. cauſam & occaſionem referens, quare Pharao infantes Hebræorum maſculos occidi voluerit, inquit: *Pharao dormiens vidit in ſomno totam terram Ægypti in lance bilancis una poſitam, & agnum in lance altera, qui depreſſit lanceam ſuam. Evigilans Pharao confeſtim advocavit ſapientes Ægypti, quibus ſomnium ſuum enarravit*: מן יד פתחון פומהון ויניס וימברס ורשו חרשוא *Protinus aperuerunt os ſuum Jannes & Jambres capita præſtigiatorum, & dixerunt Pharaoni,* בור חד עתיד למהוי מתוליד *Filius quidam naſciturus eſt in congregatione Iſraelitarum, per quem vaſtabitur tota terra Ægypti. Idcirco capto conſilio præcepit Pharao rex Ægypti obſtetricibus Judaicis, &c.* In libro Zohar, loco ſupra adducto, adſcribitur ipſis quoque fabricatio vituli: *Et duo filii ejus Jonos & Jombros cum eo. Quod ſi dicas; Annon mortui ſunt in fabricatione vituli: nam illi fecerunt illud, &c.* In antiquiſſimo Medraſch Conſtantinopoli impreſſo, quod vocatur מדרש ויושע (ex Exod. 14. 30. ויושע Et ſervavit Deus Iſraelem) quia Homiliam continet ſuper Hiſtoriam liberationis ex Ægypto, ad hæc verba Exod. 15. 10. *Flaviſti vento tuo, & operuit eos mare*, legitur: *Dixerunt Sapientes noſtri; Quando in mari ſubmerſi ſunt Ægyptii, fuerunt inter ipſos duo magi, quorum nomina Iochane & Iamre, qui dixerunt Pharaoni; Si per manum Dei fiat hoc, non prævalebimus ei:*

ſed

ſed ſi per manus Angelorum fiat, poterimus illos proſternere in mare. Fecerunt igitur miracula, & dejecerunt eos (Angelos) in mare. Tunc dixerunt Angeli; Servabis ô Deus, quia intraverunt aquæ usque ad animam, ex Pſal. 69. 2. Hactenus Buxtorfius.

Confer quæ de Janne & Mambre Hugo Menardus ad Epiſt. S. Barnabæ p. 22. T. 1. Patrum Apoſtol. Cotelerii: Lambecius prodromi Hiſt. literar. p. 154. Sgambatus Archiv. V Teſt. p. 249. & Jac. Godofredus ad Philoſtrogium IX. 2.

Meminit libri illius ſuppoſiti etiam Gelaſius in decreto de Apocryphis: *Liber qui appellatur Jamnæ & Mambræ Apocryphus.*

CLII. MOYSIS nomina, Sapientia, literæ ab eo inventæ. Alia quædam ex Apocryphis Judæorum libris.

Clemens Alexandrinus 1. Strom. p. 343.

Εἶτα τίθεται τῷ παιδίῳ ὄνομα ἡ βασιλὶς Μωυσῆν, ἐτύμως, ἀφ' ὃ τὸ ἐξ ὕδατος ἀνελέσθαι λέγει. Τὸ γὰρ ὕδωρ μῶυ ὀνομάζουσιν Αἰγύπτιοι· εἰς ὃ ἐκτέθειται τεθνηξόμενος· καὶ γάρ τοι Μωσῆν, τὸν ἀποπνευσάντα τῷ ὕδατι προσαγορεύουσι. δῆλον

DEinde puero imponit nomen Regina, Moſes, apta etymologia, eo quod eum ex aqua ſuſtuliſſet. Aquam enim Moy vocant Ægyptii, * in qua moriturus fuerat expoſitus. Moyſem enim vocant eum, † qui a-

* Joſeph. II. 9. Antiqv. Hinc Μωσηλὲ *Deus maris*, Tzetz. Chiliad. IX. verſ. 164.

† Male Hervetus: *eum qui ex aqua emerſus reſpiraverit.* Secutus Joſephum cui μῶ, aqua, μωυσῆς ὁ ἐξ ὕδατος σωθείς.

ἦν ὡς ἐν τῷ ἐμπροσθεν χρόνῳ περιτμηθέντι τῷ παιδίῳ οἱ γονεῖς ἄθέντο ὀνομά τι. ἐκαλεῖτο ᾗ Ιωαχείμ. ἔσχεν ᾗ καὶ τρίτον ὄνομα ἐν οὐρανῷ μετὰ τὴν ἀνάληψιν, ὡς φασιν οἱ μύσται, Μελχί. ἐν ᾗ ἡλικία γενόμενος, ἀριθμητικήν τε καὶ γεωμετρίαν ῥυθμητικήν τε καὶ ἁρμονικήν· ἔτι τε ἰατρικὴν ἅμα καὶ μυστικήν, παρὰ τοῖς Διοσπρέπουσιν, Αἰγυπτίων ἐδιδάσκετο· καὶ προσέτι τὴν διὰ συμβόλων φιλοσοφίαν, ἣν ἐν τοῖς ἱερογλυφικοῖς γράμμασιν ἐπιδείκνυσθαι· τὴν ᾗ ἄλλην ἐγκύκλιον παιδείαν, Ἕλληνες ἐδίδασκον ἐν Αἰ-

qua demersus** exspiraverit. Clarum est ergo, quod prius circumciso puero, parentes aliquod nomen imposuerunt. Vocabatur autem Joachim. Habuit autem tertium quoque nomen in cœlo, postquam assumptus est, ut dicunt Mystæ, nempe Melchi. Cum autem ætate esset grandior, † Arithmeticam & Geometriam, Rythmicam & Harmonicam & præterea Medicinam simul & Musicam doctus est ab iis, qui erant insignes inter Ægyptios, & præterea eam, quæ traditur per

γύπτῳ,

** Confer Scal. ad fragmenta Vetera p. 48. ad calcem operis de emendat. temporum, Drus quæst. per Epist. 13. & quæst. Ebr. II. 82. ubi & de aliis Moysis nominibus: Liberium de S. amore Epist. XI. p. 272. & Jo. Nicolai librum de Moyse Alpha dicto Lugd. Bat. 1703. 12. Sgambatum p. 214. seq.

† De Philosophia ac sapientia Moysis Theoph. Galeus in Philosophia generali p. 19. seq. Marsham. Canone Chron. p. 142. sq edit. Lipsi. Lambecius prodromo Hist. literar. p. 143. seq. Sgambatus in Archivis V. T. p. 214. seq. Bartoloccius Bibl. Rabbin. Tom. IV. &c. B. D. Augusti Pfeifferi Pansophia Mosaica; Cornel. Dieterici Koch de eloquentia & Poësi Moysis, atque Edmundus Dickinson c. 20. Physicæ veteris & vetæ ubi de Chemica & Astronomica Moysis peritia.

γύπλῳ, ὡς ἂν βασιλικὸν παιδίον, ἣν φησι φίλων ἐν τῷ Μωυσέως βίῳ. προσεμάνθανε δὲ τὰ Αἰγυπτίων γράμματα, καὶ τὴν τῶν ἀρρήτων ἐπιστήμην, παρά τε Χαλδαίων, παρά τε Αἰγυπτίων· ὅθεν ἐν ταῖς πράξεσι πᾶσαν σοφίαν Αἰγυπτίων πεπαιδεῦσθαι φέρεται. Εὐπόλεμος δὲ ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν τῇ Ιουδαίᾳ βασιλέων, τὸν Μωσῆ φησι πρῶτον σοφὸν γενέσθαι, καὶ γραμματικὴν πρῶτον τοῖς Ιουδαίοις παραδοῦναι· καὶ παρὰ Ιουδαίων Φοίνικας παραλαβεῖν· Ελληνας δὲ παρὰ Φοινίκων· εἰς δὲ τὴν αὐτῶν φύσιν ἄξας, ἐπέτεινε τὴν φρόνησιν, τὴν συγγενικὴν καὶ προγονικὴν ζηλώσας παιδείαν ἄχρι καὶ τοῦ Αἰγύπτιον τοῦ τῷ Ἑβραίῳ ἀδίκως ἐπιθέμενον παταξας,

ſymbola ſeu ſigna, philoſophiam, quam in literis oſtendunt Hieroglyphicis. Alium autem doctrinæ orbem, tanquam puerum regium, Græci eum docuere in Ægypto, ut dicit Philo in vita Moſis. Didicit autem literas Ægyptiorum, & rerum cœleſtium ſcientiam a Chaldæis & ab Ægyptiis. Unde in * Actis dicitur doctus fuiſſe in omni ſapientia Ægyptiorum. Eupolemus autem in libro de Judææ regibus, dicit Moſen primum fuiſſe ſapientem, & Grammaticam ** primum tradidiſſe Judæis, & Phœnices accepiſſe a Judæis, Græcos autem a Phœnicibus. Ad eorum autem deductus natu-

ἀπο-

* Actor. VII. 22. Philon. I. de vita Moyſis, adde juſtin. qu. 25. ad Orthodox. Origenem III. contra Celſum p. 139. Male Hervetus verba Clementis ἐν ταῖς πράξεσι reddit: *in ejus rebus geſtis.*

** De literis Hebraicis a Moyſe repertis vide Eugenii & Iſidori loca ſupra p. 343. Guil. Saldeni Otia Theolog. lib. I. de primo ſcriptore. Jo. Henrici Urſini de Moſis antiquitate &c.

ἀπεκτεινας. Φασὶ δὲ οἱ μύσας λόγῳ μόνῳ ἀνελεῖν τὸν Αἰγύπτιον, ὥσπερ ἀμίλλη ὕστερον Πέτρῳ, ἐν ταῖς Πράξεσι, Φέρεται γὰρ νοσφισαμένους τὰ τιμῆς τοῦ χωρίου καὶ ψευσαμένους, λόγῳ ἀποκτείνας. Ἀρταπανὸς γὲ δὴ ἐν τῷ περὶ Ἰουδαίων συγγράμματι, ἱστορεῖ καθακλειθέντα εἰς φυλακὴν Μωυσέα ὑπὸ Νεχεφρέως τοῦ Αἰγυπτίων βασιλέως, ἐπὶ τῷ πεῖσαι τὸν λαὸν ἐξ Αἰγύπτου ἀπολυθῆναι, νύκτωρ ἀνοιχθέντος τοῦ δεσμωτηρίου καθὰ βούλησιν τοῦ Θεοῦ, ἐξελθόντα καὶ εἰς τὰ βασίλεια παρελθόντα, ἐπιστῆναι κοιμωμένῳ τῷ βασιλεῖ, καὶ ἐξεγεῖραι αὐτόν· τὸν δὲ, καταπλαγέντα τῷ γεγονότι, κελεῦσαι τῷ Μωυσεῖ τὸ τοῦ πέμψαντος εἰπεῖν ὄνομα Θεοῦ· καὶ τὸν μὲν, προσκύψαντα πρὸς τὸ οὖς εἰπεῖν· ἀκούσαντα δὲ τὸν βασιλέα, ἄφωνον πεσεῖν, Δραχρατηθέντα δὲ ὑπὸ τοῦ Μωυσέως πάλιν ἀναβιῶναι.

ram, auxit prudentiam eam, quæ erat ſui generis & majorum ſuorum æmulatus doctrinam, adeo ut etiam Ægyptium, qui Hebræum injuſte invaſerat, percutiens interfecerit. Ajunt autem Myſtæ eum ſolo verbo * occidiſſe Ægyptium, ſicut certe poſtea Petrus in Actibus fertur eos, qui precium agri ſibi uſurpaverant, & mentiti erant, verbo interfeciſſe. Artapanus certe in opere de Judæis, refert Moſen in cuſtodia incluſum a Nechephre rege Ægyptiorum, eo quod peteret, ut populus liberaretur ex Ægypto: noctu aperto carcere Dei voluntate egreſſum, cum in regiam accesſiſſet, dormienti regi adſtitiſſe, & eum excitaſſe: eum autem, eo quod factum fuerat ſtupefactum

* Confer Gaulmin ad mortem Moyſis p. 207.

ctum præcepiſſe Moſi, ut diceret nomen ejus, qui miſerat, & illum quidem cum ad aurem ſe inclinaſſet, dixiſſe. Regem autem, cum audiiſſet, mutum cecidiſſe: cum eum autem Moſes tenuiſſet, rurſus revixiſſe.

His addenda quæ prolixe de Moyſe Artapanus apud Euſebium IX. 27. præparat. Evangel.

Georgius Syncellus in Chronologia p. 120, *ſeq.*

Τὸν δὲ Μωϋσέα τεχθέντα μετὰ τριμηνιαῖον χρόνον οἱ γονεῖς ἐν θήκῃ καλαφαλτωμένῃ κατεθέμενοι * Μάβραμ, καὶ Ιωχαὰμ ἔτι μήτης, πρὸς ταῖς ὄχθαις τοῦ ποταμοῦ, φόβῳ τοῦ προσάγματος τοῦ φαραὼ, μὴ ζωογονεῖσθαι πᾶν ἄρσεν Εβραίοις κελεύσαντος, ἔρριψαν. Ἔτο μὲν διὰ πολλὴν ἀστειότητα καὶ ὀχνότητος θανάτῳ τοιοῦτον καλῷ ἐξαφανίσαι· Ἔτο δέ ὅτι προκεχρηματίσθαι τὰ κατ' αὐτὸν τῷ πατρὶ θεοφιλεῖ ὄντι, καθώς τινες τῶν ἐκ περιτομῆς ἱστορήκασιν, ὅτι γε τοῦ Ισραὴλ καθηγήσεται, καὶ ὅτι τῶν Αἰγυπτίων τὴν δυναστείαν θείῳ στρατεύματι τρίψαιτο πολέμῳ. Ἔτον ἡ θυγάτηρ φαραὼ περι-

* Αμβραὰμ καὶ Ιοχαβὲδ.

Moyſen natum, elapſo trium menſium ſpatio, Amram & Jochabed quoque mater regii mandati metu, (Pharao ſiquidem nulli maſculo vitam ſervari præceperat) in ciſta bitumine illita ad ripas fluminis depoſitum projecerunt, eumque propter amandam oris venuſtatem & hilaritatem feſtinæ morti objicere ſunt veriti: niſi ſatius, quod nonnulli ex circumciſione referunt, ejus patri ceu viro religione præſtanti divino revelatum fuiſſe vaticinio, filium ducem Iſrael futurum, & Ægyptiaci regni robur cœleſtibus armis comminuturum

Ju-

τυχοῦσα καὶ τινα πρόνοιαν, καὶ τὸ κάλλος ἐκπλαγεῖσα ἔτι βρέφους ὄν τῷ ποτνίσαι σὺν ταῖς ἄμβραις ἔτι αὐτόθι λειμῶνος, πολλαῖς θηλείαις ἀλλοτρίαις προσαύξουσα, πάσας εὑρεν ἀποστρεφόμενον τροφῷ ἣ χρησαμένη τῇ ἰδίᾳ μητρὶ Ιωχαβὲτ, ὡς ἀλλοτρίᾳ, τῇ συμβουλῇ δ' ἀδελφῆς αὐτοῦ, ἣ καὶ παρεστῶσα σκοποῦσα ῥιφέντι τὸ ἐκβησόμενον, ὡς οἰκεῖον ἡ ἀλλοτρία τὸν παῖδα τροφέως κελεύεται, μισθὸς ὑποχομένη τῆς τιθείας, Μωυσέα τε ὀνομάζει μετὰ τὴν πρώτην ἡλικίαν ἀνδρωνθέντα, διότι, φησὶν, ἀπὸ ὕδατος αὐτὸν ἀνειλόμην, τὸν Μελχίαν ὑπὸ τῶν γονέων πρὶν κληθέντα· ἦν δὲ ἄρα διπλῆτις καὶ ἀξία τῶν ὑπ' αὐτῶν πραχθέντων ἡ τηλικαύτη προσηγορία. Μελχίας γὰρ βασιλεὺς ἑρμηνεύεται· Μωυσῆς δ' ἐκ τοῦ ὕδατος, τῇ ἱερᾷ παρ' Αἰγυπτίοις φωνῇ· ὁ δὲ αὐτὸς ὡς τῇ θυγατρὶ φα-

dixero. Hunc cum, secreto numine duce, filia Pharaonis cum puellis fluminis oras navigio lustrans forte collegisset, gratam pueri formam mirata, plurium alieno sanguine ortarum commissum ulnis, cunctas aversari conspexit: propria vero pueri matre Jochabed nomine, velut aliena nutrice, sororis ejus quod eventurum projecto puero foret contemplaturæ consilio usa, ipsa puero aliena velut sibi proprium propriæ matri mercedem alimentorum pollicita commendant, exactaque infantiæ ætate puerascentem vocat Moysen: eo quod, ait, ex aquis eum eripuerim; cum prius a parentibus Melchiæ nomen accepisset. Gemino itaque nomine fuit insignitus, & rerum ab eo gestarum commendatio ge-

ραω

ραὼ Θερμυτίδι, τῇ καὶ Φαρίᾳ, βασιλίδι ὄσῃ εἰσποιηθεὶς, καὶ πᾶσαν Αἰγυπτίων αὐτηθεὶς παίδευσιν, ὡς βασιλίδος υἱὸς, δικαίως ἂν κληθείη καὶ κόσμου βασιλεὺς ἐξ ὕδατος· ἵνα τὰ μεγάλα ταῦτα καὶ τὴν ἐρυθρὰν ἐπ' αὐτῷ πραχθέντα σωθῇ τὴν ἐξ λαοῦ δι' αὐτῆς πορείαν, καὶ τὸν ὄλεθρον τῶν Αἰγυπτίων ἐν αὐτῇ τις ἐάσας, τὴν ἐν τοῖς βασιλείοις ἀγωγὴν αὐτῷ καταμάθοι, καὶ ἔτι τὴν καθ' ὧν Αἰθιόπων στρατηγικὴν εὐδοκίμησιν, ἔνθα φασὶ πολιορκηθῆναι τῶν Αἰθιόπων Σαβᾶ καλουμένην πόλιν πρὸ αὐτοῦ, καὶ προδοθῆναι τελείως ὑπὸ Θαρβῆς θυγατρὸς τὴν τηνικαῦτα βασιλέως Αἰθιόπων, ἅλωσις τῆς χώρης τῷ Μωυσέως ἔρωτι. Τοσαύτην δ' αὐτῷ μαρτυροῦσιν, αἵ τε θεῖαι γραφαὶ, αἵ τε λοιπαὶ ἱστορίαι, καὶ πρὸ τῆς θεοπτίας ὡραιότητα, ὡς πάντας ὁρῶντας αὐτὸν ἐπιλανθάνεσθαι καὶ κα-

minæ titulus extitit appellationis. Melchias enim, rex: Moyſes, ſacra Ægyptiorum lingua, ex aquis ereptus, exponitur. Idem autem a Thermutide Pharaonis filia, quæ & Pharia, regina adoptatus, litteris Ægyptiorum apprime, velut reginæ filius eruditus, regnantis ex aquis nomine merito ſuſpiciendus vocatus eſt: eo maxime, ut ſilentio præteritis, quæ circa mare rubrum populo educendo, mittendisque in perniciem Ægyptiis, geſta ſunt, mirandis facinoribus, ejusdem in regia educationem virtutemque bellicam adverſus Æthiopas probatam quilibet percipiat obſeſſam: Sane ab eo civitatem Æthiopum Saba nomine, & a Tharbe regis Æthiopum filia Moyſis amore capta proditam ex integro ferunt. Tanta-

ταλιμπάνειν τὸ ἐν χερσὶ πεδαζόμενον. ταύτηποι καὶ ἡ θυγάτηρ φαραὼ θερμεθις αὐτὸν ὑοθετήσασα, καὶ θαρβὶ θυγάτηρ φαραὼ Αἰθιόπων βασιλέως, ἐκπλαγεῖσα τὸ καλλος αὐτῆ, τὴν εἰρημένην Σαβᾶ μητρόπολιν, ὡς Ιώσηππος, πρεύθωκεν, ἣν χρόνοις ὕστερον Καμβύσης ἑλὼν ὁ Κῦρος Μερόην εἰς ὄνομα καλεῖ ἀπ' ἀδελφῆς ἐκέλευσεν. Φασὶ δ' ὅτι ποτὲ ξτον ἡ θεῖα μητὴρ Φαρία προσαύξουσα τῷ φαραὼ τὸν ἐπὶ τ κεφαλῆς αὐτῆ σεφανον βασιλικὸν ἀφελὼν ἐπέθηκε τῷ Μωυσῆ ῥιπίζοντι. ξτὸν δ' ῥίψαντα καταπαλῆσαι αὐτὸν λόγος. τὰ μὲν τοι τῶν Ἑβραίων ἄῤῥητα, φησὶν Ἰώσηππος, ἀναιρεῖσθαι προσέταξεν φαραὼ, δεινὸν τινὸς Ἑβραίων ἱερογραμματέως πρόῤῥησιν αἰσθόμενος· ὅτι γενώμενον παιδίον τὴν

tum enim ei corporis orisque decus insitum, etiam ante familiare illud habitum cum Deo colloquium, ut ejus spectatores extra se rapti, quod charum sibi præ manibus foret, deserent, tum divinæ Scripturæ, tum aliæ testantur historiæ. Eaque de causa Thermuthis Pharaonis filia sibi voluit adoptatum, ejusque specie victa regis Æthiopum filia Tharbe præfatam Sabam regni caput, ut Josephus* ait, prodere non metuit, quam Chambyses Cyrus deinceps subjectam, Meroem, de sororis nomine, dicendam mandavit. Phariam autem matrem illam adoptione comparatam, eum quandoque ad Pharaonis conspectum adduxisse, detractamque patri regiam coronam **

Αἰγυπ-

* Josephus.

** Aliter in vita Moysis à Gaulmino edita p. 10. & in Elle Semoth Rabba sect. 11.

Αἰγυπτίων ἀρχὴν καταλυσει. ludibundi Moysis capiti joco imposuisse: quam illum in terram dejectam pedibus calcasse narrant: ac eapropter Judæorum masculos necari Pharaonem jussisse tradit † Josephus, quod eruditi cujusdam Hebræorum sacri doctoris vaticinium, quo a puero jam nato Ægyptiorum imperium devastandum prædiceretur, audivisset.

De Moysis nominibus videndus præter supra laudatos Andreas Mullerus Greifenhagius in Onomastico sacro p. 25. seq.

CLIII. Moyses Musæus, * Bacchus, Hermes &c.

MUltus inprimis est illustris dignitate ac doctrina Vir Petrus Daniel Huetius, in Demonstratione Evangelica ut in Ethnicorum scriptis Græcorum Romanorumque non sub his modo nominibus Moysen tradi, sed & sub plerisque aliis narrationibus illorum & fabulis res Moysis innui demonstret. Ingeniose omnia atque erudite, nonnulla verisimillime, quædam fateor paullo audacius. Idem antea in nonnullis tetigerant Scaliger ad fragmenta Græca, Vossius in opere de idololatria, Bochartus in Phaleg, Grotius ad librum 1. de Veritate relig. quorum vestigia multi alii postea sunt insecuti.

CLIV. De Vita & morte Moysis, libri a Gilberto Gaulmino editi.

GIlbertus Gaulminus Molinensis Vir doctissimus Paris. 1629.8 primus Hebraice vulgavit

† Lib. 2. Antiqu. c. 9.

* Confer Memorias Trevultinas A. 1705. p. 1245. seq.

vit cum latina verſione ſua atque præclaris obſervationibus libros tres, unum *de Vita Moyſis* דברי הימים משה * alterum פטירת משה *De Moyſis exitu* ſive *Morte*, & tertium ejusdem argumenti ſed minoris ut videtur antiquitatis דרש לפטירת משת In his libris quin pleraque illa contineantur, quæ in Apocryphis ſcriptis ſub Moyſis nomine quæ mox commemorabo lecta fuerunt, minime dubito. *Rabbinicum opus*, inquit Gaulminus, *id eſt nullius auctoritatis, ſed maximæ antiquitatis ſcriptum edimus. Saltem traditionum vetuſtatem inſitias non ibit, qui Michaelis cum Samaele contentionem Judæ Apoſtolo* ** *cognitam advertet.* Hi libelli jampridem in tabernis noſtris librariis deſiderati, & notæ Gaulmini pulcherrimis obſervationibus refertæ ſunt,

* Hoc eſt *Chronicon Moſaicum* quod laudat Ed. Bernhardus ad Joſephum p. 321. ubi notat fabulam librorum Gaulminianorum compactam aut interpolatam ex Talmude Babylonico, Siphre; aliisque veteribus libris, præſertim ex Debarim Rabba, cujus ultima folia cum Petirat Moſeh ſive libro de morte Moſis κατὰ λέξιν conſpirant præter quædam epiſodia ingenio malo neſcio cujus paſſim intruſa. *Unde non plus*, inquit, *dimidia editionis Gaulminianæ ſapit priſcum Commentarium* τὴν ἀνάληψιν Μωϋσέως, *ut Tanchuma, Samuel Nachmanides, aliaque nomina Talmudica oſtendunt.* Multa deinde ex Talmudicis adjungit de tempore mortis Moyſis, quæ apud ipſum legi poſſunt. Vide & Rich. Simonem lib. 3. Epiſt. ſelect. 8. & Druſium ad loca difficilia Numeror. cap. 52. ubi de uxore Moyſis Æthiopum Regis filia quæ Joſepho II. 10. Antiqu. vocatur Θάρβις.

** Certe falluntur viri docti, qui in Judæ Epiſtola v. 9. pro περὶ τοῦ Μωυσέως σώματος legunt Ἰησοῦ atque ad Zachar. III. 1. reſpici putant. Conſer quæ infra de ἀναλήψει Moſis.

ſunt, igitur totos eos hic una cum Gaulmini notis libenter addidiſſem, niſi molem hujus Codicis Apocryphi noluiſſem nimis excreſcere, daturus eos proinde ſeparatim, ſi Vita & occaſio mihi ſuppeditaverint.

CLV. Libri Apocryphi qui a Samaritanis, Judæis, Armenis &c. ad Moyſen referuntur.

SAmaritani *librum precum* ab ipſo Moyſe ſcriptum ſibique traditum, & ſervatum a ſummis Sacerdotibus Garizenis usque ad Pontificatum cujusdam Adriani affirmant. Quod commentum explodunt Judæi, Samaritanis & Karæis vicisſim ridentibus quod Talmudici ajunt Talmudem Moyſi in monte Sinai * traditum a DEo eſſe. Uti veteres Judæi primam e quatuor quas jactabant *δευτερώσεσι* referebant ad Moyſen, teſte Epiphanio hæreſi XXXIII. 9. p. 224. quem de tribus cæteris vide ſis etiam XLII. pag 332. *Sacerdos Armenus*, inquit Joh. Gregorius præfat. ad obſervationes ſacras T. IX. Critic. ſacror. Angl. *mihi narravit, plures eſſe Armenis libros Moyſis quam nos habemus.* Sed haud dubie vel falſus ipſe fuit ſacerdos ille, vel Gregorium falſa narratione fefellit. Credat etiam qui volet Moyſem auctorem eſſe libri cui titulus מעין חכמה *fons Sapientiæ* quem inter Moyſis ſcripta memorat R. Schabtai Strimer in labiis dormientium, obvium in libro qui inſcribitur ארזי לבנון *cedri Libanon.*

* Vide Caput I. Berachot cum verſione & notis V. C. Georgii Elieſeris Edzardi p. 35. 142. 172. 191. &c.

CLVI. Moyſis argumentum ad Regem Atheum ab errore ſuo revocandum. Aliæ Muhamedanorum de Moyſe narrationes.

Jo. Chardin in deſcriptione Perſiæ T. X. p. 46.

QUant au *Pentateuque*, ils l' appellent *Taurat*, comme les *Juifs*, ſoit du mot *Hebreu Tora*, qui veut dire *Loi*, ſoit de celui de *Tour*, qui eſt le nom qu'ils donnent particulierement a cette branche du mont *Taurus*, que nous appellons *Sina*, ſur laquelle la *Loi Moſaique* fut délivrée. J'ai obſervé ci-deſſus en général, que les *Mahometans* font de longues Hiſtoires des *Patriarches* & des *Prophetes* de l' *ancien Teſtament*. En voici une qu'ils font de *Moyſe*, pour ſervir d'échantillon. Ils diſent qve ce *Prophete* ayant été long-tems à prêcher au Roi *Pharaon*, qvi étoit *Atbée*, & Tyran, l' exiſtence d' un *Dieu Eternel*, & la création du monde, voyant qv'il ne gagnoit rien ſur ſon eſprit, ni ſur celui de ſa Cour, il fit bâtir en ſecret un beau Palais, dans un endroit déſert, à deux journées d'une maiſon de Campagne, où le Roi alloit paſſer tous les Etez, & quelques années après il fit en ſorte que le Roi étant à la Chaſſe, fût s' engager de lui-même à aller de ce côté-là. Le Prince apercevant de loin un grand édifice dans ce lieu deſert, voulut voir ce que c'étoit, & demanda qui l'avoit fait bâtir. Perſonne de la ſuite n' en ſavoit rien. *Moyſe* s'avança à la fin, & dit au Roi, *qu' il falloit que ce Palais ſe fût bâti de lui même.* Le Roi ſe mit à rire, & lui

dit,

dit, quæ pour un homme qui ſe diſoit *Prophete*, c'étoit une belle choſe à dire, *qu'un tel Palais ſe fût bâti de lui-méme au milieu d'un déſert.* *Moyſe* arrêta le Roi là-deſſus, & lui dit, *Sire, vous trouvez extravagant qu'on diſe que cette maiſon s'eſt faite d'elle-même, comme étant une choſe impoſſible; & cependant vous croyez bien que le Monde s'eſt fait de lui-même. Si ce beau Palais, qui n'eſt qu'un Atome en comparaiſon, ne peut étre venu de ſoi-même en ce deſert, comme en effet cela eſt impoſſible, combien plus eſt-il impoſſible que ce Monde, auſſi ſolide, auſſi grand, & auſſi admirable qu'il eſt en toutes ſes parties, ſe ſoit fait de lui même: & ne ſoit pas au contraire l'ouvrage d'un architecte très-ſage, & très puiſſant.* Le Roi fut convaincu par ce raiſonnement, & adora *Dieu*, comme *Moyſe* lui enſeigna de faire.

Alias Muhamedanorum narrationes traditionesque Apocryphas vide ſi placet apud Hottingerum in Hiſtoria Orientali & Balthaſarem Herbelotum Bibl. Orientali in Mouſſa. *&c.* In Sadi pomario Perſico p. 8. Magiſter Moſis *Chiſſer* memoratur. Cabbaliſtæ Judæi Magiſtrum Moſi tribuunt *Metatron* vel *Zagzagaëlem*, uti Joſepho Gabrielem, Jacobo Raphaëlem &c.

CLVII. Pſalmi Moyſi tributi. Alius Moſes Junior, Davidis æqualis.

PSalmum XC. una cum proximis undecim ad Moyſem veluti auctorem referendum eſſe antiqua eſt traditio. Hieronymus adverſus Rufinum T. 2. p. 137. *Octogeſimum quoque nonum Pſalmum qui inſcribitur*: Oratio Moyſi hominis

Dei, *& reliquos undecim qui non habent titulos, Origenes secundum Huilli* (forte *Hilleli*, Patriarchæ Hebræi) *expositionem, ejusdem Moysi putat.* Atque Psalmum XC. inter ὑπομνήματα Moysis laudant veteres ut Johannes Malala p. 294. Chronographiæ. Sed non prætereundum quod Cosmas Indoplevstes lib. V. Cosmographiæ p. 223. auctorem Psalmi illius non veterem illum legislatorem, sed alium juniorem hoc nomine, qui Davidis tempore vixerit, existimat. En ejus verba: Ἕνας δὲ χορὸς (e choris Davidis) ἔξαρχον εἶχον, ὁ μὲν ἐλέγετο Ἀσάφ, ἄλλος Ἰδιθὰμ, ἕτεροι υἱοὶ Κορέ, ἄλλος Αἰθὰμ ὁ Ἰσραηλίτης, ἕτερος Μωϋσῆς ἄνθρωπος Θεοῦ.

CLVIII. Apocalypsis Moysis.

EX Apocalypsi Moysis petitum esse quod Paulus Galat. V. 6. & VI. 15.* ait *in CHristo neque circumcisionem quicquam valere nec præputium, sed novam creaturam & fidem in Charitate operantem*, notavit Gregorius Syncellus p. 27. ἐν τῇ πρὸς Γαλάτας ἐκ τῆς Μωϋσέως ἀποκαλύψεως, ὅτε περιτομή τί ἐστιν, ὅτε ἀκροβυστία, ἀλλὰ καινὴ κτίσις. Cui consentaneum est quod Clariss. Montfauconus in Diario Italico p. 212. in Codice MS. membranaceo un-

* Grotius ad hunc locum: ὅτε περιτομή τί ἐστιν ὅτε ἀκροβυστία, ἀλλὰ καινὴ κτίσις, *dicunt veterum quidam scriptum fuisse in libro cui nomen* ἀποκάλυψις Μωυσέως, *& iisdem verbis locus hic legitur in Manuscripto. Forte is liber ab aliquo Christiano scriptus fuit: nam* καινὴ κτίσις *locutio est Christiana* 2. Cor. V. 19. *quamquam res ipsa prædicta Es.* XLII, 9.

undecimi ſæculi Romæ, qui eſt Patrum Ordinis S. Baſilii, teſtatur ſignificari locum illum Epiſtolæ ad Galatas eſſe uſurpatum ex Apocrypho Moyſis. Alios duos Codices Regis Chriſtianiſſimi 607. & 1253. idem teſtantes memorat Cotelerius ad Conſtitutiones Apoſtolicas VI. 16. p. 346. Cæterum Cedrenus p. 3. ſcribit Apocalyſin Moyſis quibusdam eundem librum videri cum parva Geneſi, de qua mox. ὡς ἐν λεπτῇ φέρεται γενέσει, ἣν καὶ Μωυσέως εἶναί φασί τινες ἀποκάλυψιν.

CLIX. Ἀνάβασις ſive Ἀνάληψις * Moyſis.

Hugo Grotius ad S. Judæ Epiſt. v. 9.

EAdem verba Michaeli contra Diabolum decertanti de corpore Moyſis, quod Michael ex DEI imperio volebat abſcondere Deut. XXXIV. 16. Diabolus autem in apertum proferre, ut ad idololatriam populus alliceretur, quod metuendum fuiſſe ſi id corpus apparuiſſet teſtatur & Joſephus IV. 8. tribuerat ſcriptor libri qui Hebraice dicebatur פטירת משה Græce vero ἀνάληψις Μωυσέως: unde hæc deſumpſit Judas, velut conceſſo utens. Solebant Rabbini & Angelis & magnis hominibus tribuere ea verba, quæ veriſimiliter dicere potuerunt. Tale illud de Henocho: & illud quod Hebr. XII. 21. & Act. VII. 26. Similia habes in Midraſch ad Deuteronomium, in Aboth Rabbi Nathan & aliis. Librum illum ἀναλή-

* Fallitur Lambecius, qui hæc tamquam duo diverſa ſcripta diſtinguit p. 149. Hiſt. literariæ. Lambecium ſequuntur alii, ut Sgambatus p. 220. Archiv. Vet. Teſt.

ψεως nominant Origenes περὶ ἀρχῶν III. 2. & Epiphanius * in Synopsi, nec dubito quin indidem sit desumpta narratio quæ est apud Clementem Strom. VI. Simile certamen inter Angelos bonos & malos de Abrahæ salute & interitu ** commemorat Origenes Homilia in Lucam XXXV. In libro Hebraico qui vocatur דברי הימים של משה referuntur verba quædam Diaboli ad Mosen ante mortem ejus, & ministeria quæ Angeli Moysi exhibuere. Sed quæ hic leguntur verba, in eo libro non comparent, unde credibile fit librum illum Ἀναλήψεως pridem intercidisse.

Edwardus Bernhardus ad Josephi IV. ult. Antiquit. p. 323.

Ne quis miretur, quod huc non sistam de Legislatoris reliquiis altercationem Satanæ, eximio nomine Samaëlis, quem inter Egregoros recenset vetustissima fabula Enochi, Debarimque rabba *merito nuncupat* ראש כל השטנים ἀρχισατανᾶν, *nec non* Petirat Moseh τὸν πονηρὸν כמאל הרשע *& capitulum* XIII. *Eleazari* Serpentis *callidæ bestiæ callidiorem* aurigam, *cum Michaele, Defensore magno & Imperatore Hebræorum, i. e.* שר צבא יהוה, *& in Moysis Analepsi* שר של ישראל *sub quo militabant Moyses ille & Josue & Chasmonæi, Ex. c. 23. 23. Jos. c. 5. 14. & Dan. c. 12. 1. Malo equi-*

* *Athanasium* dicere voluit, cujus locum uti *Nicephori* quoque qui in Stichometria librorum Apocryphorum ἀνάληψιν Moysis, versuum mille & quadringentorum commemorat, dedi supra p. 402. 403.

** Locum habes suprap. 401. seq.

equ·dem versum nonum Jude Apostoli καὶ τοῦ ἰωσὴ σώμα-τος, בגוף של יהושע, de persona polluta, *ut Latine loquar, quod est*, de habitu minus puro Josue Pontificis summi, *saltem interpretari: nam sic legere absque exemplaribus Ecclesiæ quis ausit? Ita vero convenient probe Judas & Zacharias vates c. 3. 2. itidemque Petrus Apostolus. Nam* σὺν κυρίῳ *abundat in Epistola altera ejus c. 2 11. contra fidem codicum Orientalium & Occidentalium, quiqui vetustatem præferunt. Quandoquidem vero antiquissimis apographis N. T. adnotent literis majusculis ad nonum Jude* ΜΩΥΣΕΩΣ ΑΠΟΚΡΥΦΟΝ: *Adamantius etiam* καὶ ἀρχῶν *tertio referat ἐκ τῆς ἀναβάσεως μωυσέως* cujus libelli meminit in Epistola sua Judas Apostolus, (*Origenis hæc sunt*) Michaelem diabolo objicientem, causam extitisse prævaricationis Adæ & Evæ inspiratum serpentem: *cujus equidem simillimum legimus in libro Judaice* de Moysis obitu, *& in* Zoharo f. 45. c. *Præcipue vero, quia prolixe admodum disputant bonus Michael, Samaelque nefarius tam in* Debarim rabba, *quam in proxime laudato opere* Petirat Mosch; *litem istam Angelicam ad Commentaria nostra in Panarion Epiphanii, quasi ad fundum proprium, deferri placet. Interea obtineant, quantum possunt, lectio & sententia communis, vetus, & Cabalistis Christianis gratissima, non tantum in hoc loco Jude, sed & Gal. c. 6. 15. Istum enim versiculum Georgius Syncellus Tarasii, & Novi Testamenti meliores membranæ, eidem Moysi Apocrypho tribuunt. Sentio autem ex veteri Analepsi Moyseos derivatum, ut alia non pauca, ita maxime blandam illam evocationem animæ Mosaicæ.* בתי ק״ו כ״ שנה קצבתי לך וגו״, *Batti*, O mea filia, exactis nunc, CXX. annis, quos tibi

(ait Optimus, qui mox illam oboſculando exhauſit) in corpore iſtius juſti commorari decrevi, egredere absque mora. Te mox Cherubinis Seraphinisque inſeram prope Thronum meum. Reſpondiſſe tamen mentem tam ſanctam Moyſis jam in exitu ſolis jubare illuſtrioris, & gloriam Seraphica non minorem, adverſus Samaelem carnificem ſpirantis, טוב לי בזה (ſicut in monte ſancto Petrus Apoſtolus) Præſtat heic eſſe; quoniam cœlo lapſi Azas & Azaelis flagitioſe agunt in terris. *Vetus etiam arbitror piumve Epiphonema illud intermorientis Legislatoris ad populum ſuum,* אראה אתכם לתחיית המתים, Rurſus vos Hebræos videbo, quando reſurgent mortui. *Antiqui operis & illa,* Gabrielem, Michaelem patronum Hebræorum, & Doctorem Moyſis ſcribamque eundem cœlituum *Zagzagelem* זגזגאל *in* Rabbot, *aut Zanghielem* זנגיאל *in* Petirat Moſeh, de Moyſe liberando cum lethifero Samaele contendiſſe, & increpuiſſe dæmonem hiſce verbis, רשע אני בוכה ואתה שוחק וגו׳: eosdem ſubinde ſplendidiſſimos & curaſſe & defleviſſe funus Moyſis, cæli terræque communem luctum. *Cætera* Petirat Moſeh *aut ſunt momenti levioris, aut otium noſtrum uberius expoſtulant.*

Clemens Alex. VI. Strom. p. 679. ſeq.

Εἰκότως ἄρα καὶ τὸν Μωυσέα ἀναλαμβανόμενον διττὸν εἶδεν Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ καὶ τὸν μὲν, μετ'

Merito ergo Moyſen quoque, qui aſſumebatur, duplicem vidit Jeſus filius Nave, & unum

Ag-

Αγγέλων· τὸν ὃ ἐπὶ τὰ ὄρη ϖρὸ τὰς Φάραγγας κηδείας ἀξιώμονα. εἶδεν ὃ Ιησοῦς τὴν θέαν ταύτην κάτω, πνεύματι ἁρπασθείς, σὺν καὶ τῷ Χαλέβ. ἀλλ' οὐχ ὁμοίως ἄμφω θεῶνται· ἀλλ' ὁ μὲν, καὶ θᾶττον κατῆλθεν, πολὺ τὸ βρίθον ἐπαγόμενος· ὁ ὃ, ἐπικατελθὼν, ὕστερον τὴν δόξαν διηγεῖτο ἣν ἐθεᾶτο, διαθρῆσαι δυνηθεὶς μᾶλλον θατέρου, ἅτε καὶ καθαρώτερος γενόμενος· δηλοῦσης οἶμαι τ' ἱστορίας, μὴ πάντων εἶναι τὴν γνῶσιν. ἐπεὶ οἱ μὲν, τὸ σῶμα τῶν γραφῶν τὰς λέξεις καὶ τὰ ὀνόματα, καθάπερ τὸ σῶμα τὸ Μωυσέως, προσβλέπουσιν· οἱ ὃ, τὰς διανοίας καὶ τὰ ὑπὸ τῶν ὀνομάτων δηλούμενα διορῶσι, τὸν μετὰ Αγγέλων Μωυσέα πολυπραγμονοῦντες.

quidem cum Angelis; alterum autem supra montes, qui dignus erat, cui in convallibus justa fierent. Vidit autem Jesus hoc spectaculum inferius, sublatus spiritu, una cum Chaleb: sed non vident ambo similiter. Verum hic quidem descendit citius, ut qui multum, quod gravabat, inferret: ille autem cum descendisset, postea narravit gloriam, quam erat contemplatus, ut qui magis, quam alter, posset perspicere, ut qui esset purior: significante, ut arbitror, historia, non omnium esse cognitionem. Nam alii quidem corpus literarum, nempe dictiones & nomina perinde ac corpus Mosis respiciunt: alii vero sententias, & quæ a nominibus significantur pervident, eum, qui est cum Angelis, Moysen curiose inquirentes.

Origenes III. 2. περὶ ἀρχῶν, *ex versione Rufini.*

Primo quidem ut in Geneſi ſerpens Evam ſeduxiſſe deſcribitur, de quo in Aſcenſione Moyſis, (cujus libelli meminit in Epiſtola ſua Apoſtolus Judas) Michael Archangelus cum Diabolo diſputans de corpore Moyſis, ait, Diabolo inſpiratum ſerpentem cauſam extitiſſe prævaricationis Adæ & Evæ.

In Actis Synodi I. Nicænæ * *p. 33. lib. 2. cap. 20.*

Epiſcopus: ἐν βιβλίῳ τῆς Ἀναλήψεως Μωϋσέως Μιχαὴλ ὁ ἀρχάγγελος διαλεγόμενος τῷ Διαβόλῳ λέγει· ἀπὸ γὰρ πνεύματος ἁγίου αὐτοῦ πάντες ἐκτίσθημεν. *In libro Aſſumtionis Moyſis Michaël Archangelus loquens cum Diabolo, à ſancto ſpiritu ejus, inquit, omnes creati ſumus.* καὶ πάλιν λέγει· ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ ἐξῆλθε τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, καὶ ὁ κόσμος ἐγένετο. *Atque iterum ait: A perſona DEI exiit Spiritus ejus, & Mundus factus eſt.* Philoſophus: Περὶ τῆς τοῦ ῥηθείσης Ἀναλήψεως Μωϋσέως, περὶ ἧς αἰτίως εἰρήκατε, οὐδὲ ἀκήκοά ποτε εἰ μὴ νῦν, ὅθεν αἰτῶ ὑμᾶς σαφεστέραν μοι τῶν λεχθέντων ἀπηγήσασθαι τὴν σύστασιν. *De libro quem memoratis Aſſumptionis Moyſis nunquam niſi nunc primum inaudivi, ita rogo vos ut evidentius rem mihi conſirmetis.*

In

* Confer Rainoldum prælect. XVI. de libris Apocryphis p. 135. Rob. Cocum in cenſura Scriptorum veterum p. 449. & G. Calixtum de numero librorum Canonicorum Vet. Teſt. p. XXXVIII.

In iisdem Actis lib. 2. cap. 18. p. 28.

Τὰ ἐκ τ̃ γραφῆς λέξωμεν. Μέλλων ὁ προφήτης Μωϋσῆς ἐξιέναι τ̃ βίου, ὡς γέγραπται ἐν βίβλῳ Ἀναλήψεως Μωϋσέως, προσκαλεσάμενος Ἰησοῦν υἱὸν Ναυῆ, καὶ διαλεγόμενος πρὸς αὐτὸν ἔφη· καὶ προεθεάσατό με ὁ Θεὸς πρὸ καταβολῆς κόσμου εἶναί με τ̃ Διαθήκης αὐτοῦ μεσίτην. Καὶ ἐν βίβλῳ ΛΟΓΟΝ ΜΥΣΤΙΚΩΝ ΜΩΥΣΕΩΣ, αὐτὸς Μωϋσῆς προεῖπε περὶ τ̃ Δαβὶδ καὶ Σαλομῶνος, περὶ τ̃ Σαλομῶνος οὕτως προεῖπε· Καὶ παραδοχεύσει εἰς αὐτὸν ὁ Θεὸς σοφίαν καὶ δικαιοσύνην καὶ ἐπιστήμην πλήρη· αὐτὸς οἰκοδομήσει τὸν οἶκον τ̃ Θεοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς.

Ex ſcriptura quædam proferamus. Exiturus è vita Moyſes Propheta, ut ſcriptum eſt in libro Analepſis Moyſis, cum vocaſſet ad ſe Joſue filium Nave, loquens ad eum dixit: Prævidit DEus ante mundi conſtitutionem futurum me Teſtamenti ſui mediatorem. Et in *libro ſermonum Myſticorum Moyſis* ipſe Moyſes de Davide & Salomone prædixit, ac de Salomone quidem ſic: Infundet ei DEus ſapientiam atque juſtitiam & ſcientiam plenam. Ipſe domum DEI ædificabit. Et quæ ſequuntur.

Evodius Epiſtola ad S. Auguſtinum, inter Auguſtinianas CCLIX, in Hieron. Vignierii ſupplemento Auguſtini T. I. p. 498.

Deinde cum conſtet Samuelem in corpore fuiſſe viſum, quando excitatus ad petitionem Saul,

Saul, & Moyſes (cujus corpus ſepultum eſt) ſecundum Evangelium manifeſtum ſit in corpore eum veniſſe ad Dominum, in monte cum conſtitiſſent. Quanquam & in Apocryphis, & in ſecretis ipſius Moyſi, quæ Scriptura caret auctoritate, tunc cum aſcenderet in montem ut moreretur vi corporis, efficitur ut aliud eſſet quod terræ mandaretur, aliud quod Angelo comitanti ſociaretur. Sed non ſatis urget me Apocryphorum præferre ſententiam illis ſuperioribus rebus definitis.

Didymus Alex. in Epiſtolam Judæ, T. IV. Bibl. Patrum p. 326.

Oſtenditur itaque ex communi ſenſu quem habemus de cunctis rationalibus, quoniam cum ſint arbitrii liberi, & converſio ſit facta Diaboli, natura non malus eſt, quomodo nec ipſe qui cunctos malignitate tranſcendit, hujusmodi eſt. Licet Adverſarii hujus contemplationis præſcribunt præſenti Epiſtolæ & Moyſeos aſſumptioni propter eum locum ubi ſignificatur verbum Archangeli de corpore Moyſis ad Angelum factum. Non enim ex his tantum ſed in omni Divina Scriptura monſtratur de caſu ejus.

Oecumenius in Epiſtolam S. Judæ p. 348.

Ἡ δὲ περὶ τοῦ Μωϋσέως σώματος κρίσις ἔστιν αὕτη. λέγεται τὸν Μιχαὴλ τὸν ἀρχάγγελον, τῇ τοῦ Μωϋσέως

Porro de Moſi corpore hoc eſt judicium. Dicitur Michael Archangelus miniſterium præſtitiſſe in ſepe-

Μωϋ-

Μωϋσέως ταφῆ δεδιηκονηκέναι. ᾧ γὰρ διαβόλῳ ἦτο μὴ καταδεχομένῳ, ἀλλ' ἐπιφέροντι ἔγκλημα διὰ τὸν ἐξ Αἰγυπτίων φόνον, ὡς αὐτῷ ὄντι ἐξ Μωϋσέως, καὶ διὰ ἦτο μὴ συγχωρεῖσθαι αὐτῷ τυχεῖν τὸ ἐνδίμου ταφῆς.

liendo Moſe, id non ferebat diabolus, ſed accuſationem afferebat, propter cædem Ægyptii, quaſi Moſes ipſius eſſet, & propterea non permittebat ut ille honorificam conſequeretur ſepulturam.

CLX. Libri à Sethianis ſuppoſiti Moyſi. Liber λόγων Moyſis μυστικῶν. Moyſis Teſtamentum.

Librorum à Sethianis ſuppoſitorum meminit S. Epiphanius in verbis ſupra p. 405. à me productis: Atque p. 221. ex Conſtitutionibus Clementis VI. 16. inter Patriarchas & Prophetas quorum nominibus Φθοροποιὰ & ἀληθείας ἐχθρὰ volumina ſuppoſita ab hæreticis fuerunt, Moyſes quoque nominatur. Libri Moyſis λόγων μυστικῶν fragmentum ex Actis Synodi Nicænæ habes itidem ſupra p. 845. Διαθήκην ſive Teſtamentum Moyſis, verſibus ſive στίχοις conſtans millenis ac centum, meminit Stichometria Nicephori deſcripta a me p. 402. & Athanaſius in Synopſi S. Scripturæ, & indiculus librorum ſacrorum quem è Codice 1789. Regis Chriſtianiſſimi Græce & latine vulgavit Cotelerius ante Conſtitutiones quæ ambulant ſub nomine Clementis Romani.

CLXI.

CLXI. Dicta Moysis in Epistola ad Hebræos & Clementis ad Corinthios laudata.

S. Paulus in Epistola ad Hebræos XII. 21. testatur Moysem Majestatis DEI ad montem Sina conspicatum dixisse ἔκφοβός εἰμι καὶ ἔντρομος. *Exterritus sum & tremebundus.* Quod in Pentateucho legi negant, atque ex traditione * vel Scripto Apocrypho haustum volunt viri Docti. Verisimile tamen est petiisse illud Apostolum ex Deuteron. IX. 19. ubi in Græca versione diserte ait Moyses: καὶ ἔκφοβός εἰμι. Nihil vero sensui, sed tantum ad emphasim vocis וגרתי magis declarandam, vocabulum synonymum ἔντρομος Paulus addidit. Similiter quod in Clementis Romani Epistola Catholica c. 17. videtur Moysi tribui, atque ex scripto Apocrypho repetitum viri docti contendunt, possit videri summum ex Psal. CXIX. 83. vel Hoseæ XIII. 3. quæ loca Jo. Fellus Episcopus Oxonienfis annotavit, licet Græca versio utroque loco aliud sonat. Neque opus est cum eodem illustri viro verba Clementis sollicitare, ut Davidis nomen præmittatur. Nam post verba Moysis, ex Exodi III. 11. IV. 10. addit Clemens: καὶ πάλιν λέγει (non Moyses quidem sed scriptor sacer alius, ita enim solenne apud Christianos scriptores ex diversis S. Scripturæ codicibus citata loca conjungere) ἐγὼ δέ εἰμι ἀτμὶς ἀπὸ χύτρας. Cæte-

* Vide Jo. Braunium in Epist. ad Hebræos p. 878. seq. & Rev. D. Albertum a Felde in Decade Observationum sacrarum ex Patribus Apostolicis, Observatione VIII, Kil. 1711. 4.

Cæterum quæ apud eundem Clementem c. 43. de virgis duodecim Φυλάρχων Iſraelis a Moyſe obſignatis leguntur, ea ex traditione fide digna atque inter Judæos conſtante, & forte ſcripto etiam conſignata petiiſſe virum illum Apoſtolicum, libenter mihi perſvadeo.

CLXII. Parva Geneſis.

S. Epiphanius hæreſi XXXIX. 5. p. 287.

Ως ἔν τοῖς Ιωβηλαίοις * εὑρίσκεται, τῇ καὶ λεπτογενέσει καλουμένῃ &c.

Extant in Jubilæis, qui Liber Geneſis parva dicitur &c. *Vide ſupra p. 128.*

Si Lambecium audimus lib. V. Commentar. de Bibl. Vindobonenſi p. 28. Fragmentum hujus

* *Obſcurum*, inquit Cotelerius ad Conſt. Apoſtol. p. 346. *cur τῇ λεπτῇ γενέσει nomen τὰ Ἰωβηλαῖα inditum fuerit, vacuitque qui docere poterat doctiſſimus Petavius. Conjecerim, quia verbum* יובל *ſignificat deducere, & nomen* יובל *ribum, aquarum proceſſum, quæ* Geneſi *atque originibus conveniunt, ut fuſius videre eſt in R. Moſe Nachmanide, ubi de Jubileo diſſerit.* Alia Scaligeri eſt ſententia p. 16. ad Euſebium, qui putat Ἰωβηλαίους dictam eſſe, quod per Jobelæa digeſta eſſet. Aitque Euſebium a primo anno Abrahami in Canone ſuo Chronico annos per 50. annorum Jobelæa digeſſiſſe *exemplo illius libri qui μικρὰ Γένεσις, λεπτὴ Γένεσις & λεπτογενέσιον dicebatur, non poſtrema apud priſcos Eccleſiaſticos auctoritatis opus, mendaciorum multa impenſa factum, quod quia per Jobelæa digeſtum eſſet, ab eo Ἰωβηλαῖοι vocatum eſt auctore Epiphanio.* Eduardus Bernhardus ad Joſephum p. 322. librum Ἰωβηλαῖον interpretatur ספר הקבלה quod præplacet, nam per Jobelæa diſpertitam fuiſſe parvam illam Geneſin, nullo teſtimonio ſatis conſtat.

operis ſupereſt in duobus Codicibus MSS. Bibl. Cæſareæ hoc titulo: Διήγησις τ̃ μεγάλ Θεόπτ Μωϋσέως περὶ τ̃ πολιτείας Ἀδὰμ καὶ Εὔας τῶν πρωτοπλάστων, ἀποκαλυφθεῖσα (nota quod Apocalypſin Moyſis cum parva Geneſi eandem faciunt quidam apud Cedrenum & Syncellum &c.) παρὰ τ̃ Θε̃, ὅτε τὰς πλάκας τ̃ νόμ ἐδέξατο ἐκ χειρὸς αὐτ̃, διδαχθεὶς ὑπὸ τ̃ Ἀρχαγγέλ Μιχαήλ. *Narratio magni, qui a facie ad faciem Deum vidit, Moyſis de vita Adami & Evæ protoplaſtorum, revelata illi a Deo, cum tabulas Legis e manu ipſius accepit edoctus ab Archangelo Michaele.* Incipit: Μετὰ τὸ ἐξελθεῖν τὸν Ἀδὰμ ἀπὸ τ̃ παραδείσ κ. τ. λ. *Cum Adam e paradiſo fuiſſet egreſſus &c.* Addit Lambecius huc pertinere Lutwini antiquum MS. poema Germanicum de Vita Adami & Evæ, maxima ex parte futilibus fabulis refertum, ex quo verſiculos quosdam adduxit lib. 2. p. 876.

S. Hieronymus Epiſt. CXXVII. ad Fabiolam, manſione 18.

Hoc verbum (רסה) quantum memoria ſuggerit, nusquam alibi in Scripturis ſanctis apud Hebræos inveniſſe me novi, absque libro Apocrypho qui a Græcis *μικρογένεσις* appellatur. Ibi in ædificatione turris, pro ſtadio ponitur in quo exercentur pugiles & athletæ, & curſorum velocitas comprobatur.

Idem manſione 24.

Hoc eodem vocabulo (תרה) & iisdem literis ſcri-

ſcriptum invenio patrem Abraham, qui in ſupradicto Apocrypho Geneſeos volumine abactis corvis qui hominum frumenta vaſtabant, abactoris vel depulſoris ſortitus eſt nomen.

Ex his locis patet librum hunc, quem Hieronymus legit, ſcriptum fuiſſe Hebraice.

Jo. Zonaras libro 1. Annalium p. 4.

Οἶδα μὲν ἂν ἐν τῇ λεπτῇ γενέσει γεγραμμένον, ὡς ἐν τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ καὶ αἱ οὐράνιαι δυνάμεις πρὸ τῶν ἄλλων ὑπέστησαν καὶ ὅτι τῶν ὅλων δημιουργός, ἀλλ' ὅτι μὴ ταῖς παρὰ τῶν θείων πατρίων ἐγγεγραμμένοις βιβλίοις τῆ ἑβραϊκῆς σοφίας καὶ ἡ λεπτὴ αὕτη συνηρίθμηται γένεσις, οὐδέν τι τῶν ἐν ἐκείνῃ γεγραμμένων λόγιζομαι βέβαιον, οὐδὲ τούτῳ λόγῳ συντίθεμαι.

Equidem ſcio in parva Geneſi ſcriptum, primo die cœleſtes etiam poteſtates, ante cætera, ab univerſitatis Opifice eſſe conditas. Sed quoniam parva iſta Geneſis a divinis patribus non relata eſt in approbatos Hebraicæ ſapientiæ libros: nihil quod in ea ſcriptum eſt, ſatis firmum judico, neque iſti rationi aſſentior.

Georgius Syncellus in Chronographia p. 4.

Τῇ δὲ ἡμέρᾳ ἕκτῃ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὰ τετράποδα, καὶ τὰ ἑρπετὰ τῆς γῆς, τὰ θηρία, καὶ τὸν ἄνθρωπον·

Sexto vero die produxit Deus quadrupedia, terræque reptilia, & hominem; quatuor

ψεως nominant Origenes περὶ ἀρχῶν III. 2. & Epiphanius * in Synopsi, nec dubito quin indidem sit desumpta narratio quæ est apud Clementem Strom. VI. Simile certamen inter Angelos bonos & malos de Abrahæ salute & interitu** commemorat Origenes Homilia in Lucam XXXV. In libro Hebraico qui vocatur דברי הימים של משה referuntur verba quædam Diaboli ad Mosen ante mortem ejus, & ministeria quæ Angeli Moysi exhibuere. Sed quæ hic leguntur verba, in eo libro non comparent, unde credibile fit librum illum Ἀναλήψεως pridem interciditse.

Edwardus Bernhardus ad Josephi IV. ult. Antiquitat. p. 323.

Ne quis miretur, quod huc non sistam de Legislatoris reliquiis altercationem Satanæ, eximio nomine Samaëlis, quem inter Egregoros recenset vetustissima fabula Enochi, Debarimque rabba *merito nuncupat* ראש כל השטנים ἀρχισατανᾶν, *nec non* Petirat Moseh τὸν πονηρὸν כמאל הרשע *& capitulum* XIII. *Eleazari* Serpentis *callide bestiæ callidiorem* aurigam, *cum Michaele, Defensore magno & Imperatore Hebræorum, i. e.* שר צבא יהוה, *& in Moysis Analepsi* שר של ישראל *sub quo militabant Moyses ille & Josue & Chasmonæi, Ex. c. 23. 23. Jos. c. 5. 14. & Dan. c. 12. 1. Malo equi-*

* *Athanasium* dicere voluit, cujus locum uti *Nicephori* quoque qui in Stichometria librorum Apocryphorum ἀναλήψιν Moysis, versuum mille & quadringentorum commemorat, dedi supra p. 402. 403.

** Locum habes suprap. 401, seq.

equ·dem verſum nonum Jude Apoſtoli περὶ τοῦ διαβόλου σώματος, בגוף של יהושע, de perſona polluta, *ut Latine loquar, quod eſt*, de habitu minus puro Joſue Pontificis ſummi, *ſaltem interpretari: nam ſic legere abſque exemplaribus Eccleſiæ quis auſit? Ita vero conveniunt probe Judas & Zacharias vates c. 3. 2. itidemque Petrus Apoſtolus. Nam* τοῦ δὲ κυρίου *abundat in Epiſtola altera ejus c. 2 11. contra fidem codicum Orientalium & Occidentalium, quiquivetuſtatem præferunt. Quandoquidem vero antiquiſſimis apographis N. T. adnotent literis majuſculis ad nonum Jude* ΜΩΥΣΕΩΣ ΑΠΟΚΡΥΦΟΝ: *Adamantius etiam* περὶ ἀρχῶν *tertio referat ἐκ τῆς ἀναλήψεως μωυσέως* cujus libelli meminit in Epiſtola ſua Judas Apoſtolus, (*Origenis hæc ſunt*) Michaelem diabolo objicientem, cauſam extitiſſe prævaricationis Adæ & Evæ inſpiratum ſerpentem: *cujus equidem ſimillimum legimus in libro Judaice* de Moyſis obitu, *& in* Zoharo f. 45. c. *Præcipue vero, quia prolixe admodum diſputant bonus Michael, Samaelque nefarius tam in* Debarim rabba, *quam in proxime laudato opere* Petirat Moſeh; *litem iſtam Angelicam ad Commentaria noſtra in Panarion Epiphanii, quaſi ad fundum proprium, deferri placet. Interea obtineant, quantum poſſunt, lectio & ſententia communis, vetus, & Cabaliſtis Chriſtianis gratiſſima, non tantum in hoc loco Jude, ſed & Gal. c. 6. 15. Iſtum enim verſiculum Georgius Syncellus Taraſii, & Novi Teſtamenti meliores membranæ, eidem Moyſi Apocrypho tribuunt. Sentio autem ex veteri Analepſi Moyſeos derivatum, ut alia non pauca, ita maxime blandam illam evocationem animæ Moſaicæ.* בתי ק״ וכ״ שנה קצבתי לך וגו״, *Batti*, O mea filia, exactis nunc, CXX. annis, quos tibi

(ait Optimus, qui mox illam oboſculando exhauſit) in corpore iſtius juſti commorari decrevi, egredere absque mora. Te mox Cherubinis Seraphinisque inſeram prope Thronum meum. Reſpondiſſe tamen mentem tam ſanctam Moyſis jam in exitu ſolis jubare illuſtrioris, & gloriam Seraphica non minorem, adverſus Samaelem carnificem ſpirantis, טוב לי בזה (ſicut in monte ſancto Petrus Apoſtolus) Præſtat heic eſſe; quoniam cœlo lapſi Azas & Azaelis flagitioſe agunt in terris. *Vetus etiam arbitror piumve Epiphonema illud intermorientis Legislatoris ad populum ſuum,* אראה אתכם לתחיית המתים, Rurſus vos Hebræos videbo, quando reſurgent mortui. *Antiqui operis & illa,* Gabrielem, Michaelem patronum Hebræorum, & Doctorem Moyſis ſcribamque eundem cœlituum *Zazagelem* זגזגאל *in* Rabbot, *aut Zanghielem* זנגיאל *in* Petirat Moſeh, de Moyſe liberando cum lethifero Samaele contendiſſe, & increpuiſſe dæmonem hiſce verbis, רשע אני בוכה ואתה שוחק וגו׳: eosdem ſubinde ſplendidiſſimos & curaſſe & defleviſſe funus Moyſis, cæli terræque communem luctum. *Cetera* Petirat Moſeh *aut ſunt momenti levioris, aut otium noſtrum uberius expoſtulant.*

Clemens Alex. VI. Strom. p. 679. ſeq.

Εἰκότως ἄρα καὶ τὸν Μωυσέα ἀναλαμβανόμενον διττὸν εἶδεν Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ καὶ τὸν μὲν, μετ'

Merito ergo Moyſen quoque, qui aſſumebatur, duplicem vidit Jeſus filius Nave, & unum

Ἀγ-

Αγγέλων· τὸν ὃ ἐπὶ τὰ ὄρη ϖρὸς τὰς Φάραγγας κηδείας ἀξιώμονα. εἶδεν ὃ Ιησοῦς τὴν θέαν ταύτην κάτω, πνεύματι ἐπαρθείς, σὺν καὶ τῷ Χαλέβ. ἀλλ' οὐχ ὁμοίως ἄμφω θεωνται· ἀλλ' ὁ μὲν, καὶ θᾶττον κατῆλθεν, πολὺ τὸ βρίθον ἐπαγόμενος· ὁ ὃ, ἐπικατελθὼν, ὕστερον τὴν δόξαν διηγεῖτο ἣν ἐθεᾶτο, Ματθῆσαι δυνηθεὶς μᾶλλον θατέρου, ἅτε καὶ καθαρώτερος γενόμενος· δηλώσης οἶμαι τ' ἱστορίας, μὴ πάντων εἶναι τὴν γνῶσιν. ἐπεὶ οἱ μὲν, τὸ σῶμα τῶν γραφῶν τὰς λέξεις καὶ τὰ ὀνόματα, καθάπερ τὸ σῶμα τὸ Μωυσέως, προσβλέπουσιν· οἱ ὃ, τὰς διανοίας καὶ τὰ ὑπὸ τῶν ὀνομάτων δηλούμενα διορῶσι, τὸν μετὰ Αγγέλων Μωυσέα πολυπραγμονοῦντες.

quidem cum Angelis; alterum autem supra montes, qui dignus erat, cui in convallibus justa fierent. Vidit autem Jesus hoc spectaculum inferius, sublatus spiritu, una cum Chaleb: sed non vident ambo similiter. Verum hic quidem descendit citius, ut qui multum, quod gravabat, inferret: ille autem cum descendisset, postea narravit gloriam, quam erat contemplatus, ut qui magis, quam alter, posset perspicere, ut qui esset purior: significante, ut arbitror, historia, non omnium esse cognitionem. Nam alii quidem corpus literarum, nempe dictiones & nomina perinde ac corpus Mosis respiciunt: alii vero sententias, & quæ a nominibus significantur pervident, eum, qui est cum Angelis, Moysen curiose inquirentes.

Origenes III. 2. περὶ ἀρχῶν, ex verſione Ruffini.

Primo quidem ut in Geneſi ſerpens Evam ſeduxiſſe deſcribitur, de quo in Aſcenſione Moyſis, (cujus libelli meminit in Epiſtola ſua Apoſtolus Judas) Michael Archangelus cum Diabolo diſputans de corpore Moyſis, ait, Diabolo inſpiratum ſerpentem cauſam extitiſſe prævaricationis Adæ & Evæ.

*In Actis Synodi I. Nicænæ * p. 33. lib. 2. cap. 20.*

Epiſcopus: ἐν βιβλίῳ τῆ Ἀναλήψεως Μωϋσέως Μιχαὴλ ὁ ἀρχάγγελος διαλεγόμενος τῷ Διαβόλῳ λέγει· ἀπὸ τῦ πνεύματος ἁγίε αὐτῦ πάντες ἐκτίσθημεν. *In libro Aſſumtionis Moyſis Michaël Archangelus loquens cum Diabolo, à ſancto ſpiritu ejus, inquit, omnes creati ſumus.* καὶ πάλιν λέγει· ἀπὸ προσώπε τῦ Θεῦ ἐξῆλθε τὸ πνεῦμα αὐτῦ, καὶ ὁ κόσμος ἐγένετο. *Atque iterum ait: A perſona DEI exiit Spiritus ejus, & Mundus factus eſt.* Philoſophus: Περὶ τῆ τε ῥηθείσης Ἀναλήψεως Μωϋσέως, περὶ ἧς ἀρτίως εἰρήκατε, κἀδὲ ἀκήκοά ποτε εἰ μὴ νῦν, ὅθεν αἰτῶ ὑμᾶς σαφεστέραν μοι τῶν λεχθέντων ποιῆσαι τὴν σύσασιν. *De libro quem memoratis Aſſumptionis Moyſis nunquam niſi nunc primum inaudivi, ita rogo vos ut evidentius rem mihi conſtituetis.*

In

* Confer Rainoldum prælect. XVI. de libris Apocryphis p. 135. Rob. Cocum in cenſura Scriptorum veterum p. 449. & G. Calixtum de numero librorum Canonicorum Vet. Teſt. p. XXXVIII.

In iisdem Actis lib. 2. cap. 18. p. 28.

Τὰ ἐκ τ῀ γραφῆς λέξωμεν. Μέλλων ὁ Προφήτης Μωϋσῆς ἐξιέναι τ῀ βίου, ὡς γεγραπται ἐν βίβλῳ Ἀναλήψεως Μωϋσέως, προσκαλεσάμενος Ἰησοῦν υἱὸν Ναυῆ, καὶ διαλεγόμενος πρὸς αὐτὸν ἔφη· καὶ προεθεάσατό με ὁ Θεὸς πρὸ καταβολῆς κόσμου εἶναί με τ῀ Διαθήκης αὐτοῦ μεσίτην. Καὶ ἐν βίβλῳ ΛΟΓΟΝ ΜΥΣΤΙΚΩΝ ΜΩΥΣΕΩΣ, αὐτὸς Μωϋσῆς προεῖπε περὶ τ῀ Δαβὶδ καὶ Σαλομῶνος, περὶ δὲ Σαλομῶνος οὕτως προεῖπε· Καὶ παραδοχεύσει εἰς αὐτὸν ὁ Θεὸς σοφίαν καὶ δικαιοσύνην καὶ ἐπιστήμην πλήρη· αὐτὸς οἰκοδομήσει τὸν οἶκον τ῀ Θεοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς.

Ex ſcriptura quædam proferamus. Exiturus è vita Moyſes Propheta, ut ſcriptum eſt in libro Analepſis Moyſis, cum vocaſſet ad ſe Joſue filium Nave, loquens ad eum dixit: Prævidit DEus ante mundi conſtitutionem futurum me Teſtamenti ſui mediatorem. Et in *libro ſermonum Myſticorum Moyſis* ipſe Moyſes de Davide & Salomone prædixit, ac de Salomone quidem ſic: Infundet ei DEus ſapientiam atque juſtitiam & ſcientiam plenam. Ipſe domum DEI ædificabit. Et quæ ſequuntur.

Evodius Epiſtola ad S. Auguſtinum, inter Auguſtinianas CCLIX, in Hieron. Vignierii ſupplemento Auguſtini T. I. p. 498.

Deinde cum conſtet Samuelem in corpore fuiſſe viſum, quando excitatus ad petitionem Saul,

Saul, & Moyſes (cujus corpus ſepultum eſt) ſecundum Evangelium manifeſtum ſit in corpore eum veniſſe ad Dominum, in monte cum conſtitiſſent. Quanquam & in Apocryphis, & in ſecretis ipſius Moyſi, quæ Scriptura caret auctoritate, tunc cum aſcenderet in montem ut moreretur vi corporis, efficitur ut aliud eſſet quod terræ mandaretur, aliud quod Angelo comitanti ſociaretur. Sed non ſatis urget me Apocryphorum præferre ſententiam illis ſuperioribus rebus definitis.

Didymus Alex. in Epiſtolam Judæ, T. IV. Bibl. Patrum p. 326.

Oſtenditur itaque ex communi ſenſu quem habemus de cunctis rationalibus, quoniam cum ſint arbitrii liberi, & converſio ſit facta Diaboli, natura non malus eſt, quomodo nec ipſe qui cunctos malignitate tranſcendit, hujusmodi eſt. Licet Adverſarii hujus contemplationis præſcribunt præſenti Epiſtolæ & Moyſeos aſſumptioni propter eum locum ubi ſignificatur verbum Archangeli de corpore Moyſis ad Angelum factum. Non enim ex his tantum ſed in omni Divina Scriptura monſtratur de caſu ejus.

Oecumenius in Epiſtolam S. Judæ p. 348.

Ἡ δὲ περὶ τοῦ Μωϋσέως σώματος κρίσις ἔστιν αὕτη. λέγεται τὸν Μιχαὴλ τὸν ἀρχάγγελον, τῇ τοῦ Μωϋσέως

Porro de Moſi corpore hoc eſt judicium. Dicitur Michael Archangelus miniſterium præſtitiſſe in ſepe-

Μωϋ-

Μωϋσέως ταφῆ δεδιηκονημένα. ☞ δὲ Διαβόλου ☞το μὴ καταδιχομένου, ἀλλ' ἐπιφέροντος ἔγκλημα διὰ τὸν ☞ Αἰγυπτίων φόνον, ὡς αὐτῷ ὄντος ☞ Μωϋσέως, καὶ διὰ ☞το μὴ συγχωρεῖσθαι αὐτῷ τυχεῖν τῆς ἐνδίμου ταφῆς.

liendo Moſe, id non ferebat diabolus, ſed accuſationem afferebat, propter cædem Ægyptii, quaſi Moſes ipſius eſſet, & propterea non permittebat ut ille honorificam conſequeretur ſepulturam.

CLX. Libri à Sethianis ſuppoſiti Moyſi. Liber λόγων Moyſis μυστικῶν. Moyſis Teſtamentum.

Librorum à Sethianis ſuppoſitorum meminit S. Epiphanius in verbis ſupra p. 405. à me productis: Atque p. 221. ex Conſtitutionibus Clementis VI. 16. inter Patriarchas & Prophetas quorum nominibus Φθοροποιὰ & ἀληθείας ἐχθρὰ volumina ſuppoſita ab hæreticis fuerunt, Moyſes quoque nominatur. Libri Moyſis λόγων μυστικῶν fragmentum ex Actis Synodi Nicænæ habes itidem ſupra p. 845. Διαθήκην ſive Teſtamentum Moyſis, verſibus ſive στίχοις conſtans millenis ac centum, meminit Stichometria Nicephori deſcripta a me p. 402. & Athanaſius in Synopſi S. Scripturæ, & indiculus librorum ſacrorum quem è Codice 1789. Regis Chriſtianiſſimi Græce & latine vulgavit Cotelerius ante Conſtitutiones quæ ambulant ſub nomine Clementis Romani.

CLXI.

CLXI. Dicta Moysis in Epistola ad Hebræos & Clementis ad Corinthios laudata.

S. Paulus in Epistola ad Hebræos XII. 21. testatur Moysem Majestatis DEI ad montem Sina conspicatum dixisse ἔκφοβός εἰμι καὶ ἔντρομος. *Exterritus sum & tremebundus.* Quod in Pentateucho legi negant, atque ex traditione * vel Scripto Apocrypho haustum volunt viri Docti. Verisimile tamen est petiisse illud Apostolum ex Deuteron. IX. 19. ubi in Græca versione diserte ait Moyses: καὶ ἔκφοβός εἰμι. Nihil vero sensui, sed tantum ad emphasim vocis וגרתי magis declarandam, vocabulum synonymum ἔντρομος Paulus addidit. Similiter quod in Clementis Romani Epistola Catholica c. 17. videtur Moysi tribui, atque ex scripto Apocrypho repetitum viri docti contendunt, possit videri summum ex Psal. CXIX. 83. vel Hoseæ XIII. 3. quæ loca Jo. Fellus Episcopus Oxonienfis annotavit, licet Græca versio utroque loco aliud sonat. Neque opus est cum eodem illustri viro verba Clementis sollicitare, ut Davidis nomen præmittatur. Nam post verba Moysis, ex Exodi III. 11. IV. 10. addit Clemens: καὶ πάλιν λέγει (non Moyses quidem sed scriptor sacer alius, ita enim solenne apud Christianos scriptores ex diversis S. Scripturæ codicibus citata loca conjungere) ἐγὼ δέ εἰμι ἀτμὶς ἀπὸ χύτρας. Cæte-

* Vide Jo. Braunium in Epist. ad Hebræos p. 878. seq. & Rev. D. Albertum a Felde in Decade Observationum sacrarum ex Patribus Apostolicis, Observatione VIII, Kil. 1711. 4.

Cæterum quæ apud eundem Clementem c. 43. de virgis duodecim Φυλάρχων Iſraelis a Moyſe obſignatis leguntur, ea ex traditione fide digna atque inter Judæos conſtante, & forte ſcripto etiam conſignata petiiſſe virum illum Apoſtolicum, libenter mihi perſvadeo.

CLXII. Parva Geneſis.

S. Epiphanius hæreſi XXXIX. 5. p. 287.

Ως ἓν τοῖς Ιωβηλαίοις * εὑρίσκεται, τῇ καὶ λεπτογενέσει καλουμένῃ &c.	Extant in Jubilæis, qui Liber Geneſis parva dicitur &c. *Vide ſupra p.* 128.

Si Lambecium audimus lib. V. Commentar. de Bibl. Vindobonenſi p. 28. Fragmentum hujus operis

* *Obſcurum*, inquit Cotelerius ad Conſt. Apoſtol. p. 346. *cur τῇ λεπτῇ γενέσει nomen τὰ Ἰωβηλαῖα inditum fuerit, nescitque qui docere poterat doctiſſimus Petavius. Conjecerim, quia verbum* יבל *ſignificat deducere, & nomen* יובל *ribum, aquarum proceſſum, quæ* Geneſi *atque originibus conveniunt, ut fuſius videre eſt in R. Moſe Nachmanide, ubi de Jubileo diſſerit.* Alia Scaligeri eſt ſententia p. 16. ad Euſebium, qui putat Ἰωβηλαίους dictam eſſe, quod per Jobelæa digeſta eſſet. Aitque Euſebium a primo anno Abrahami in Canone ſuo Chronico annos per 50. annorum Jobelæa digeſsiſſe *exemplo illius libri qui μικρὰ Γένεσις, λεπτὴ Γένεσις & λεπτογένεσιον dicebatur, non poſtremæ apud priſcos Eccleſiaſticos auctoritatis opus, mendaciorum multa impenſa fatium, quod quia per Jobelæa digeſtum eſſet, ab eo Ἰωβηλαῖοι vocatum eſt auctore Epiphanio.* Eduardus Bernhardus ad Joſephum p. 322. librum Ἰωβηλαῖον interpretatur ספר היובלות quod præplacet, nam per Jobelæa diſpertitam fuiſſe parvam illam Geneſin, nullo teſtimonio ſatis conſtat.

ſcriptum invenio patrem Abraham, qui in ſupradicto Apocrypho Geneſeos volumine abactis corvis qui hominum frumenta vaſtabant, abactoris vel depulſoris ſortitus eſt nomen.

Ex his locis patet librum hunc, quem Hieronymus legit, ſcriptum fuiſſe Hebraice.

Jo. Zonaras libro 1. Annalium p. 4.

Οἶδα μὲν ἔν ἐν τῇ λεπτῇ γενέσει γεγραμμένον, ὡς ἐν τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ καὶ αἱ οὐράνιαι δυνάμεις πρὸ τῶν ἄλλων ὑπέστησαν καὶ ἀπὸ τῶν ὅλων δήμιοργός, ἀλλ' ὅτι μὴ ταῖς ἀπὸ τῶν θείων πατρίων ἐγγεγραμμένοις βιβλίοις τὴ ἑβραϊκῆς σοφίας καὶ ἡ λεπτὴ αὕτη συνηρίθμηται γένεσις, οὐδέν τι τῶν ἐν ἐκείνῃ γεγραμμένων λόγιζομαι βέβαιον, οὐδὲ τούτῳ λόγῳ συντίθεμαι.

Equidem ſcio in parva Geneſi ſcriptum, primo die cœleſtes etiam poteſtates, ante cætera, ab univerſitatis Opifice eſſe conditas. Sed quoniam parva iſta Geneſis a divinis patribus non relata eſt in approbatos Hebraicæ ſapientiæ libros: nihil quod in ea ſcriptum eſt, ſatis firmum judico, neque iſti rationi aſſentior.

Georgius Syncellus in Chronographia p. 4.

Τῇ ἓκτῃ ἡμέρᾳ ἔκτισεν ὁ Θεὸς τὰ τετράποδα, καὶ τὰ ἑρπετὰ τῆς γῆς, τὰ θηρία, καὶ τὸν ἄνθρωπον·

Sexto vero die produxit Deus quadrupedia, terræque reptilia, & hominem; quatuor

ἔργα τέσσαρα. ὁμοῦ τὰ πάντα ἔργα εἴκοσι δύο, ἀριθμὰ τοῖς εἴκοσι δύο Ἑβραϊκοῖς γράμμασι, καὶ ταῖς εἴκοσι δύο Ἑβραϊκαῖς βίβλοις, καὶ ταῖς ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως Ἰακὼβ εἴκοσι δύο γενεαρχίαις, ὡς ἐν λεπτῇ φέρεται γενέσει, ἣν καὶ Μωυσέως εἶναι φασί τινες ἀποκάλυψιν. αὕτη ταῖς ὑπερανίοις δυνάμεις τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ λέγει ἐκτίσθαι.

opera. Cuncta simul opera duo & viginti sunt, duabus ac viginti litteris Hebraicis, eorumdemque Hebræorum libris viginti duobus, ac insuper viginti duobus ab Adam ad Jacob usque generationibus paria numero, prout in parva Genesi, quam quidam Moysis revelationem vocant, circumfertur. Hæc eadem cœlestes virtutes primo die conditas enarrat.

Idem p. 5.

Ἀναγκαίως προήχθην καὶ αὐτὰ τοῦτα δηλῶσαι ἐν μέρει, ἅτε καὶ ἄλλοις ἱστορικοῖς Ἰουδαϊκὰς ἀρχαιολογίας καὶ Χριστιανικὰς ἱστορίας γράψασιν αὐτὰ τοῦτα εἰρῆται ἐκ τῆς λεπτῆς γενέσεως, καὶ ἧς λέγομεν βίβλου Ἀδὰμ, εἰ καὶ μὴ κυρία εἶναι δοκεῖ, ὡς ἂν μὴ εἰς ἀτοπωτέρας δόξας ἐκπέσοιεν οἱ ταῦτα.

Compulit me licet inuitum necessitas nonnihil in medium proferre de his, quæ ab aliis Historicis Judaicas antiquitates, Christianasque narrationes scripto recensentibus ex parva Genesi, ac libro, cui titulus, Adami vita, dubiæ licet fidei voluminibus, fuerunt excerpta; su-

συζητοῦντες. κεῖται γοῦν ἐν τῷ γεγονότι βίῳ Ἀδὰμ ὁ τῶν ἡμερῶν ἀριθμὸς τῆ ὀνομασίας τῶν θηρίων, καὶ ἡ πλάσεως ἡ γυναικός, καὶ ἡ εἰσόδε αὐτῆ Ἀδὰμ ἐν τῷ παραδείσῳ, καὶ ἡ περὶ τοῦ ξύλε ἡ βρώσεως ἐντολῆς τοῦ Θεοῦ πρὸς αὐτὸν, καὶ ἡ μετὰ ταῦτα εἰσόδε ἡ Εὔας ἐν τῷ παραδείσῳ, ταῦτε ἡ παραβάσεως, καὶ μετὰ τὴν παράβασιν, ὡς ὑποτέτακται.

ne qui de hujusmodi curiosius investigant in absurdiores opiniones incidant. In præfata igitur Adami vita comperitur dierum numerus, quo nomen animalia sortita sunt, vel quo mulier formata, vel Adamus in Paradisum inductus, vel de vitando ligni esu præceptum ei positum a Deo, vel quod, Eva in paradisum ingressa, renovatum est, cunctaque transgressionis series, nec non quæ transgressionem sunt sequuta: ut deinceps expositum est.

Quæ sequuntur ex Apocrypha illa Adami vita, habes supra p. 12. *seq.* Vide & p. 142.

Idem Syncellus p. 8.

Ἐκ τῶν λεπτῶν Γενέσεως.

Τῷ ἑβδόμῳ ἔτει παρέβη καὶ τῷ ὀγδόῳ ἐξερρίφησαν τοῦ παραδείσου, ὡς φησι, μετὰ τεσσαράκοντα πέντε

Ex minuta Genesi.

Septimo anno transgressus est Adamus, octavo vero à præcepti violatione ad quadragesimum usque & quin-

ἡμέρας τ ϖλημβάσεως, ἐν τῇ ἐπιτολῇ τῶν Πλειάδων.

tum diem, ejecti ſunt (ut ait) e paradiſo, Pleiadibus exorientibus.

Ἐποίησεν δὴ ὁ Ἀδὰμ ἐν τῷ ϖαραδείσῳ ἑβδομάδα ἡμερῶν τριακοσίων ἑξήκοντα πέντε. καὶ ἐξεβλήθη σὺν τῇ γυναικὶ Εὔᾳ διὰ τὴν ϖλημέλειαν τῇ δεκάτῃ τοῦ Μαΐου μηνός.

Trecentorum ſexaginta quinque dierum ſeptenarium egit Adamus in paradiſo: tum vero Maji decimo, cum uxore Eva violati præcepti reus ejectus eſt.

Τὰ θηρία, καὶ τὰ τετράποδα, καὶ τὰ ἑρπετὰ, φησὶν ὁ Ἰώσηππος, καὶ ἡ λοιπὴ Γένεσις, ὁμόφωνα εἶναι πρὸ τ ϖλημμελέσεως τοῖς πρωτοπλάστοις· διότι, φησὶν, ὁ ὄφις ἀνθρωπίνῃ φωνῇ ἐλάλησεν τῇ Εὔᾳ, ὅπερ ἀδύνατον εἶναι δοκεῖ· πᾶσα γὰρ λογικὴ φύσις κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐστίν· ταῦτα δ' οὐκ εἰκὸς εἶναι κατ' εἰκόνα Θεοῦ.

Feræ, quadrupedia, nec non reptilia, ſi fidem Joſepho, * parvæ Geneſi dederimus, una loquendi ratione cum primo creatis parentibus nondum Dei præceptum transgreſſis utebantur; atque ideo dicunt illi, ſermone hominibus conſueto Evam ſerpens allocutus eſt: quod quidem abſurdum omnino cenſendum. Rationalis enim quævis natura ad imaginem Dei formata eſt: illa vero a Dei imagine cenſentur aliena.

* Joſephus lib. I. c. 2. Antiquitat.

Τῇ ὀγδόῃ ἔτει, φησὶν,

Octavo, ut refert, an-

ἔγνω

ἐγνω ὁ Ἀδὰμ Εὔαν τὴν γυναῖκα αὐτῦ.

Τῷ ἑβδομηκοστῷ ἔτει ἐγεννήθη αὐτοῖς πρωτότοκος υἱὸς ὁ Καΐν.

Τῷ ἑβδομηκοστῷ ἑβδόμῳ ἔτει Φασὶ γεγεννῆσθ τὸν δίκαιον Ἄβελ.

Τῷ ὀγδοηκοστῷ πέμπτῳ ἔτει ἐγεννήθη αὐτοῖς θυγάτηρ, καὶ ὠνόμασαν αὐτὴν * Ἀσυάμ.

Τῷ ἐνενηκοστῷ ἑβδόμῳ ἔτει προσήνεγκε Καΐν.

Τῷ ἐνενηκοστῷ ἐνάτῳ ἔτει Ἄβελ ἀνήνεγκεν θυσίαν τῷ Θεῷ, εἴκοσὸν δεύτερον ἔτος ἄγων, κατὰ τὴν πανσέληνον τ ἑβδόμου μηνὸς παρ' Ἑβραίοις, ἤγουν ἐν τῇ σκηνοπηγίᾳ.

Σημειωτέον ὅτι τὴν Καΐν καρποφορίαν καλεῖ ἡ γραφὴ, τὰ δὲ τ Ἄβελ δῶρα, δηλοῦσα τὸν τρόπον ἑκατέρου.

Τῷ αὐτῷ ἐνενηκοστῷ ἐνάτῳ ἔτει ἀνεῖλεν ὁ Καΐν τὸν Ἄβελ, καὶ ἐπένθησαν αὐτὸν οἱ πρωτόπλαστοι ἑβδο-

no Adamus uxorem Evam cognovit.

Anno ſeptuageſimo natus eſt eis Cain primogenitus.

Anno ſeptuageſimo ſeptimo juſtum Abel in lucem veniſſe dicunt.

Anno octogeſimo quinto nata eſt eis filia nomine Aſuam.

Anno nonageſimo ſeptimo ſacrificavit Cain.

Anno nonageſimo nono in plenilunio ſeptimi Hebræorum menſis, hoc eſt, in Scenopegia, Abel annum agens ſecundum & viceſimum, obtulit ſacrificium Deo.

Obſerva, Scripturam, ut utriusque rationem deſignet, Cain ſacrificium vocare fructuum oblationem, Abel autem, dona.

Anno eodem ſupra nonageſimum nono Cain occidit Abel, quem primi parentes, Hhh 4 μαδι-

* Mox nominatur Ἀσυρά, Vide ſupra p. 129.

μαδικὰς τεσσαρας ἐνιαυτὰς, ἤγουν ἔτη εἴκοσι ὀκτώ.

annorum hebdomadibus quatuor, id est viginti octo, luxerunt.

Τῷ ἑκατοστῷ εἰκοστῷ ἑβδόμῳ ἔτει ὁ Ἀδὰμ καὶ Εὔα ἀπέθεντο τὸ πένθος.

Anno centesimo vicesimo septimo Adamus & Eva luctum deposuerunt.

Τῷ ἑκατοστῷ τριακοστῷ πέμπτῳ ἔτει ἔλαβεν ὁ Καῒν τὴν ἰδίαν ἀδελφὴν Ἀσαυρᾶν ὖσαν ἐτῶν ν· αὐτὸς ᾖ ἦν ἐτῶν ἑξήκοντα πέντε.

Anno centesimo tricesimo quinto, cum esset Cain annorum sexaginta quinque propriam sororem Asuam annis quinquaginta natam duxit in uxorem.

Idem p. 99.

Ὁ ἄγγελος ὁ λαλῶν τῷ Μωυσῇ, εἶπεν αὐτῷ· ὅτι τὸν Ἀβραὰμ ἐγὼ ἐδίδαξα τὴν Ἑβραΐδα γλῶσσαν καὶ τὴν ἀπ' ἀρχῆς λέξεως λαλεῖν τὰ πάτρια ταῦτα, ὡς ἐν λεπτῇ κεῖται γενέσει.

Angelus familiari colloquio cum Moyse solitus uti dixit ei: Hebræam linguam, qualis primitus purior erat, ego docui Abraham, ut ea velut patria loqui noverit. Hæc refert parva Genesis.

Idem p. 108. referens Esavum, cum bello Jacobum invasisset ab eodem victum & Juda impellente interfectum & sagitta transfixum esse, subjungit:

Ταῦτα ἐν λεπτῇ γενέσει φέρεται.

Hæc in parva Genesi narrantur.

Michael

Michael Glycas p. 104. *Annalium.*

οὐδὲ γὰρ ὡς πόδας κεκτημένῳ τὸ πρότερον ἰωάννης τέ φησι καὶ ἡ λεγομένη λεπτὴ γένεσις, νῦν ἀποφαίνεται τὸν ἐπὶ τῇ κοιλίᾳ πεῖπαλον· ἀλλ' ἐπειδὴ καλὰ χρυσορρήμονα ἰωάννην ἀπὸ τῆς ὀρθίας σχήματος τοιαύτην ἄδειαν ἔσχεν, ὥστε πρὸς τὸ ὄφις τῇ Εὔᾳ πλησιάσαι καὶ σὺν τούτων διαλεχθῆναι, τῇ γῇ καὶ πάνυ δικαίως ἐπιστύφεσθαι καθεδικάσθη.

Non enim propterea Deus inambulaturum ventri ſerpentem pronuntiat, quaſi prius ille pedes habuiſſet, ut Joſephus & parvus ille de rerum ortu liber ajunt: ſed quia de ſententia Chryſoſtomi prius facultatem habens erecto corpore conveniendi Evam, & cum ea colloquendi, nunc damnatus fuerit, ac merito quidem, ut humi ſerperet.

Idem p. 108.

Ἡ δὲ λεπτὴ γένεσις λέγει τὸν Ἀδὰμ ἀπροόπτως ἀπὸ τοῦ ξύλου λαβεῖν καὶ φαγεῖν, καὶ μὴ προσχεῖν ὅλως τῷ λόγῳ τῆς Εὔας, ὅτι λειποθυμιῶν ἦν ἀπότε μόχθου καὶ πείνης. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ἀγαπητὲ, σιωπᾶν ἄμεινον, ὅτι καὶ σιωπὴς, ὡς προσέοικας, συγχώνευσιν ἄξια. Εἰ μὴ

Cæterum parvus ille de ortu rerum liber Adamum citra circumſpectionem ſumſiſſe de ligno & comediſſe, prorſus Evæ verbis haud impulſum, tradit. Senſiſſe nimirum moleſtiam animi quamdam ex fatigatione ac fame. Verum hæc ſilentio tegi præſtat, quum perpe-

ξέλει καὶ συλλέγειν ὅτι γυναῖκα ἔλαβεν ὁ Ἀδάμ, ἵνα μὴ ἐφ' ἕτερα τῶν ζώων τραπήσηται. Ὁ ὄφις ἀπὸ κτήνους ἑρπετῶν ἐγένετο. χεῖράς τε καὶ πόδας ἐκέκτητο. Ἀφῃρέθη δὲ ταῦτα διὰ τὸ τολμηρῶν εἰς τὸν παράδεισον εἰσελθεῖν, καὶ διὰ τὸ πρῶτος ἀπὸ ξύλου λαβεῖν καὶ φαγεῖν. Ὁ Ἀδὰμ ἀπεστόλει τὰ πετεινὰ καὶ τὰ ἑρπετὰ, συνῆγε τὸν καρπὸν ἐν παραδείσῳ, καὶ σὺν τῇ γυναικὶ αὐτοῦ ἤθιεν αὐτόν. Ταῦτα μὲν οὖν, ἵνα μὴ λέγω καὶ ἔτι πολλῷ πλείονα τούτων, ἡ λεπτὴ διέξεισι Γένεσις. Ἀλλ' ἄφες αὐτά. Τοῖς δ' ὁπωσοῦν ἐγκύψασι τῇ ἁγίᾳ γραφῇ γέλως ἄνισχυς δοκοῦσι καὶ παίγνια.

tuum silentium mereantur: nisi tu quoque velis dicere, mulierem Adamo concessam, ne alia se ad animalia converteret: serpentem ex jumento factum bestiam reptilem, quum manus ac pedes prius haberet, quibus spoliatus propterea fuerit, quod paullo audacius paradisum fuisset ingressus, ac primus de ligno sumsisset & comedisset: Adamum volucres & reptiles bestias abegisse, ac fructibus paradisi congestis una cum uxore victitasse: quæ quidem (ne multo his plura commemorem) parvus ille de rerum ortu liber narrat, omnino tibi rejicienda, uti quæ pro ludo jocoque ducant, quotquot aliquo saltem modo litteras sacras inspexerunt.

Idem Glycas p. 211.

Ἡ δὲ λεγομένη λεπτὴ Γένεσις, οὐκ οἶδα ὅθεν συγγραφεῖσα καὶ ὅπως, φησὶν ὅτι

Cæterum liber ille, qui parva Geneseos dicitur, haud scio cujus

ὅτι μεθ' ἡμέρας μ΄ εἰσῆλθεν ὁ Ἀδὰμ εἰς τὸν Παράδεισον, ἡ δὲ Εὔα μεθ' ἡμέρας π΄. καὶ τοῦτο χάριν ἐν ἡμέραις τοσαύταις προσάγονται τῷ ναῷ τὸ, τε ἄῤῥεν καὶ θῆλυ, ἀναλόγως τάχα τῷ Ἀδὰμ καὶ τῇ Εὔᾳ· ἀλλ' ἄφες αὐτήν. Ἡ δὲ τοῦ Μωϋσέως ἀληθὴς ἱστορία δείκνυσιν ὅτι τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ τὸν Ἀδὰμ ἔπλασεν ὁ Θεὸς καὶ ἔθετο αὐτὸν εὐθέως ἐν τῷ παραδείσῳ, καὶ τὴν Εὔαν ὡσαύτως ἐν αὐτῷ πλάττει τῷ παραδείσῳ ἐν τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ μίαν τῶν πλευρῶν λαβὼν τοῦ Ἀδάμ.

auctoris, Adamum quidem ait post XL. dies paradisum esse ingressum: Evam vero post LXXX. eaque de caussa post totidem dies tam mares quam femellas in templo sisti. Verum tu mihi librum hunc missum facito. Nam vera Moysis historia monstrat, Deum die sexto Adamum finxisse, ac mox in paradisum collocasse. Consimiliter Evam die sexto de Adami costa, quam sumserat, formatam, sexto item die in paradisum collocat.

Georgius Cedrenus in Compendio Historiarum pag. 1.

Ἀλλαὶ μὴν καὶ ἀπὸ τῆς λεπτῆς Γενέσεως οὐκ ὀλίγα συλλέξαντες καὶ ἀπὸ ἐκκλησιαστικῶν ἱστοριῶν, καὶ ἀφ' ἑτέρων βιβλίων κ.τ.λ.

Non pauca etiam ex parva Genesi, Ecclesiasticis Historiis, aliisque libris conplexi &c.

Idem pag. 3.

Ὁμοῦ πάντα τὰ ἔργα ἐν-

Numerus omnium

κοσι

κοσι δύο, ἰσαρίθμια τοῖς Ἑβραϊκοῖς γράμμασι, καὶ ταῖς εἰκοσιδύο αὐτῶν βίβλοις, καὶ ταῖς ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως Ἰακὼβ εἰκοσιδύο γενεαρχίαις, ὡς ἐν λεπτῇ Φερεσθαι γενέσει, ἣν καὶ Μωυσέως εἶναί φασί τινες ἀποκάλυψιν. αὕτη, τὰς ὁρατὰς δυνάμεις τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ λέγει ἐκτίσθαι. τίνος δὲ χάριν τὴν ζ ἡμέραν εὐλόγησεν ὁ θεὸς, καὶ ἁγίασεν; φασί τινες. λεκτέον οὖν, ὅτι ἑκάστη τῶν ἄλλων ἐκ τοῦ ἐν αὐτῇ γενομένης δημιουργίας ἔχει τὴν εὐλογίαν· ἐπειδὴ δὲ ἔμελλεν αὕτη μόνη μένειν ἀργός, μηδεμιᾶς ἐν αὐτῇ γενομένης δημιουργίας, διὰ τοῦτο χάριν εὐλογήθη καὶ αὕτη ὑπὸ τοῦ θεοῦ, καὶ ἡγιάσθη, καὶ σάββατον ὡς καταπαύσιμος προσηγορεύθη, καὶ ὡς τύπος τοῦ ἑβδόμης χιλιοετηρίδος, καὶ τοῦ τῶν ἁμαρτωλῶν συντελείας· ὡς Ἰώσηπος μαρτυρεῖ, καὶ ἡ λεπτὴ Γένεσις.

operum DEI simul, viginti duo: quæ summa æquat numerum literarum Ebraicarum, & rursus librorum quibus Judæi utuntur, itemque viginti duo graduum generis ab Adamo usque ad Jacobum, ut in parva Genesi legitur, quam etiam nonnulli ajunt esse Mosis patefactionem. Idem liber tradit, cœlestes quoque potentias prima die creatas esse. Cur autem, inquiunt quidam, non omnes, sed septimum duntaxat diem DEUS faustum esse jusit? Respondemus, reliquarum unamquanque ex opificio quod ea die peractum est, suam habere prosperitatis denunciationem, cum autem sola septima eo honore esset caritura, nullo ea die opere condito: ideo ipsa quoque à Deo fausta esse jussa est, ac consecrata, & Sabbatum appel-

appellata: ut quæ requietem afferat, & repræsentet ſeptimum annorum millenarium, finemque peccantium hominum: ut Joſephus teſtatur, & parva Geneſis.

Idem pag. 6.

Οὗτος ὁ Καὶν ὡς ἡ λεπτὴ Μωυσέως Γένεσίς φησιν, τὸ οἰκίας πεσούσης ἐπ' αὐτὸν τελευτᾷ. Λίθοις γὰρ τὸν ἀδελφὸν Ἄβελ ἀπέκτεινε. καὶ λίθοις ὡμοίως καὶ αὐτὸς ἀπεκτάνθη.

Cainum hunc parva Geneſis, quæ Moyſi inſcribitur, ruina domus ſuæ oppreſſum vitam finiviſſe tradit. Lapidibus enim fratrem ſuum Abelem necaverat, itaque ipſe quoque lapidibus eſt interfectus.

Eadem habet Georgius Syncellus loco ſupra p. 120. adducto.

Idem Cedrenus p. 21.

Ἄγγελος τοῦ Κυρίου ἐδίδαξεν τὸν Ἀβραὰμ τὴν Ἑβραΐδα γλῶσσαν, καθὼς αὐτὸς ὁ Ἄγγελος τῷ Μωυσῇ εἶπεν, ὡς ἐπὶ τῇ λεπτῇ κεῖται Γενέσει.

Angelus Dei docuit Abramum Ebraicum ſermonem, ſicut idem Angelus Moyſi dixit, ut eſt in parva Geneſi.

Idem pag. 24.

Ἐν τῇ λεπτῇ Γενέσει κεῖται, ὅτι Μαστιφὰτ ὁ ἄρχων τῶν δαιμονίων προσελθὼν τῷ Θεῷ εἶπεν, εἰ

Scriptum eſt in parva Geneſi, Maſtiphatem Dæmoniorum Principem ad Deum

ἀγα-

ἀγαπᾷ σε Ἀβραὰμ, θυσάτω σοι τὸν υἱὸν αὐτοῦ.

accesſiſſe & dixiſſe: ſi te diligit Abrahamus, immolet tibi filium ſuum.

Fortaſſe etiam ex Geneſi parva hauſit quam ibidem narrat Cedrenus Abrahami diſceptationem cum Aſtrologis & Magis.

Idem pag. 38. & 39.

Οἱ ἐν τῇ λεπτῇ γενέσει κεῖται, μόνους δέκα μῆνας ῥιφῆναι τὰ βρέφη τῶν Ἰσραηλιτῶν ἐν τῷ ποταμῷ, ἕως ἂν ἀνελήφθη Μωϋσῆς ὑπὸ τῆς βασιλίσσης. Διὰ τοῦτο δέκα πληγαὶ ἐδόθησαν ἐν δέκα μησὶ τοῖς Αἰγυπτίοις· καὶ τέλος ἐν τῇ θαλάσσῃ κατεσράφησαν, οὗ τρόπον τὰ βρέφη τῶν Ἑβραίων ἐν τῷ ποταμῷ ἀπέπνιγον, χιλίων ἀνδρῶν ἀποπνιγέντων ἰσχυρῶν Αἰγυπτίων ἀνθ' ἑνὸς βρέφους Ἰσραηλιτικοῦ. Αὐτὸν δὲ τὸν Μωϋσῆν, εἰς τὸ βασιλικὸν γένος εἰσεποιήσατο ἡ θυγάτηρ Φαραώ· ἀλλ' οὖν ἀνῆκε τὴν ἐπιπαγείσης ἐργασίας τοὺς Ἰσραηλίτας.

In parva Geneſi ſcriptum eſt, ſolos decem menſes abjectos fuiſſe in amnem pueros Iſraelicorum, donec a regina Moſes inde exemtus fuit. Ideo etiam decem genera calamitatum per decem menſes Ægyptiis inflicta, eosque demum in mari periiſſe, quomodo Ebræorum pueros in fluvio ſuffocaverant: ita quidem, ut loco unius infantis Iſraelici, mille validi viri Ægyptii interierint. Cæterum Moſen Pharaonis filia in regium genus adoptavit: neque tamen Iſraelitis de imperato opere quicquam remiſit.

Νόμους δὲ πρῶτον μωϋσῆς γράφει τοῖς Ἰουδαίοις.

Primus Moſes Judæis leges poſuit. Idem ho-

Kar-

καταλιπὼν ὁ Μωϋσῆς τὰς κατ' Αἴγυπτον διατριβὰς, εἰς τὴν ἔρημον ἐφιλοσόφει, διδασκόμενος καὶ ὑπὸ τοῦ ἀρχαγγέλου Γαβριὴλ τὰ περὶ τῆς γενέσεως τοῦ κόσμου, καὶ τοῦ πρώτου ἀνθρώπου, καὶ τῶν μετ' ἐκεῖνον, καὶ τοῦ κατακλυσμοῦ, καὶ τῆς συγχύσεως, καὶ τῶν γλωσσῶν, καὶ τῶν περὶ τὸν πρῶτον ἄνθρωπον, καὶ τῶν μέχρις αὐτοῦ χρόνων, καὶ περὶ τῆς νομοθεσίας τῆς μελλούσης παρ' αὐτοῦ δίδοσθαι τῷ Ἰουδαίων ἔθνει, καὶ τὰς τῶν ἄστρων θέσεις, καὶ τὰ στοιχεῖα, καὶ ἀριθμητικὴν, καὶ γεωμετρίαν, καὶ πᾶσαν σοφίαν, ὡς ἐν τῇ λεπτῇ γενέσει κεῖται. Καὶ ὅτι ἐν ᾧ μὲ ἔτει τῆς ἐν Αἰγύπτῳ δουλείας, ἤρξατο Αἰγύπτιοι δέχεσθαι τὴν δεκάπληγον ἐν μηνὶ Ἰουνίῳ, τὰ ὕδατα εἰς αἷμα μετεβλήθη. Ἰουλίῳ, βάτραχοι. Αὐγούστῳ, σκνίπες. Σεπτεμβρίῳ, κυνόμυια. Ὀκτωβρίῳ κτηνῶν πτῶσις

minum in Ægypto consuetudine relicta, in solitudinem ut sapientiæ studio vacaret, se contulit. Ibi (ita quidem parva Genesis refert) à Gabrielo angelorum principe edoctus fuit de origine mundi, de primo homine & eum subsecutis, de diluvio, de confusione & diversitate lingvarum, de statu primi hominis, de temporibus usque ad ipsum elapsis, de lege quam Judæis erat traditurus, de siderum positu, elementis, Arithmetica, Geometria, & omnibus scientiis. Ut ibidem perscriptum est, anno servitutis in Ægypto Judaicæ centesimo quadragesimo quarto, decem plagis Ægyptus affligi divinitus cœpit. Mense Junio aquæ in sangvinem sunt conversæ, Julio ranæ, Augusto sciniphes, Septembri musca canina, Octo-

Νοεμβρίῳ, φλυκτῖδες καὶ ἕλκη. Δεκεμβρίῳ, χάλαζα· Ἰανναρίῳ, ἀκρίς. Φευρουαρίῳ, σκότος ἡμέρας τρεῖς. Μαρτίῳ, τὰ πρωτότοκα. Τῇ ἰδ τούτου μηνός, σκυλεύσαντες τὸν Αἰγυπτίους, ἐξῆλθον, προστάξει θεοῦ τοῦ πεποιηκότος.

bri peſtis pecoris, Novembri puſtulæ & ulcera, Decembri grando, Januario locuſtæ, Februario triduanæ tenebræ, Martio primogenitorum interitus. Die Martii decimoquarto deprædati juſſu DEI Ægyptios Judæi, exiverunt.

Non dubito tum apud Hieronymum Quæſt. & tradit. Hebraicis in Geneſin, tum apud Georgium Syncellum & Cedrenum plura legi ex parva Geneſi repetita: quoniam tamen diſerte illa non indicant, hæc ſatis eſſe volui.

Neſcio idem ne ſit qui in Gelaſii decreto de libris Apocryphis rejicitur *liber qui appellatur de filiabus Adæ ſive Geneſeos*, & quem Sixtus Senenſis ait à Synodo Tridentina damnatum eſſe ſub titulo *floſculorum Bibliæ*.

CLXIII. Χημυσλικὴ σύνταξις Moyſi tributa. Aureæ Judæorum Barbæ.

VIde Delrionis & Bocharti loca quæ retuli ſupra p. 32. & 304. & de Chemica quam Moyſi quidam tribuunt ſcientia, præter Dickinſonum (quem ſupra laudavi) c. 20. phyſicæ Veteris & Novæ, Interpretes ad Exod. XXXII. 20. & Deut. IX. 21. Olaum Borrichium de ortu & progreſſu Chemiæ

miæ p. 47. ſeq. Jo. Danielis Majoris genium errantem c. 31. & Dan. Sennertum de Chymicorum cum Ariſtotelicis conſenſu p. 46. ſeq. Quod vero Nicolaus de Lira ad laudatum Exodi locum narrat à Judæis tradi, filios Iſrael bibentes de aqua in quam comminutum ex aureo vitulo pulverem Moyſes injecerat, quotquot idololatriam commiſiſſent, colorem aureum in barbis traxiſſe, ante Liram Petrus de Riga Rhemenſis presbyter in Aurora ſua ſive Metaphraſi S. Scripturæ, quam ſæculo duodecimo compoſuit, his tetigit verſibus, quos è Codice Cottoniano pridem etiam deſcripſit Seldenus ſyntagm. 1. de Diis Syris c. 4.

Comminuit, commiſcet aquis, potum dat Hebræis,
Exeat ut fœdus per loca fœda Deus.
Hebræi tradunt Moyſem feciſſe quod audis,
Ut ſciret ſolos hac ratione reos.
Nam rutilans auro monſtrabat barba nocentes,
Dum patulo latices fluminis ore bibunt.
Aurum quod fudit Aaron, deſcendit eorum
In barbas tantum, qui coluere bovem.
Nequitiæ plumbum barba monſtratur in auro,
Et culpæ pondus aurea barba notat.

Omitto alia quæ de Moyſe, ſcriptisque ei tributis videri poſſunt in Lambecii prodromo Hiſt. literariæ, Sgambati Archivis Vet. Teſt. & Rev. Georgii Serpilii vitis ſcriptorum Biblicorum Germanice editis Tomo I.

CLXIII. Moyſes cornutus. Numi cum Moyſis effigie.

Ezech. Spanhemius diſſ. VII. * *de præſtantia & uſu numiſmatum p.* 400. *edit. Londinenſis.*

DE Moyſe cui & vulgo *cornua* in numis ejusdem & ſimulacris, ſed recentioris fabricæ tributa, res nata ex homonymia vocis קרן, quam cum alii Interpretes de radiante & ſplendente Moyſis facie explicent loco Exodi πολυθρυλλήτῳ XXXIV. 29. 30. Vulgatus expreſſit, *quod cornuta eſſet facies:* unde nata illa pictorum & cælatorum de adfingendis Moyſi cornibus præpoſtera induſtria. Quamquam & Hieronymum ** haud ignorem, cornutam revera effectam Moyſis faciem exiſtimantem, neque alienum ab illa ſententia illuſtrem Grotium, † qui inde factum obſervat,

* Edit. Amſtelod. diſſertatione V. p. 369.

** Laudat Sphanhemius Hieronymum in Eſaiæ LX. ubi hoc non invenio. Sed ad Amos VII. *unde & in Exodo*, inquit, *juxta Hebraicum & Aquilæ editionem legimus* & Moyſes neſciebat quia cornuta erat ſpecies vultus ejus, *qui bene dicere poterat* (*ex Pſal.* 148. 14.) In te inimicos meos cornu ventilo.

† Verba Grotii ſunt: *Nihil eſt quod ſatis credere valeat illos de facie Moyſis ſurrexiſſe in cornuum ſpeciem, indeque factum ut Mnebes, qui apud Ægyptios cum cornibus colebatur, ipſi Aben Esdræ ad caput Exodi II. credatur eſſe non alius a Moyſe, ſicut & Juſtinus Martyr aut quisquis eſt ſcriptor Admonitionis ad Græcos, ubi in Diodoro Siculo eſt* Μνεύην, *poſuit Moyſen, quo in loco idem ſcriptor* (uti Cyrillus quoque contra Julian.) *pro* ἀγεάπ]οις *habet* ἀγ-

ſervat, ut *Mneves*, qui apud Ægyptios cum cornibus colebatur, ipſi Aben Esdræ non alius credatur a Moyſe. Neque tamen diſſimulandum, præter vulgatum Interpretem reliquos omnes, Græcos, Samaritanum, Syrum, Chaldæum, Arabem de *radiis* & *ſplendore* vultus Moyſis eundem Exodi locum ſimpliciter interpretari; quibus certe accedit fide dignus interpres Paulus 2. Cor. III. 7. cui per δόξαν τ̃ προσώπȣ redditur, juxta nempe LXX. Interpretes, δεδόξασται ἡ ὄψις τ̃ χρώματ⊙ τ̃ προσώπȣ αὐτȣ, & quod explicat Chaldæus Paraphraſtes, *quod multiplicatus eſſet ſplendor gloriæ cultus ſui.* Quo reſpexiſſe etiam videtur Photius, ſeu quicunque Auctor Etymologici MS. κέρας ἐπὶ Δελφοῖς, τὴν τείχα &c. καὶ τὴν ΔΟΞΑΝ, καὶ κερατήν. Facta autem cornuti Moyſis τ̃ Νομοθέτȣ mentio revocat etiam mihi antiquum Catinenſium numum, quem *Charondæ*, patriæ ſuæ aliarumque adhuc Urbium Legislatori tribuebat vir doctus & harum Antiquitatum bene peritus Raphael Triquetus du Freſne in Epiſtola †† edita ad Clariſſ. Seguinum. Quam ſententiam dum inde adſtruit diligens Antiquarius, quod vulgo divinis honoribus, ut id etiam obſervat alicubi Clemens Alexandrinus *l.*

ἐγγράφοις, *& pro* καινότατον *habet* ἱκανώτατον, *ſenſu meliore. Nimirum Moyſes alter erat Joſephus populi paſtor. Joſephus autem ut diximus, bobis* (Apis) *nomine ac figura ſignificatus.*

†† Pariſ. A. 1658. 8. & ad calcem numiſmatum Petri Segvini ibid. 1665. 4. & T. X theſauri Antiquitatum Græcarum Gronoviani p. 569. Vide etiam Gronovium T. 2. tabula 47. & Huetii demonſtrat. Evangel p. 80. Gregorium Michaelis ad Gaſſarelli curioſitates inauditas p. 224. ſeq.

Strom. p. 303. adfecti ſint Legumlatores, & Zaleuci exemplo evincit, firmare luculentius poterat Jamblichi teſtimonio, qui de Charonda id nominatim obſervat in vita Pythagoræ c. 30. divinos eum honores a Civibus ſuis conſequutum. Sed ut ingenue dicam, *Silenum* omnino referre mihi videtur producta a viro docto & expreſſa illo numo effigies, quem frons calva, ſimus naſus, reliqua facies, ipſum denique Cornu, verum Bacchi nutritium ſatis ſuperque arguunt. *Hæc Spanhemius.*

Numum cum facie Moyſis cornuta Romæ nactus Tho. Bartholinus, publicavit libro de unicornu, cap. 3. unde repetiit Lambecius p. 120. prodromi Hiſt. literariæ & Seldenus II. 6. de jure Naturæ & gentium, ubi & alius numus occurrit Moyſis vultum ſed ſine cornibus repræſentans. Hunc primus vulgaverat acceptam a Thoma Lanſio Guil. Schickardus in Tarich Perſico p. 33. atque inde Salmaſius libro de Coma p. 79. Utrumque licet commentitium etiam hoc loco ſpectandum exhibet

Figura 2. & 3. in Tabula quam habes ſupra ad pag. 414.

Tertium praterea apud B. D. Martinum Geierum vidiſſe ſe memorat D. Jo. Benedictus Carpzovius ὁ μακαρίτης in ſchediasmate erudito de numis Moyſen cornutum exhibentibus, Lipſ. 1659. & in ejus diſpp. Academicis junctim excuſis p. 104. per omnia Lanſiano ſimilem, niſi quod cornua recta antrorſum habet. In omnibus tribus numis averſa facies hac legenda offert verba literis Hebraicis: לא יהיה לך אלהים אחרים על פני *Non erunt tibi Dii alieni coram me.*

CLXV.

CLXV. MARIA ſive MIRJAM Moyſis ſoror. Liber Chymicus ei tributus.

Georgius Syncellus p. 248. Chronographiæ.

Δημόκριτος Ἀβδηρίτης φυσικὸς φιλόσοφος ἤκμαζεν ἐν Αἰγύπτῳ μυηθεὶς ὑπὸ Ὀσάνου τοῦ Μήδου καλέντος ἐν Αἰγύπτῳ ὡς ἐπὶ τῶν τηνικαῦτα βασιλέων Περσῶν ἄρχειν τῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἱερῶν, ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Μέμφεως, σὺν ἄλλοις ἱερεῦσι καὶ φιλοσόφοις, ἐν οἷς ἦν καὶ Μαρία τις Ἑβραία σοφὴ, καὶ Παμμένης. Συνέγραψεν περὶ χρυσοῦ, καὶ ἀργύρου, καὶ λίθων, καὶ πορφύρας λόξως. ὁ μείως ἦ καὶ Μαρία. ἀλλ' ὅτοι μὲν Δημόκριτος καὶ Μαρία ἐπηνέθησαν ὡς ὁ Ὀσάνης, πολλοῖς καὶ σοφοῖς

Democriti Abderitæ Phyſici Philoſophi præclarum nomen. Hic ab Oſtano * Medo ab ejus ævi Perſarum regibus ſacrorum præfecturæ cauſa in Ægyptum miſſo ſacris litteris initiatur & imbuitur, in Memphis fano, inter Sacerdotes & Philoſophos, cum quibus erat † *Maria* mulier quædam Hebræa omni diſciplinarum genere exculta, & Pammenes, De auro, & argento, & lapidibus, & purpura ſermone per ambages compoſito ſcripſit, quo dicendi genere uſa eſt

* Mira temporum confuſio Mariam Moſis ſororem, Oſtanem & Democritum coævos fingere. Porro ex hoc Syncelli loco hauſit Scaliger quæ habet in Græcis Euſebianis p. 53. atque is Syncellum à Panodoro hæc putat accepiſſe.

† Conſer Conringium de Hermetica Medicina p. 29. 31. 34.

αἰνίγμασιν κρύψαντες τὴν τέχνην, Παμμένης ὃ κατέγνωσται ἀφθόνως γράψαντος.

etiam *Maria*. Verum hi quidem Democritus & Maria quod ænigmatibus plurimis & eruditis artem occultassent laudati sunt: Pammenes, quod abunde & aperte scripsisset, vituperatus est.

Daniel Sennertus de Chymicorum cum Aristotelicis & Galenicis consensu cap. 3. p. 47.

Referunt etiam nonnulli in Chymicorum classem Mariam Prophetissam, Mosis sororem: nec id primum a Monachis superiorum seculorum vel Arabibus factum; sed Græci aliqui tale jam aliquid crediderunt. Refert enim Isaacus Casaubonus, Exerc. I. 10. ad Baron. in Galliarum Regis Bibliotheca librum de Chrysopœia, sub hoc titulo, ἱερὰ τέχνη, *Ars Sacra*, extare, in quo non solum laudetur Hermes, sed & citetur Μαρίαμ καὶ Ἰουδαϊκαὶ γραφαί, *Maria & scripta Judaica*: qui liber forsan non est dissimilis ei, qui hodie sub titulo, *Turba Philosopborum*, * circumfertur; cui additus est libellus, cui titulus; *Practica Mariæ Prophetissæ, sororis Mosis.* Verum tam credibile est, hunc librum esse Mosis sororis, quam credibile est, alium librum eidem tractatui adjectum nomine! *Practicæ Aristotelis*, esse Aristotelis, utpote qui ipsum Aristotelem, qui Avicennam, qui Arabes nominat; & alterum libellum, qui *Epistola Alexandri Regis* inscri-

* Ita vocatur Syntagma scriptorum Artis auriferæ Basil. 1593. 1610. 8. in cujus operis Tom. I. num. II. legitur.

ſcribitur, eſſe Alexandri Regis Macedonum. Nimirum uſitatum eſt Chymicis, ut libris ſuis famam concilient, eos ſub magnorum virorum nominibus edere, aut ſi auctores ignorentur, iis præclarorum virorum nomina præſcribere.

Olaus Borrichius in conſpectu ſcriptorum Chymicorum p. 40.

Sunt qui exiſtiment Mariam Hebræam triduo negotium potuiſſe tranſigere, immo tandem & trihorio, juxta illud vulgatum: *Maria lux roris ligam ligat in tribus horis.* Verum haud dubie de repetitionibus poſt abſolutum iterum iterumque lapidem hæc intelligenda. Utut ſit, ſat cito ſi ſat bene.

CLXVI. JOSUÆ Benedictio, & Preces.

APud Lambecium lib. III. commentar. p. 54. Εὐλογία ἣν εὐλόγησεν Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ. Εὐλογητὸς εἶ Κύριε ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν, ὁ ἐξαγαγὼν ἄρτον, στερέξας καρδίαν ἀνθρώπου· ὁ Θεὸς ἡμῶν εὐλογητὸς εἶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Etiam Judæi auctorem eſſe Joſuam ajunt precationis celebris עלינו quam quum Synagoga exire volunt orant. Ejus formula integra ex Wagenſeilii verſione hæc eſt: *Noſtrum eſt laudare Dominum univerſi, & magni facere creatorem Orbis: Quia non ſimiles nos effecit reliquis gentibus terrarum, neque æquiparavit nos familiis mundi; quodque nobis aliam quam illis portionem,*

longeque ab omnibus eorundem opibus diversam hæreditatem tribuit. Ipsi enim incurvant se coram vanitate & inaniis, coram homine, quem cinerem, sanguinem, & fel merum esse, (vel ipsum nomen arguit.) *Coram carne,* (cujus nomen & res ipsa) *pudorem, putorem, & vermes* (arguunt. Incurvant se coram Numinibus) *utriusque sexus, impuris, adulteris, quæ in peccatis suis perierunt, & in sceleribus suis fuere extincta: quæ consumptio, pulvis, putredo, vermes & insecta manserunt. Adorant Deum qui juvare non potest, Solem, Lunam, Sidera, Planetas: omnemque exercitum cælorum. At nos incurvamus nos, & procumbimus, coram Rege imperante Regum Regibus, qui insidet Cherubinis, Deo exercituum, Deo Deorum, Domino Dominorum, qui creavit cælos, eosque extendit, qui formavit omnem ipsius sanctitatem expavescentem exercitum illorum;* (qui formavit) *cælum & terram, & quicquid in ea reperitur, maria, & quæ illis insunt. Huic soli conveniunt majestas, potentia, excellentia, laus; gloria, æternitas, decusque; cælos enim terramque sustinet. Tua sunt Domine, regnum, imperium, in omnes res summa autoritas, opes, bonosque. Ab illo prodeunt vita, pax, sapientia, prudentia,* (imo bona) *prodeunt universa. Ipse enim imperat rebus omnibus, oculis suis attendit res omnes. Is est Deus noster, Deus exercituum, insidens Cherubinis, stabiliens cuncta, vivificans cuncta, confirmans cuncta, consumens cuncta. Nullius finis longitudini dierum ejus, nec completur anni ejus. Ipse solus est rupes æterna, non est Deus præter eum. Solium gloriæ ejus est in cælis superne, & providentia roboris ejus inhabitat celsissima excelsorum, regnum illius in universa se extendit, sibi in decus, laudem, gloriamque. Mirabilium operum ejus nec finis est nec terminus, nec consum-*

ſummatio. Ipſe rebus omnibus exiſtit excellentior, gloria & laus ejus omnia regna & poteſtates transcendunt. Benedictus ſit ipſe, benedictum ſit nomen ejus, qui elegit nos in portionem ſuam, & pavit nos ſuo miniſterio. In eum ſolum ſperamus & confidimus, miſericordiam & benignitatem illius expectamus, & in ſalutem ejus collocamus fiduciam. Ejus ſolius nomen immenſum unum prædicamus, & mane veſperique collaudamus. Vere ipſe eſt Deus noſter, nec ullus præter eum; vere Rex noſter, nec quisquam alius: prout ſcriptum in Lege ejus (Deut. 4, 39.) *Agnoscas igitur hodie, & revoces in animum tuum, Jehovam Deum ipſum eſſe in cœlis ſuperne, & in terra inferne: nullum amplius eſſe.* Solent in hac formula codices Judæorum typis excuſi nonnulla omittere, & Judæi ipſi inter orandum illam blasphemias in ſacra noſtra effundere, de quibus vide Buxtorfii Synagogam Judaicam cap. 10. Wagenſeilii tela ignea Satanæ p. 217. ſeq. 223. & ſcriptum Germanice altera vice editus * Bericht was es mit den ſo übel beruffenen Jüdiſchen Gebet Olenu, welches an einigen Orten ferner zu gebrauchen verwehret wird/ für eine eigentliche Bewandniß habe. Jo. Wulferi theriacam p. 311. & Eiſenmengeri Judaismum detectum T. 1. p. 84. 87.

* In der Hoffnung der Erlöſung Iſraelis, Norimb. 1707. 4.

CLXVII. Decem Decreta Josuæ & Synedrii ejus, tempore quo terram sanctam divisit & describi jussit, Josuæ XVIII. 8.

HÆc ex Talmudicis a) & Maimonide refert Seldenus lib. VI. de jure Naturæ & gentium juxta disciplinam Hebræorum cap. 2. unde illa præsenti loco mutuari placet.

I. *Ut minuta pecora* b) *in sylvis pascerent, ubi crassiores essent arbores; non item pecora grandiora. Silva autem cujus tenuiores aut teneriores arbores, non pascerent nec grandiora nec minuta citra domini consensum.* Consensum domini aut in locatione Sylvæ aut in ejusdem postmodum novatione seu mutatione, expressis verbis Conductori indultum. II. *Unicuique hominum* (Ebræorum, in ditione Israelitica) *fas esse colligere sibi frutices* seu *arbuscula in agro alieno, minora scilicet & quæ pro spinis habita, veluti rubos & vepres adhuc viridis atque crescentes, modo illa non succidat. Arbuscula vero ibi & arbores cetera ei vetantur.* III. *Unicuique hominum fas esse colligere sibi herbas sponte nascentes quocunque locorum, præter agrum fœno græco, in jumentorum depastionem, satum.* IV. *Fas esse cuilibet plantarium quocunque locorum putare, exceptis olivarum termetibus. Ita ut non amplius amputet ex arboribus, quam quod oliva aut ovo par fuerit, nec ramos alibi*

putet

a) Gemara Babilonica ad tit. Baba Kama cap. 7. fol. 80. 81. Maimonides halach. *Naziki Mammon*, sive de damnis pecuniariis cap. 5.

b) *Vide tit.* Baba Kama *cap.* 7. §. *ult. & ibi Constant. L' Empereur pag.* 165.

putet quam ſurſum ab ea parte qua diffundi cœpit. Nec vites aliasve arbores in loco ubi rami pauci, ſed tantum ubi denſi. Nec exſcindat quid ex veteri arboris parte quæ fructum ferat, ſed tantum ex nova quæ nondum ferat fructum. Neque demum omnino ejusmodi quid faciat, niſi ubi ſolis radii non admittuntur. V. *Ubi fons fuerit, e quo fluvius intra terminos alicujus urbis ſeu provinciæ labitur, ita utantur fruantur illius urbis ſeu provinciæ incolæ fluvio illo* (*tametſi fons ejus non fuerit in parte ipſis aſſignata*) *ut nec alii cum illis eo utantur fruantur.* VI. *Eas fore hominum cuilibet* (ſemper de Ebræis intellige) *piſces captare e mari Tiberiadis, modo ſcilicet hamis ſolummodo piſcatus fuerit. Neque enim ſepimentum* qualecunque piſcibus capiendis plicatum, paxillis figendo ibi, *expandet* (ita ſcilicet קלע explicat gloſſa Talmudica; nec aliud puto, eſt ab epochis illis, Tranis, ſeu remoris piſcatoriis, quales in Leonis conſtitutione c) memorantur) aut navi *Piſcatoria utetur alius præter tribuum incolas, quarum partem aſſignatam mare illud alluit.* Sic ex Gemara Maimonides. Verba autem Gemaræ d) ſunt, *Hamis piſcantur* (cuilibet piſcari ſic licet) *in mari Tiberiadis; ſed ita ſolum ut ſepimentum*, quale diximus, *non expandat, nec navi piſcatoria utatur.* Adeo ut Maimonidi locus ille ſic intelligatur, ut exceptio de ſepimento & navi ad eos, qui Tiberiadi confines non eſſent, ſolum ſpectaret; hamorum autem & retium, quæ injici ut ἀμφίβληστρα ſolent, parilis haberetur e) ratio. At vero exiſtimant alii hoc Gemaram innuiſſe, omnino nemini quidem fas fuiſſe

c) *Novell.* 56.

d) *Ad tit.* Baba Kama c. 7. *fol.* 81. *a.*

e) Magid Miſna *fol.* 540. *a.*

fuiſſe ex veteri illa conſtitutione ſive navicula piſcatoria ſive ſepimento quale memoratur, uti; ſed Tribui, quæ allueretur, fas fuiſſe *piscari retibus & hamis, reliquis vero tantummodo hamis.* Vide, ſi placet, de piſcationibus Apoſtolorum, in hoc mari, apud Evangeliſtas. Certe Petrus, Andreas, & Philippus ex urbe Bethſaida f) fuere, quæ mari illi vicina. Sed ad decreta Joſuæ redimus. VII. *Cuilibet fas fore quoties neceſſe ei fuerit ventrem exonerare, è via diverti & pene ſepem quæ proximat illud facere, idque etiamſi locus fuerit croco* (aliisque quantivis pretii ſationibus) *plenus, & faſciculum ad abſtergendum ibi ſumere.* VIII. *Cuilibet per vineam aliumve ejusmodi locum erranti hinc inde pervagari licebit, usque dum in viam ſuam reduerit.* IX. *Tempore quo cœnoſæ nimis fuerint viæ publicæ aut aquis impeditæ, fas erit viatoribus, vias ipſis relictas, in vicina quæ adjacent loca ſe conferre atque ibi tranſire, tametſi tranſierit in vias quæ ſuos habuerit Dominos.* X. *Qui forte mortuus repertus fuerit, locum ſuum ſibi adquiret & ſepeliendus erit loco in ipſo quo fuerit repertus, modo is non fuerit angiportus nec intra limites urbis. Tunc enim in locum mortuorum ſepulturæ deſtinatum avehendus erit.*

CLXVIII. Liber JOSUÆ quem jactant Samaritani. Joſua Samaritanis † quibusdam Meſſias.

Joſephus Scaliger lib. VII. de emendat. temporum pag. 669.

HAbemus Samaritanorum magnum Chronicon

f) *D. Joann.* 1. 44. & 12. 21.

† Eulogius apud Photium Cod. 230. p. 466. Τῶν Σαμαρειτῶν

con ex Hebraica lingua in Arabicam converſum, ſed characterе Samaritano deſcriptum. In eo ſunt multa cognitu digna, quamvis aliquando commentis Samaritanis incruſtata. Is liber incipit ab exceſſu Moyſis, deſinit intra tempora Imperatoris Hadriani. Propterea vocatur liber Joſuæ, quod ab exceſſu Moyſis & Ducatu Joſuæ incipit.

Hunc librum Scaliger poſtea legavit * *Bibliothecæ publicæ, Academiæ Lugdenſis, ex quo Codice deſcripſit Hottingerus atque latine vertere & edere promiſit. Vide ejus Exercitationes anti Morinianas p.* 64. *ſeq. &* 106. *ſeq. Sed quoniam conatus ejus fata interruperunt, placet hoc loco ſaltim argumenta capitum Joſuæ illius Samaritani ex eodem Hottingero apponere, cujus etiam Enneadem videre operæ pretium eſt pag.* 18. *ſeq. & Hiſtoriam Orientalem p.* 60. *ſeq.*

ρειλῶν τὸ πλῆθος οἱ μὲν Ἰησοῦν τὸν Ναυῆ ἐδόξαζον εἶναι περὶ ὃ Μωυσῆς εἶπε, προφήτην ἡμῖν ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν ὡς μέ. Οἱ δὲ τοῦτο παρεγράφοντο, Δοσθὴν δέ τινα τοῦνομα ἢ Δοσίθεον ἀνεκήρυττον &c. *Samaritanorum plerique, Joſuam alii filium Nave exiſtimarunt eſſe illum de quo Moyſes:* Propheram vobis ut me excitabit Dominus e fratribus veſtris: *alii iſtud rejecerunt & Doſtbenem ſive Doſitheum extulerunt &c.*

* In Catalogo Bibl. Lugdenſis p. 282. inter Codices MSS memoratur Chronicon Samaritanum dictum liber Joſuæ, ab exitu filiorum Iſrael ex Ægypto ad tempora usque Antoninorum, incerto auctore, lingua Arabica ſed characterе Samaritico. Circa finem tamen, cum properaret librarius, literas Arabicas quæ celerius pinguntur Samaritanis, quin voces etiam, & interdum quoque lineas integras Samaritanis inſperſit.

** Adriani & perſecutionis ab eo in Judæos motæ meminit auctor, addito voto: *Deus conterat os ejus.* Hoc eſt quod in libro Juchaſin vocatur Chronicon Cuthæorum.

60. seq. 131. nec non Clarissimi Relandi partem secundam dissertationum, qui ejusdem Chronici apographum Goliannum, manu Golii passim emendatum possidere se p. 16. testatur.

Epitome Capitum
LIBRI JOSUÆ.

1. Σκιαγραφία est atque Epitome totius opusculi, Israelitarum potissimum statum tum sub Mose in deserto, tum sub Josua & reliquis Judicibus adhibens.

2. Moses mortis vicinus imperii fasceis, cum omnium applausu & congratulatione, Josuæ defert. Eleazari sacerdoti curam religionis veræ tradit. Tandemque collectis copiis impetum facit in Midianitas.

3. Bileamus Magus a quinque Midianitarum & Moabitarum regibus vocatur: ad maledicendum Israelitis solicitatur: a Deo prohibetur: Israelitis, indignantibus Regibus, benedicit. Prolixum est caput & maximam partem ex Num. c, XXII. XXIII. & XXIV. desumptum.

4. Εὕρημα astutum Bileamus in Israelitas excogitat: Reges, quorum desiderio hactenus incantationibus divina gratia impeditis satisfacere non poterat, nunc, ut de alia excutienda quercu cogitent, monet: Suadet, ut agmen formosarum, auro gemmisque micantium puellarum in Israelitarum castra ablegent, ita enim fore, ut Israelitæ ad lasciviam & profusam libidinem pellecti, maledictionem manumque Dei ultricem mereantur. Placet Regibus hoc consilium, & puellas numero 24000. ipso die Sabbathi dimittunt, quarum adventu Israelitæ ita seducti, ut nihil non illarum gratia voluerint. Hinc Deus justissima

in

in populum ſuum accenſus ira, momento ingentem ſtragem edidit, multaque utriusque ſexus millia tum Iſraelitarum, tum gentilium morte ſubita ſuſtulit. Tandem vero Eliezer zelo, quo fervens, filiam Regis lancea transfodit, iratum Deum placavit. Confer Num. c. XXV. Et Apocal. II. v. 14.

5. *Moſes divino mandato excitatus, impiam hanc Midianitarum fraudem non inultam dimiſſurus, magno exercitu eos invadit: Reges illos quinque ob felicem ſtrategematis ſui ſucceſſum ſecuros opprimit. Bileamus ſacris gentilibus intentus, renitente Joſua, qui vivum ipſum Moſi adduci optaſſet, interimitur.* De his Num. c. XXXI. v. 19. 32. 33. 49.

6. *Moſes ſeriis præmiſſis ad populum exhortationibus, vaticiniisque de rebus, ſingulis tribubus eventuris, in Monte Nebo diem ſuum obit. Iſraelitæ magno eum luctu proſequuntur.*

7. Joſuæ pro Moſe Epicedium *oratoria pompa deſcribitur. Moſis res geſtæ a capite ad calcem recitantur: Ejusdemque ſingularia, præ omnibus reliquis hominibus, dona divinitus conceſſa enarrantur.*

8. *Joſua ad Iſraelitarum caſtra revertitur: Moſen triginta dies luget. Cananæi, ex Moſis morte, recipientes animum Iſraelitas oppugnare denuo detreverunt.*

9. *Deus Joſuam auxilii ſui præſentia erigit: eum animo bono eſſe vult: jubetque transire Jordanem, atque terræ ſanctæ occupandæ facere initium.*

10. *Congregatum Iſraelitarum cœtum universum gravisſime Joſua officii ſui monet: fœdus novum cum iis, icit: deboretatur ne majorum ſuorum σκληροτραχήλων veſtigiis inſiſtant. Tandemque vocem Dei audientibus bene-*

benedictionem, & contra hostium vim defensionem promittit.

11. *Populus animis abjectis, & lachrymis largissime fusis omnibus se monitis daturum locum, a Dei verbo neque ad dextrum, neque ad sinistram recessurum sancte in se recipit.*

12. *Israelitæ recensentur* (vide Num. XXVI. & XXXII.) *Tribui Ruben, Gad, & dimidiæ tribui Manasse portio assignata repetitur.*

13. *Lepidam de Exploratoribus Hierichuntinis* (*quam in multis cum Gibeonitarum historia confundit*) *fingit fabellam.* Cum Samaritani solum recipiant Pentateuchum, mirum non est, si, ut in cæteris, ita & in hac historia cœcutiant, eamque insulsis figmentis defœdent.

14. *Josua, post exploratorum reditum, ad expeditionem populum parat: Miraculum, cui post hominum memoriam simile nullum obtigit, in Jordane exsiccato præmuntiat: Sacerdotes cum arca fœderis præcedunt, quos sequitur populus reliquus. Hymnus Levitarum post transitum commemoratur.*

15. *Hymno Deum Josua celebrat pro ingenti beneficio, quo Jordane exsiccato, Israelitas in terram sanctam deduxit: Vicini reges tanto miraculo terrentur; multique eo nomine mortui concidunt. Josua interim de benedictione Dei certus, confirmatusque redditur.*

16. *Hiericho urbs expugnatur: Internecioni devovetur. Acan sacrilegus deprehenditur.* Petita sunt illa, iisdem fere verbis retentis, ex c. VII. Josuæ.

17. *Scelus Acani revocatur ad sortem. Morti cum omnibus suis, postquam prolixe culpam fuisset confessus, addicitur. Deus iratus placatur.* Conveniunt cum

c. VII.

c. VII. & VIII. lib. Josuæ, excepta nova plane, quam habet, & Scripturæ ignota sortilegii descriptione.

18. *Gibeonitæ astu vitam sibi redimunt. E longinquis enim venire se simulantes terris, fœdus a Josua & Israelitis obtinuerunt.* Ex lib. Jos. c. IX.

19. *Quinque duces sive Reguli* (Reges Jos. X. v. 5. appellantur) *bello tentant Gibeonitas: Gibeonitæ, ut instans amolirentur periculum, auxilium Josuæ implorant. Reges in fugam conversi in latebras se abscondunt & speluncas, ex quibus extracti interimuntur.*

20. *Deus Josuæ contra hostes; qui terga vertere coacti fuerunt, victricia concessit arma: Igni cœlitus sidem tacti panico terrore corripiuntur. Josua per Epistolam alis avicula alligatam Eleazarum victoriæ gloriose certiorem reddit: monetque non se prius reversurum, quam omnem, Israelitis, terram promissam, in potestatem suam redegerit. Subacta tandem terra Canaan Josua redit domum, ibique in fluvio ex Montis Benedicti cacumine summo excurrente se cum exercitu lustrat. Post καθαρισμὸν offeruntur sacrificia: celebratur dies festus, Denique pro occupata terra sancta laudatur.*

21. *Terræ promissæ termini mensurantur: Asylaque tria constituuntur.* Vide Josuæ XIV. & deinceps.

22. *Josua, expugnatis jam hostibus, duarum tribuum & mediæ depradicat ingenuitatem, iis nomine reliquarum tribuum gratias agit, quod ad sedes suas, armis occupatas, non properarint, antequam reliquos quoque fratres suos, domicilia parare, hostibusque*

eripere juviſſent. Iisdem deinde Jordanem transfretaturis magna ſolennitate Vicarium Regium Nebichum, *a quo omnia dependerent, commendat. Rex autem iſte, cum patria jam eſſet vicinus, ab obviis ſibi ſubditis trans Jordanem relictis, humaniſſime & honorificentiſſime excipitur.*

23. *Geometræ ſingulis X. tribubus ſuas adjudicant poſſeſſiones. Eas Eleazar ſuffragio ſuo probat. Joſua* פי טור ברוך וערף שמרון in Monte Benedicto, id eſt, Samaritano *non tantum arcem, ſed &* כניסה עלי ראסה templum in vertice ejus *extruxit.*

24. *Iſraelitæ in terra ſancta habitantes Deo juxta Legis præſcriptum ſerviunt. Unde cumulate ejus experiuntur beneficia: Alta fruentes per annos viginti pace, omnibusque regibus & principibus multis parangis ſuperiores.*

25. *Bellum Iſraelitarum cum gentibus exteris recrudeſcit.* Schaubecus *enim filius* Hemami, *Regis Perſarum a Joſua occiſi, ad arma excitat omnes per univerſum orbem Reges, ut ἀρετῇ συμφορτῇ mortem parentis vindicaret, atque Iſraelitas penitus extirparet.*

26. *Exemplar eſt Epiſtolæ Schaubeci Regis ad Joſuam.* Verſionem Hebræam in compendium contractam habes in libro Juchaſin p. 153. fol. 1.

27. *Mittitur hæc Epiſtola ad Joſuam per legatum die decimo menſis ſecundi, poſt annum XXI. ab ingreſſu in terram ſanctam: Sed cum decidendis litibus Joſua eſſet intentus, diesque feſtus immineret, noluit Joſua Epiſtolam illam, ne ea conſternati, fierent remiſ-*

remissiores Israelitæ, legi. Lecta autem fuit festo finito, præsentibus proceribus, qui crudelitate, quam Schaubecus minabatur, multum quidem fuerunt territi, sed auxilio divino freti eam tandem deluserunt.

28. *Josua Regibus, eorumque temeritati fuse respondet. Minas & bellum, quas intentant, parvi facit. Iisque opem divinam, qua miraculose hactenus cum Israelitis fuerit sustentatus, quaque omnium hactenus inimicorum impetus repressérit, opponit.*

29. *Animum Israelitæ ex singulari Josuæ in literis ad Reges expresse magnanimitate recipiunt, eoque nomine gratias agunt. Interea, jubente sic Josua, turma equitum collecta, intraque horæ spatium hominum 300000. confluxerunt. Tandem responsio Josuæ, ad ipsius Legati præsentiam, repetitur.*

30. *Legatus regius, exercitus castrorumque Israeliticorum testis αὐτόπτης, animo fracto prorsus & abjecto cum literis Josuæ ad suos revertitur.*

31. *Legatus legatione sua defunctus, Josuæ literas publice recitat. Reges, vel solo audito titulo, quo honorificentissime Josua cum suis, ignominiosissime vero Reges appellabantur, animum despondent; deque victoria, quod & lachrymarum profusa vi magna testati fuerunt, desperarunt. Interim vero, dum suam deplorant sortem, mater Schaubeci magiæ peritissima, cum sene quodam, mago, in medium prorupit, pusillanimitatem regum reprehendentes. Num quid*, inquiebant, *quem ne quidem vidistis hostem tantopere extimescatis? Agite, nos quoque legatum audiamus. Prodit legatus, omnemque spem ipsis vel incantationibus, vel stratagematibus, vel aperto*

Marte expugnandorum Iſraelitarum ademit. Iſtis tamen Legati verbis adeo non ceſſerunt, ut ultima etiam magiæ ſpecimina contra populum Dei tentare conſtituerint.

32. *Joſua ad expeditionem contra Reges iſtos ſe parat: antequam vero exercitum eduxit, jubet Eleazarem convocare populum; eidem, juxta mandatum legis, benedicere; pro ſalute populi, dum cum hoſtibus conſligeret, orare.*

33. *Joſua, cæterisque Iſraelitis, artibus magicis, ita fuerunt præſtricti oculi, ut muris ferreis circumſepti ſibi viderentur: Ideo autem, permiſſione divina, Iſraelitis hoc obtigit, ut Regis Nebichi gloriæ & æternæ famæ conſuleretur. Tandem ad ſonitum tubæ Eleazaris ſacerdotis, muri iſti corruerunt, hoſtesque in fugam dati ſunt.*

34. *Joſuæ literis, miniſterio columbæ, ad Nebichum patris ſui filium, vicarium Regium duarum tribuum & dimidiæ miſſis, ſuam deplorat ſortem.*

35. *Exemplar Epiſtolæ Joſuæ ad Nebichum. Conqueritur autem, quam male de ſe intra ſeptem muros ferreos conſtituto agatur, rogatque, ut, omni abjecta mora, ſibi ſuisque ſuppetias ferat.*

36. *Nebichus* (quem filium Gileadis, nepotem Maciri, pronepotem Menaſſis appellat) *acceptis Joſuæ literis, e veſtigio numeroſo exercitu in ſubſidium Iſraelitarum properat. Schaubecum Regis filium, quo cum ante oretenus locutus, telo trajicit. Reliqui hoſtes fugantur. Laudesque Deo pro victoria dicuntur.*

37. *Com-*

37. *Compendium Legum, rituum, & cæremoniarum, Iſraelitis, poſt diuturna cum Regibus bella tempore tranquillo, & a dimicationibus immuni præſcriptarum de Jubileo;* שְׁמִטָּה *ſive* anno remiſſionis; *De feſtis; De decimis Levitis & Sacerdotibus pendendis; De manumiſſione ſervorum Hebræicorum; De ſacrificiis animalium mundorum, quorum oblationem etiam tempore Joſuæ & deinceps ineptiſſime reſtringit* עלו מרבה טור ברוך ad altare Montis Benedicti; *De præceptis* עשה *ſive* affirmativis & לא תעשה (quam ipſam diſtinctionem a Talmudicis deſumſiſſe videntur) negativis; *De exploranda zelotypia; De officio Levitarum in deſcribendis Legis exemplaribus, conſcribendis genealogiarum catalogis & hymnis: Cuſtodiendis templi vaſis: De ſacrificio jugi. De precibus & benedictionibus, aliisque, quorum in Pentateucho Moſis fit mentio, pietatis officiis.*

38. *Joſua morti vicinus Iſraelitis valedicit. Sorte ſucceſſorem relinquit* Babelem, *qui nepos fuit Chalebi ex fratre, e tribu Juda* (vide Jud. c. 1.) *Hortatur illos, ut ne a viis Domini recedant,* (Joſ. XXIV.) *Moritur, ac ſepelitur in ſpelunca Sed & Babel, cum annos novem populum judicaſſet, vivis excesſit, relicto ſucceſſore* Terfio *Ephraimita. Reliquorum Judicum, Simſonem ſi exceperis, quorum cura Reſpublica Judaica per 260. annos adminiſtrata fuit, nomina non expreſſit.*

39. *Eleazarus Pontifex moriturus, Iſraelitarum principes officii ſui monet, curamque cultus divini commendat. Exit ad ſpeluncam, in qua exutis veſtibus ſacerdotalibus,*

mortuus ſepelitur. Surrogatur ipſi filius Pinchas, qui iiſdem ceremoniis, in agone mortis conſtitutus ſacerdotio ſe abdicavit, eodemque cum Patre tumulo conditur. Subnectitur ἀναϰεφαλαίωσις beneficiorum, quæ in Iſraelitas ab Adamo ad Judicum usque tempora collata fuerunt.

40. *Tragice Simſon perit. Gentes ex Bileami libris edocentur, nulla ratione interitum afferri poſſe Iſraelitis, niſi impietate & apoſtaſia Deum provocent. Mittuntur itaque maleferiati homines, quorum commercio non tantum uſi Iſraelitæ, ſed & iiſdem omnia arcana detexerunt. Hinc familiarius æquo cum iis converſantes, corruptiſſimos ipſis affricuerunt mores, quibus ita ira Dei concitata, ut Templum ſplendore gloriæ ſuæ, igni cæleſti orbatum, planeque obſcuratum fuerit.*

41. *Tacite pergit Chronologus ad librorum Samuelis hiſtorias, quas miſere dilaniat. Refertque diſcordiam inter filios Pinchaſi, & ſacerdotem Eli, ob ſacerdotium exortam. Unde pium illum ſenem Eli calumnioſe traducit, & tanquam famoſiſſimum Magum, qui infinitas magia ſua corraſerit divitias calumniatur. Impingit ipſi, quod ſacrificia contra Dei mandatum abtulerit, cultumque ſacrum Schiluntem, ſchismatico auſu, transtulerit. Quin & ipſum virum Dei Samuelem, magicis artibus imbutum fuiſſe blaſphemo deblaterat.*

42. *Multa Scripturæ congruentia refert; de Philiſtæis contra Iſraelitas congregatis: filiorum Eli cæde; Arcæ ablatione: morte Eli.*

43. Con-

43. *Continetur fabula de Rege Perſiæ* Bachtnezar, *quam in Exerc. Antimorin. ſect. XLIX. Hottingerus attulit.*

44. *Hiſtoria Iddonis & Alexandri M. (qua de in eadem Exerc. ſect. LV.) tribuitur Samaritanis. Commemorantur urbes, locæ, ab Alexandro occupata. Samaritanis, reliquisque Judæis ab Alexandro imperatum, ut ſtatuas, more gentium, erigerent: cujus mandato ut ſatisfacerent, infantes recens natos nomine Alexandri appellari illi voluerunt. Unde cum ex Ægypto redux à Judæis, ubi nam ſtatuæ eſſent Rex percontaretur? Statim illi, productis filiis, exclamarunt: He, ô Rex! ſunt ſtatuæ vivæ, quibus nomen tuum impoſuimus ſingulis.*

45. *Obſidio urbis Hieroſolymitanæ per Adrianum ſuſe pertexitur. Adrianus Neapolim concesſit, ibique nonnullos pontes fecit. Eodem tempore Samaritanis ablati libri præſtantisſimi, Hiſtorici, Genealogici, adeo ut de Iſraelitis male fuerit actum ad tempora usque Babarrabæ, filii Nathanael, filii Akban, de quo plurima memorabilia recenſet.*

46. *Nathanaeli nati ſunt Babarraba, Akbas & Pinchas. Prohibent Romani ne quenquam Samaritani ex Infantibus ſuis circumciderent. Ne vero Samaritani circumciſionem temerarie violarent, eduxerunt clam in ſpeluncas filiolos ſuos, quos circumciſos, ancillarum opera domum deduxerunt. Neque vero hanc tantum iis legem fixerunt Romani, ſed & adipe, carne ſuilla cibum & potum eorum infecerunt. Quin etiam avem aneam* (Tilſeman vulgo, juxta Arabum & Hebræorum conſvetudinem in Chronico, illa appellatur) *in monte*

Garizim collocarunt, quæ ubi Samaritani ad cultum ſuum peragendum aſcendere voluerunt, exclamaſſe fertur. Hebræus! *Qua voce Romani excubias ibi agentes excitati confeſtim proruperunt, obviumque Hebræum occiderunt.*

47. *Mittitur a Babarraba, Levi, nepos ex fratre, Conſtantinopolim ut liberales ibi diſceret artes: hic tam felices fecit in literis progreſſus, ut ſummus Episcopus fuerit electus, petiitque, ut ſibi venia adeundi montis Garizim concederetur, eam ab Imperatore impetrat, magnoque cum ſatellitio Neapolim pervenit.* An vero hac ratione Samaritani, quod unum intendebat, Romanum excuſſerint jugum, ex Chronologo non liquet.

Finis libri JOSUÆ.

CLXIX.

CLXIX. Columnæ à Cananæis in Joſuæ * memoriam poſitæ.

Procopius Vandalicor. lib. II. cap. 20. p. 135. cum verſione Hug. Grotii.

Ἐπειδὴ Ἑβραῖοι ἐξ Αἰγύπτου ἀνεχώρησαν, καὶ ἀγχὶ τῶν Παλαιστίνης ὅρων ἐγένοντο· Μωυσῆς μὲν σοφὸς ἀνὴρ, ὃς αὐτὸς τῇ ὁδῷ ἡγήσατο, θνήσκει· διαδέχεται δὲ τὴν ἡγεμονίαν Ἰησοῦς ὁ Ναυῆ· ὃς εἰς τὴν τε Παλαιστίνην τὸν λεὼν ξυνάγει· καὶ ἀρετὴν ἐν τῷ πολέμῳ χρείσσω ἢ κατ' ἀνθρώπου φύσιν ἐπιδείξάμενος (τὴν χώραν ἔσχε, καὶ τὰ ἔθνη πάντα καταστρεψάμενος) τὰς πόλεις εὐπετῶς παρεσκευάσατο, ἀνίκητός τε πανταχόθεν ἔδοξεν εἶναι· τότε

QUo tempore egreſſi Ægyptum Hebræi jam prope Palæſtinæ fines venerant, mortuus ibi Moſes vir ſapiens, dux itineris. Succeſſor imperii factus Jeſus Navæ filius intra Palæſtinam duxit popularium agmen, & virtute uſus ſupra humanum modum, terram occupavit, gentibusque exciſis urbes ditionis ſuæ fecit & invicti famam tulit. Maritima ora quæ à Sidone ad Ægypti limitem extenditur, nomen habebat Phœnices. Rex unus

* De nomine Joſuæ priore Num. XIII. 17. quod pro Ὡσηὲ, quidam veteres Αὐσῆ efferunt, & perperam etiam Ναυσῆ, atque ut in S. Nili lib. I. Epiſt. 52. Αὐσὶν, vide Cotelerium ad Epiſt. Barnabæ c. 12. Pearſonium ad Symbolum Apoſtol. p. 125. ſeq. & Steph. le Moine notas ad Varia ſacra p. 949.

ὃ ἡ ἐπιθαλασσία χώρα, ἀπὸ Σιδῶνος μέχρι τῶν Αἰγύπτου ὁρίων, Φοινίκη ξύμπασα ὠνομάζετο· βασιλεὺς δὲ εἷς τὸ παλαιὸν ἐφεστήκει· ὥσπερ ἅπασιν ὡμολόγηται, οἱ Φοινίκων τὰ ἀρχαιότατα ἀνεγράψαντο. ἐνταῦθα ὤκηντο ἔθνη πολλανθρωπότατα, Γεργεσαῖοί τε καὶ Ἰεβουσαῖοι καὶ ἄλλα ἄττα ὀνόματα ἔχοντα, οἷς δὴ αὐτὰ ἡ τῶν Ἑβραίων ἱστορία καλεῖ· ἦν δὲ ὁ λαὸς ἐπὶ ἅμαχόν τι χρῆμα τὸν ἐπηλύτην στρατὸν εἶδον· ἐξ ἐθῶν τῶν παλαιῶν ἐξαναστάντες ἐπ' Αἰγύπτου ὁμόσε ὅσης ἐχώρησαν, ἔνθα χῶρον ἁδένα σφίσιν ἱκανὸν ἐνοικήσασθαι εὑρόντες, ἐπεὶ ἐν Αἰγύπτῳ πολυανθρωπία ἐκ παλαιοῦ ἦν· εἰς Λιβύην ἐσάλησαν, πόλεις τε οἰκίσαντες πολλὰς, ξύμπασαν Λιβύην μέχρι στηλῶν τῶν Ἡρακλέους ἔσχον· ἐνταῦθά τε καὶ ἐς ἐμὲ Φοινίκων φωνῇ χρώμενοι ὤκηνται· ἐδείμαντο δὲ καὶ Φρυγίου ἐν Νομιδίᾳ, ὃ νῦν πόλις

imperabat, ut omnes qui res Phœnicias scripsere, consentiunt. In eo tractu numerosæ gentes erant, Gergesæi, Jebusæi, quosque aliis nominibus, Hebræorum annales memorant. Hi homines ut impares se advenæ imperatori videre, derelicto patriæ solo ad finitimam primum venere Ægyptum. Sed ibi capacem tantæ multitudinis locum non reperientes, erat enim Ægyptus jam ab antiquo fœcunda populis, in Africam profecti, multis conditis urbibus, omnem eam, Herculis columnas usque, obtinuerunt: ubi ad meam ætatem sermone Phœnicio utentes habitant. Etiam in Numidia castellum posuere quo loco nunc urbs est dicta Tingis. Hic duæ stant e lapide candido columnæ propter magnum fontem, inscriptæ Phœ-

Τίγισις

Τίγισίς ἐσί τε καὶ ὀνομάζεται· ἔνθα πῆλαι δύο ἐκ λίθων λευκῶν πεποιημέναι ἄγχι κρήνης εἰσὶ τὰ μεγάλης γράμματα Φοινικικὰ ἐγκεχολαμμένα ἔχουσαι, τῇ Φοινίκων γλώσσῃ λέγοντα ὧδε· ἡμεῖς ἐσμὲν οἱ φεύγοντες ἀπὸ προσώπου Ἰησοῦ τοῦ λῃστοῦ, ἀπὸ Ναυῆ.

nicias literas, quarum ex ſermone Phœnicio hæc eſt interpretatio: *Nos illi ſumus, qui prædonem effugimus Jeſum, Nave filium.*

Confer Evagrium lib. IV. Hiſt. Eccleſ. cap. 18. Nicephorum XVII. 12. Theophanem &c. & quod in Chronico Græco Euſebii Scaligeriano p. 11. de Chananæis: ὅτοι ἔφυγον ἀπὸ προσώπου τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, καὶ καθῴκησαν Τρίπολιν τῆς Ἀφρικῆς, ὡς ὅταν ἐν τῷ κλήρῳ τοῦ χαμ.

Suidas in χαναάν.

Μωϋσῆς τεσσαράκοντα ἔτη συμφιλοσοφήσας τῷ λαῷ, τελευτᾷ, διάδοχον καταλιπὼν Ἰησοῦν τὸν τοῦ Ναυῆ· ὅς τις καθῴκισε τὸν Ἰσραὴλ ἐν τῇ γῇ, ἣ ἐπηγγείλατο Κύριος τῷ Ἀβραάμ· (ἔστι δὲ ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ Αἰγύπτου κυκλουμένη διὰ θαλάσσης, καὶ ξηρᾶς) ἐκβαλὼν πάντας

Moſes annos XL. in religionis legumque ſtudio cum populo verſatus, obiit, relicto ſucceſſore Jeſu, Nave filio, qui Iſraelem collocavit in illa terra, quam Deus Abrahamo promiſerat, (extenditur autem a flumine Ægypti, mari & continente cincta)

τὰς

τὰς βασιλεῖς καὶ δυνάστας τῶν ἐθνῶν, οἵ τινες ὑπ' αὐτῷ, διωκόμενοι, διὰ τὸ φοβεῖσθαι Αἴγυπτον τε καὶ Λιβύης κατέφυγον εἰς τὴν τῶν Ἄφρων χώραν, τῶν Αἰγυπτίων μὴ προσδεξαμένων αὐτοὺς, διὰ τὴν μνήμην τὴν προτέραν, ἣν ἔπαθον δι' αὐτοὺς ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ καταποντισθέντες θαλάσσῃ· καὶ προσφυγόντες τοῖς Ἄφροις τὴν ἔρημον αὐτῶν ᾤκησαν χώραν, ἀναδεξάμενοι τὸ σχῆμα, καὶ τὰ ἔθη, καὶ ἐν πλαξὶ λιθίναις ἀναγράψαμενοι τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ἀπὸ τῆς Χαναναίων γῆς ᾤκησαν τὴν Ἀφρικήν. καὶ εἰσὶ μέχρι νῦν αἱ τοιαῦται πλάκες ἐν τῇ Νομιδίᾳ, περιέχουσαι ὧδε τως· Ἡμεῖς ἐσμὲν Χαναναῖοι, οὓς ἐδίωξεν Ἰησοῦς ὁ λῃστής.

ejectis omnibus Regibus & Principibus gentium. Qui, cum ab eo profligarentur, per maritimam Ægyptum & Libyam in Africam confugerunt, cum eos Ægyptii non ſuſcepiſſent, propter memoriam priorem eorum, quæ propter ipſos perpeſſi fuerant, in rubro mari ſubmerſi. Cum igitur ad Afros confugiſſent, deſertam illorum regionem incoluerunt, eorum habitu & inſtitutis receptis, & cauſa in lapideis tabulis inſcripta, cur ex Chananæa regione in Africam habitandi cauſa migraſſent. Hæ vero tabulæ adhuc ſunt in Numidia, quæ hæc verba continent: *Nos Chananæi ſumus, quos profligavit Jeſus latro.*

Huic narrationi, quam non audent plane rejicere Scaliger ad Euſeb. Bochartus præf. ad Chanaan & lib. 1. cap. 24. Seldenus prolegom. de Diis Syris p. 18.

p. 18. Bernardus Aldrete in Antiquitatibus Hiſpaniæ & Africæ III. 15. Hottingerus in Hiſt. Orientali p. 68. Huetius in Demonſtratione Evangelica, Grotius aliique, fidem omnem detrahere conatur Antonius van Dale Epiſtola ad Theodor. Janſonium ab Almeloveen, quam videſis ad calcem diſſertationum de Origine Idololatriæ & ſuperſtitionum p. 749. ſeq. Cæterum quod Cananæi à Joſua pulſi in Africam & Inſulas mediterraneas confugerint, novis argumentis nuper confirmavit Auguſtinus Calmet, Monachus Benedictinus in diſſertatione commentariis Gallice editis in librum Joſuæ ſubjuncta Pariſ. 1711. 4.

CLXX. PHINEÆ Explanatio nominum ſacrorum.

Sgambatus Archiv. Veteris Teſt. lib. II. p. 277.

PHinees F. Ithamari, Sacerdos Magnus, quem ſtirpe materna tradunt è tribu Joſeph natum, dicitur & ipſe nonnulla ſcripſiſſe. Primum enim in Bava Bathra dicunt eum libro Joſuæ addidiſſe quicquid Eleazar * non potuit, ad minimum ultimum verſum, quo mors Eleazari narratur. Deinde apud Hebræos librum reperio hoc nomine: ביאור שמות קדש של פינחס *Explanatio nominum Sanctorum, Phineæ.* Hebræi putant

* Ajunt enim Eleazarum addidiſſe libro Joſuæ verſus illos poſtremi capitis: *Et poſt hæc mortuus eſt Joſua filius Nun* &c. Quemadmodum Joſuam ajunt addidiſſe Pentateucho quæ capite ultimo Deuteronomii leguntur de morte ac ſepultura Moyſis.

tant Phineæ illius magni eſſe, quod ſi quis credere velit, ſuo periculo credat. Mihi liber neque viſus unquam, neque aliunde quam nomine notus ex indice Bibliotheca Bavaricæ. Quod ſi Phinees eſſet idem qui ** Elias, ut ſcribunt in Medras, multo plura eum ſcripſiſſe dicendum eſſet. Phinees porro idem quod Phœnix †. Quid mirum igitur ſi quemadmodum Phœnix longævus & poſt fata redivivus fingitur, ita idem de Phinea Hebræi veteres tradant.

CLXXI.

** Origenes Tom. VII in Johannem: *Neſcio unde ſoluti in Apocryphis noſtri Hebræi tradunt Phineam illum qui eſt Eleazari filius, ipſum eſſe Heliam, & immortalitatem ipſi promiſſam in Numerorum libro per pacem, nominatam fœdus, eo quod Zelum habuit.* Hinc eſt quod annos prope quingentos Phineem vixiſſe fabulantur Judæi. Vide Jo. Morini Exercitationes Biblicas p. 285. Ut autem Phineæ animam in Eliam veniſſe dicerent, inde factum, quod Eliæ Zelus ſimilis eſſet illi qui fuit in Phinea. Conſer Grotium ad Matth. XI. 14. & Lightfooti Opera T. I. p. 586. ſeq. Male in Chronico Euſebii ad A. 860. de Heli Pontifice quod dicendum erat de Propheta Helia: *Hebræi hunc tradunt eſſe Phineem.* Nam & in traditionibus Hebraicis quæ inter ejusdem Hieronymi opera leguntur, ad 1. Reg. 2. non de Heli Pontifice ſed de viro Dei qui ad Heli illum locutus eſt: *Hunc virum Dei, Judæi Phinees dicunt, quem & Eliam autumant.*

† Scaliger p. 38. ad Euſeb. ut probet nomen Φοῖνιξ eſſe Phœnicium ſive Cananæum, obſervat nomina פנחס ſive *Phineas* & Φοῖνιξ iisdem literis conſtare, non tamen inde colligit fabulæ de Phœnice ave quicquam cum Phinea eſſe commune.

CLXXI. SAMUELIS Prophetæ liber de jure Majeſtatis.

Jo. Bodinus lib. I. de Republica c. 10. p. 231.

CUm Samuel Regem quem Deus antea deſignarat, ſacris initiatum coram populo quaſi ſorte oblatum renunciaſſet, *De jure Majeſtatis*, librum * ſcripſiſſe dicitur, quem Hebræorum ſacerdotes ac Magiſtri à Regibus ipſis concerptum ac dilaceratum prodiderunt, ut liberius in ſuos tyrannidem exercerent.

Sgambatus in Archivis V. T. p. 281.

1. Reg. X. dicitur ſcriptus à Samuele ספר משפט המלוכה *liber de jure Regni.* R. Levi ben Gerſon ait, hoc libro illum egiſſe de Regis auctoritate, ac poteſtate in populum, eumque librum collocatum eſſe à Samuele in Arca. Alii vero putant illum hoc libro non tam egiſſe de jure quam de more, ** ſeu potius abuſu Regiæ poteſtatis, & vaticinatum eſſe incommoda & clades quæ inde orituræ eſſent.

CLXXII.

* Colligunt hoc ex 1 Samuelis X. 25. Sed non videtur fuiſſe aliud quam quod de Regio Imperio legitur 1 Sam. VIII. 10-18. Quod verò nonnulli ad Samuelem referunt librum Judicum, & Ruthæ, tanquam rem parum certam prætereo. Cæterum in duobus quos habemus ſub Samuelis nomine libris veriſimile eſt contineri ſcripta Samuelis, Nathani & Gadi Prophetarum, quæ laudantur 1. Chron. ult. verſu 29.

** Conſer ſcriptores laudatos à B. D. Carpzovio in limine notarum ad Schickardi Miſchpat hammelech, & in Bibliographia mea Antiquaria c. XIV. §. 3.

CLXXII. Septem Prophetides & duodequinquaginta Prophetæ Veteris Teſt.

NUmerum hunc ineunt Talmudici in Gemara Megilla p. 14. ac Prophetidas quidem enumerant 1) *Saram*, 2) *Mirjam*, 3) *Deboram*, 4) *Hannam*, 5) *Abigail*, 6) *Holdam* & 7) *Eſther*. De his præter Sgambatum p. 269. ſeq. qui contra Judæorum mentem p. 274. pro Sara Juditham ſeptimo loco numerat, videndæ Rev. D. Guſtavi Georgii Zeltneri diſſertationes de fœminis ex Hebræa gente eruditis, quarum primam de Debora Altorfii 1708. editam evolvere me memini. De XLVIII. Prophetis hæc Bartoloccius T. 3. Bibl. Rabbinicæ p. 457. ex eadem Gemara: *Multi fuerunt Prophetæ in Iſrael, duplo plures quum fuerint illi qui egreſſi ſunt ex Ægypto. Et ſcripſerunt prophetias illas quibus opus erat illi ævo; quæ neceſſariæ non erant, non ſcripſerunt.* (R. Salomo: *Prophetia cujus opus habebat illa ætas, ut addiſcerent pœnitentiam aut doctrinam. Et omnes iſti quadraginta octo fuerunt neceſſarii, & in* Halachoth ghedoloth, & Seder Olam *numerantur*: 1) Abraham, 2) Iſaac, 3) Jacob, 4) Moſes, 5) Aaron, 6) Joſue, 7) Phinees, 8) Elkana, 9) Eli, 10) Samuel, 11) Gad, 12) Nathan, 13) David, 14) Salomon, 15) Iddo, 16) Michiau, (Jemblæ filius 1. Reg. XXII. 8.) 17) Abdia, 18) Achias, 19) Jehu, 20) Azarias, 21) Chaziel, (2. Chron. XX. 14.) 22) Eleazar. (2. Chron. XX. 37.) *Omnes iſti fuerunt in diebus Joſaphat. Et in diebus Jeroboam*

roboam ben Joas; 23) Oſee, 24) Amos. *In diebus Jotham*: 25) Micheas. *In diebus Amaſiæ.* 26) Amos (Eſaiæ pater, diverſus ab eo cujus Prophetia extat) 27) Elias, 28) Eliſæus, 29) Jonas, 30) Iſaias. *In diebus Manaſſe*: 31) Joel, 32) Nachum, 33) Habakuk. *In diebus Joſiæ*, 34) Sophonias, 35) Jeremias. *In captivitate* 36) Urias (Schemajæ F. Jerem. XXVI. 20.) 37) Ezechiel, 38) Daniel. *Anno ſecundo Darii:* 39) Baruch, 40) Neriah, 41) Sceriah, 42) Machaſia, 43) Aggæus, 44) Zacharias, 45) Malachias & 46) Mardochæus. *Sed quia de Daniele diximus, eum non eſſe Prophetam,* * *igitur excipe* Danielem, *& repone* Scemaajah (2. Reg. XII. 22. & 2. Chron. XI. 2. XII. 15.) *qui dixit Roboamo: Ne aſcendatis, neque pugnetis contra filios Iſrael.* Deficiunt duo a numero. Rabbi Salomo ingenue dicit: *Duos* qui deficiunt *non novi.* Hactenus R. Salomon ex Auctore Halachoth ghedoloth. Eosdem refert Auctor Scialſcelet Hakkabala p. 18. qui cum & ipſe inveniat deficere duos, hunc numerum ſupplet addendo *Chanamel* & *Scialum* (ex Jerem. XXXII. 7.) Vide En Iſrael parte I. pag. 150. columna 3. num. 20. Ab Abarbanele † autem in Præfatione lib. Regum Diſſ. 10. referuntur *XXVI. Prophetæ, quorum Nomina in Scripturis expreſſa, & oracula victuris char-*

* Notum eſt Danielem a Judæis quibusdam non haberi pro Propheta & annumerari Hagiographis, licet Abarbanel contra Maimonidem diſerte contendit ſummum Prophetiæ gradum Danieli neutiquam poſſe denegari. Vide Jo. Friſchmuthi diſſ. de diviſione S. Scripturæ V. T. in Legem, Prophetas & Hagiographa, Jen. 1665. & Buxtorfii diſſ. Philologico Theol. p. 496. ſeq.

† Jo. Meyerus in Seder Olam p. 963.

tis commissa, qui inde a Rehabeamo usque ad Zedekiam Hierosolymis prophetarunt, nempe 1) Schemaja, 2) Iddo, 3) Asaria filius Oded, 4) Chanani. 5) Jehu Chanani F. 6) Obadia, 7) Jechasiel, 8) Micha ben Jemlæ, 9) Elieser filius Dodiæ, 10) Zacharias filius Jehojadæ, 11) Amos frater Amaziæ, 12) Amos pater Jesaiæ, 13) Hoseas, 14) Amos, 15) Jesaias, 16) Micha Moraschtites, 17) Oded, 18) Joël, 19) Nachum, 20) Habacuk, 21) Jeremias, 22) Zephania, 23) Hulda Prophetis, 24) Urias, 25) Seraja, & 26) Ezechiel. *Et X. Prophetæ recensentur, qui* Israelitis *sive* decem tribubus *prophetarunt*: 1) Achia Silonita, 2) Iddo, 3) Jehu, 4) Elias, 5) Micha filius Jemblæ, 6) Obadia, 7) Elisa, 8) Jonas, 9) Hoseas & 10) Amos. *In regno Israelitico*, inquit, *multi erant impii, & pauci Prophetæ: Contra in regno Judæ non erant tot prævaricatores, & multi Prophetæ, juxta Jes. II. 3.* Sed Epiphanio sive quisquis ille cujus apospasmation e Codicibus Regis Christianissimi, 1067. & 1789. edidit Cotelerius ad lib. IV. Constitutionum Apostolicarum c. 6. Prophetides utriusque fœderis decem, ac Prophetæ duo & septuaginta computantur sic:

Περὶ τῶν οβ'. προφητῶν, καὶ προφητιδῶν, Ἐπιφανίου.	*Epiphanii, de LXXII. Prophetis; & de Prophetissis.*
α'. Ἀδάμ. β'. Ἐνώχ. γ'. Νῶε. δ'. Ἀβραάμ. ε'. Ἰσαάκ. ς'. Ἰακώβ. ζ'. Μωϋσῆς. η'. Ἀαρών. θ'. Ἰησοῦς.	1. Adam. 2. Enoch. 3. Noë. 4. Abraham. 5. Isaac. 6. Jacob. 7. Moyses. 8. Aaron. 9. Jesus. Ἰησοῦς.

Ἰησοῦς. ι. Ἐλδάμ. a) ια'. Μωδάμ. ιβ' Ἰωὴλ. ιγ'. Σαμουήλ. ιδ'. Ναθάν. ιε. Δαυίδ. ις'. Γάδ. ιζ. Ἰδιθούμ. ιη. Ἀσαάφ. ιθ'. Αἰμάν. κ'. Αἰθάμ. κα'. Σολομών. κβ'. Ἀχίας. κγ'. b) Σαμέας. κδ. c) ὁ ἄνθρωπος. Τοῦ θεοῦ Ὁσηέ. κε. Ἡλὶ ὁ d) καὶ e) Σιλώμ, κς'. f) Ἰωαάδ. κζ'. Ἀδδῶ. κη. Ἀζαρίας. κθ'. Ἀνανὶ, ὁ καὶ Ἀνανίας. λ'. g) Ἰησοῦ. λα. Μιχαίας. λβ'. Ἡλίας. λγ'. Ὀζιήλ. λδ'. Ἐλιαάδ. λε. h) Ἰησοῦς υἱὸς Ἀνανίου. λς'. Ἐλιοναΐου. λζ'. i) Ἰωναδάμ. λη. Ζαχαρίας, ὁ καὶ k) Ἀζαρίας. λθ'. Ζαχαρίας ἄλλος. μ'. Ὡσηέ. μα. Ἰωήλ. μβ'. Ἀμώς.

10. Eldam. 11. Modam. 12. Job. 13. Samuel. 14. Nathan. 15. David. 16. Gad. 17. Idithum. 18. Aſaph. 19. Æman. 20. Æthan. 21. Salomon. 22. Achias. 23. Sameas. 24. Homo Dei Hodeth. 25. Heli qui & Silon. 26. Joad. 27. Addo. 28. Azarias. 29. Anani, qui & Ananias. 30. Jeu. 31. Michæas. 32. Elias. 33. Oziel. 34. Eliad. 35. Jeſus filius Ananiæ. 36. Eliſæus. 37. Jonadam. 38. Zacharias, qui & Azarias. 39. alius Zacharias. 40. Oſee. 41. Joel. 42. Amos. 43. Abdias. 44. Jonas. 45. Eſaias. 46.

a) MS. 1067. Ἐλδάδ. Μωδάδ. Vide ad Hermæ lib. 1. viſ. 2. c. 3.
b) Al. Σαμαίας.
c) Deſideratur iſte in Cod. 1067.
d) f. ὁσ.
e) Al. Σιλών.
f) Al. Ἰωδάδ.
g) Al. Ἰᾶ.
h) f. Ἰησᾶ.
i) Al. Ἰωναδάβ.
k) Al. Ἀνανίας.

μγ'. Ἀβδιὰ. μδ'. Ἰωνᾶς. με'. Ἡσαΐας. μς'. Μιχαίας. μζ'. Ναοὺμ. μη'. Ἀμβακοὺμ. μθ'. Ὠβηδ. ν'. Ἀβδαδών. να'. Ἱερεμίας. νβ'. Βαρὺχ. νγ'. Σοφονίας. νδ'. Οὐρίας. νε'. Ἰεζεκιὴλ. νς'. Δανιὴλ. νζ'. Ἔσδρας. νη'. Ἀγγαῖος. νθ'. Ζαχαρίας. ξ'. Μαλαχίας. ξα'. Ζαχαρίας ὁ πατὴρ Ἰωάννου. ξβ' Συμεών. ξγ'. Ἰωάννης ὁ βαπτιστής. Ἔτι δὲ καὶ ἄλλους εὑρεθέντας ἔγνωμεν, μέρος ἐλάχιστον προφητείας ἔχοντας, ἢ καὶ προφάσει προφητικῇ· τοὺς δὲ καὶ σεμνότερόν τι προφητεύσαντας· τοὺς μὲν ἀπὸ τοῦ Ἀδάμ, τοὺς δὲ ἀπὸ τῶν καθεξῆς χρόνων· οὓς δεῖν ᾠήθην μὴ παραλείψαι αὖθις μετὰ τὸν ξγ. ἀριθμὸν, ἀλλὰ σωρεύσαι τῇ τῆς ἀνακεφαλαιώσεως ἀκολουθίᾳ. οἵον καὶ εἰσὶν οἵδε. ξδ. Ἐνώς. ξε. Μαθουσάλα. ξς'. Λάμεχ. ξζ'. Βαλαάμ. ξη. Σαοὺλ. ξθ'. Ἀβιμέλεχ, ὁ καὶ Ἀχιμέλεχ. ο'. 1) Ἀμα-

Michæas. 47. Nahum. 48. Ambacum. 49. Obed. 50. Abdadon. 51. Hieremias. 52. Baruch. 53. Sophonias. 54. Urias. 55. Ezechiel. 56. Daniel. 57. Esdras. 58. Aggæus. 59. Zacharias. 60. Malachias. 61. Zacharias pater Johannis. 62. Symeon. 63. Johannes Baptiſta. Sed & alios inventum iri novimus, qui partem minimam prophetiæ habuerunt, vel & ſpecie prophetica; item alios qui aliquid majoris momenti vaticinati ſunt: quorum quidam paullo poſt Adamum, quidam ſequentibus temporibus vixerunt: quos omnes non prætermittendos cenſui hic poſt numerum 63. ſed magis adjungendos ſerie enumerationis. Sunt autem hi: 64. Enos. 65. Mathuſala. 66. Lamech. 67. Balaam. 68. Saul. 69.

σε.

1) In LXX. Ἀμασαὶ. I. Paral. 12. 18.

σέ. οά. Σαδώκ. οβ'. ὁ γέρων ὁ ἐν Βεθηλ. Ἄγαβος ὁ ἐν ταῖς πράξεσιν.

Abimelech, qui & Achimelech. 70. Amaſe. 71. Sadoc. 72. Senex qui Bethele. Agabus de quo in Actis Apoſtolorum.

Καὶ ὅσαι προφήτιδες.

α'. Σάρρα. β'. Ῥεβέκκα. γ'. Μαρία ἡ τοῦ Μωυσέως ἀδελφή. δ'. Δεβόρρα. ε'. Ὀλδᾶ. ς'. Ἄννα ἡ μήτηρ Σαμουήλ. ζ'. Ἰουδίθ. η'. Ἐλισάβετ ἡ μήτηρ Ἰωάννου. θ'. Ἄννα ἡ θυγάτηρ Φανουήλ. ι'. Μαρία ἡ Θεοτόκος.

Et quæ Prophetides.

1. Sara. 2. Rebecca. 3. Maria Moſis ſoror. 4. Debora. 5. Olda. 6. Anna mater Samuelis. 7. Judith. 8. Eliſabeth mater Johannis. 9. Anna filia Phanuelis. 10. Maria Dei genitrix.

De ſingulis horum Sgambatus in Archivis V. T. Nicolaus Gurtlerus in præclaro opere quod Syſtema Theologiæ Propheticæ inſcripſit, & Jo. Meyerus Hardervicinianæ Academiæ Theologus in commentario ad Seder Olam Rabba cap. 20. 21. &c.

CLXXIII. Prophetæ qui geſta Regum Iſraelis & Judæ in commentarios retulerunt.

Joſephus Chriſtianus ſcriptor in Hypomneſtico MS.† libro 5 cap. 130.

† Hoc ex Codice MS. Bibl. Cantabrigienſis deſcripſit, & mecum communicavit amicus & Collega meus conjunctiſſimus Jo. Chriſtophorus Wolfius.

Τὴν τῶν βασιλειῶν βίβλον τίς κατέγραψε; Σαὺλ μὲν οὖν τὰς πράξεις Σαμουὴλ ὁ προφήτης ἀναγραψάμενος ἔθηκεν ἐπὶ τὴν σκηνῆς, τοῦ δὲ Δαβὶδ τὰς προτέρας μὲν ὁ αὐτὸς Σαμουὴλ, Γὰδ δὲ καὶ Νάθαν οἱ προφῆται τὰς μετὰ ταύτας. Τοῦ δὲ Σολομῶντος τὰς μὲν προτέρας πράξεις. Ναθὰν ἀνεγράψατο, τὰς δὲ μετέπειτα Ἀχίας ὁ Σηλωνίτης καὶ Ἰωήλ. Τοῦ δὲ Ροβοὰμ Σαμαίας καὶ Ἀδδώ. Τοῦ δὲ Ἀβιὰ Ἀδδὼ καὶ τοῦ Ἀσᾶ. Τοῦ δὲ Ἰωσαφὰτ Ἰησοῦς ὁ Ἀνανῆ. Οὕτως δὲ ὁ Ἰησοῦς ἑκάστας τῶν βασιλέων τοῦ Ἰσραὴλ ἀναζητήσας πράξεις ἀνεγράψατο. Τῶν δὲ ἑξῆς βασιλέων τοῦ Ἰούδα, τοῦ Ἰωρὰμ καὶ τοῦ Ὀχοζίου καὶ Ἰὰς καὶ Ἀμαζίου γέγονε τῶν πράξεων ἀναγραφή, καὶ

REgum * librum ecquis composuit? Saulus quidem res gestas *Samuel* Propheta scripsit, & in tabernaculo reposuit. Priora Davidis idem Samuel, posteriora *Gad* & *Nathan*. Salomonis priores res gestas Nathan, posteriores *Achias* Silonites & *Joël* tradiderunt. Roboami *Samaeas* & *Addo*. Abiæ & Assæ Addo, uti Josaphati *Jesus Chanani* F. Hic Jesus gesta quæque Regum Israëlis persecutus exposuit. Regum Juda qui deinceps fuerunt, Jorami, Achaziæ, Ioasi & Amaziæ Acta in Commentarios redacta sunt atque in Regia ** reposita. Oziæ, Joathani Ahasi & Ezechiæ res non modo publicis com-

ἀπέ-

* Intellige quatuor libros, quorum duo priores vulgo veniunt sub nomine Samuelis, posteriores duo, Regum.

** Possit etiam sententia esse: libris Regum inserta. Sed alterum sensum præfero, quia paulo ante meminit librorum in Tabernaculo repositorum.

ἀπέκοπτο ἐν τοῖς βασιλείοις. Ὀζίου δὲ καὶ Ἰωάθαν καὶ Ἄχαζ καὶ Ἐζεκίου μόνον δημόσιοι τὰς πράξεις συνέλεξε βίβλος, ἀλλὰ καὶ Ἡσαΐας ὁ προφήτης αὐτὰς ἀνεγράψατο. Τοῦ δὲ Μανασσῆ οἱ ὁρῶντες, οἵτινές εἰσιν οἱ τότε προφῆται, τὰς δυσεβεῖς ἀνεγράψαντο πράξεις, καὶ ἐν τοῖς βασιλείοις ἀπέθεντο. Ἀμασίου δὲ καὶ Ἰωσίου καὶ Ἰωαχεὶμ ἀναγραφαὶ δημόσιοι γεγένηνται τῶν πράξεων, καὶ ἐν τοῖς βασιλείοις ὁμοίως ἀνετέθησαν. Ἰεχωνίου δὲ καὶ Σεδεκίου ἐφ' ὧν καὶ ὁ λαὸς εἰς αἰχμαλωσίαν ἀπήχθη, καὶ οἶκος ἤλω, καὶ ἡ βασιλεία κατηνέχθη, Ἱερεμίας ὁ προφήτης τὰς οἴκοθεν ἀνεγράψατο βίους, ὁμοῦ δὲ τῶν βασιλέων τὰς πράξεις καὶ τὰ τέλη. Ἔσδρας ὁ σοφὸς ἐν τῇ ἐπανόδῳ γενόμενος τῷ λαῷ τῇ ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας, ἀπομνημονεύσας ἅπασαν τὴν βίβλον τῶν βασιλέων,

mentariis ſunt comprehenſa, ſed easdem ſcripſit etiam *Eſaias* Propheta. Manaſſæ impia facinora ſcripſerunt videntes ſive illius ætatis Prophetæ atque in Regia repoſuerunt. Amaſiæ vero & Joſiæ & Jojakimi actorum commentarii publici compoſiti atque ſimiliter in Regia collocati ſunt. Jechoniæ porro & Sedeciæ, quorum tempore populus in captivitatem abductus, captum templum, regnum everſum eſt, Jeremias Propheta miſerandas vitas Regumque geſta & finem deſcripſit. *Esdras* vir ſapiens in reditu populi e captivitate ex memoria reſtituit univerſum de Regibus librum & illorum qui pie ex illis vixerunt res geſtas. Poſtea intelligens quænam in Regum libro

τῶν τε εὐσεβῶς βιωσάντων τὰς πράξεις. Μετὰ ὃ ταῦτα ἐπιγνὺς τίνα εἰσὶ τὰ παραλειφθέντα αὐτῷ ἐν τῇ βασιλέων βίβλῳ, ἰδία ταῦτα πάλιν ἀνενέγκας ἐξέθετο, ἐπεί περ ἡ προτέρα βίβλος ἡ ἐκδοθεῖσα παρὰ πολλῶν ἐξείλειπτο. Ἥντινα βίβλον ἐν δυσὶ τόμοις ἐγγραφεῖσαν Ἰουδαῖοι μὲν λόγον ἡμερῶν, ἡ δὲ Ἐκκλησία παραλειπομένων βίβλον ἐπέγραψεν.

præterminisisset, de suo illa exposuit & in medium protulit, prior enim liber ex pluribus collectus fuerat. Atque hunc duobus voluminibus distinctum Iudæi quidem verba dierum inscribunt, Ecclesia librum Paralipomenon sive Derelictorum.

CLXXIV. HEMAN & ETHAN Auctores Psalmorum LXXXVIII. & LXXXIX.

Nicolaus Gurtlerus in Theologia Prophetica cap. IX. p. 104.

CLariss. Ligthfootus existimat, Hemanem Ethanemq; Psalmi 88. & 89 autores, fuisse nepotes Iudæ Patriarchæ ex Thamare, & filios Serahi, memoratos 1. Chron. 2: 4, 6. & cantica sua composuisse in Ægypto quum Israel gravissime affligeretur. Utrumque enim appellari הזרחי *Ezrahitam*, i. e. Serahitam. Sed & erat *Heman* cantor nepos Profetæ Samuelis ex filio Joele. 1. Chron. 7: 33. oriundus è tribu Levi per Koram v. 37, 38.

nam

nam liberi hujus viri contra Moſen rebellantis non perierunt cum cætera turba. Num. 26: 11. *Aſaphus* dicitur Hemanis frater ad dexteram poſitus, 1. Chron. 7: 39. quia fuere Levitæ, & Aſaphus Gerſonites, Heman Kahathites. *Ethan* eorum collega deſcendit e tertio Levi filio Merari. 1. Chron. 7: 44. 1. Chron. 16: 17-19. forte & Jedithum nominatus 1. Chron. 26: 1, 3.

Veri multo eſt ſimilius, Hemanem Ethanemque Davidi æquales ac Levitas ſcripſiſſe Pſalmum 88. & 89.

Nam α. diſerte vocantur Profetæ & videntes. 1. Chron. 26: 1. 5.

β. Pſ. 89: vſ. 21. 36. fit mentio Davidis, at Meſſiam fore Davidem, aut Davidis filium, in Ægypto Iſraelitæ nondum ſciebant.

γ. Aſſaphus illorum collega compoſuit ſacra carmina. 2. Chron. 29: 30. igitur cauſſa nulla eſt, cur Hemani Ethanique cantoribus nolimus Pſ. 88. & 89. attribuere. Vide *Coccej.* ad Pſ. 88. *Witſium* l. 1. Miſcell. c. 21. *Huet.* Demonſtr. Evang. propos. IV. de Pſalmis.

CLXXV. Pſalmus DAVIDI tributus CLI.

Ἑτερος ὁ ψαλμὸς ἰδιόγραφος εἰς Δαυὶδ; καὶ	*Hic Pſalmus * proprie ſcriptus David & extra numerum, cum pugnavit*

* *Antiqua hæc verſio latinâ a Joſepho Maria Caro, presbytero tunc Congregationis Clericorum Regularium, hodie E. R. Cardinali edita eſt una cum titulis & capitulis Bibliorum, Romæ* 1688. *Vulgatis parte* I. *p.* 101.

ἔξωθεν τ̃ ἀριθμ̃, ὅτε ἐμονομάχησε τ̃ Γολιάδ.

cum Goliath. Hic Pſalmus in Hebræis codicibus non habetur, ſed ne à LXX. quidem interpretibus additus eſt, & idcirco repudiandus.

Μικρὸς ἤμην ἐν τοῖς ἀδελφοῖς μ̃, καὶ νεώτερ@ ἐν τ̃ οἴκῳ τ̃ πατρός μ̃.

PUſillus eram inter fratres meos & adoleſcentior in domo patris mei paſcebam oves patris mei.

2. Ἐτοίμασαν τὰ πρόβατα τ̃ πατρός μ̃, αἱ χεῖρές μ̃ ἐποίησαν ὄργανον, καὶ οἱ δάκτυλοί μ̃ ἥρμοσαν ψαλτήριον.

2. Manus meæ fecerunt organum, & digiti mei aptaverunt pſalterium.

3. Καὶ τίς ἀναγγελεῖ τ̃ κυρίῳ μ̃; αὐτὸς κύρι@, αὐτὸς εἰσακούει.

3. Et quis adnunciavit Domino meo? Ipſe Dominus, ipſe omnium exaudivit.

4. Αὐτὸς ἐξαπέστειλε τὸν ἄγγελον αὐτ̃, καὶ ἥρέ με ἐκ τ̃ προβάτων τ̃ πατρός μ̃, καὶ ἔχρισέ με ἐν τῷ ἐλαίῳ τ̃ χρίσεως αὐτ̃.

4. Ipſe miſit Angelum ſuum, & tulit me de ovibus Patris mei, & unxit me in miſericordia unctionis ſuæ.

5. Οἱ ἀδελφοί μ̃ καλοὶ καὶ μεγάλοι, καὶ οὐκ εὐδόκησεν ἐν αὐτοῖς κύρι@.

5. Fratres mei boni & magni: & non fuit beneplacitum in eis Domino.

6. Ἐξῆλθον εἰς συναντησιν τῷ ἀλλοφύλῳ, καὶ

6. Exivi obviam alie-

ἐπι-

ἐπικατηράσατό με ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτοῦ.

7. Ἐγὼ δὲ ἀσάμενος τὴν παρ' αὐτοῦ μάχαιραν, ἀπεκεφάλισα αὐτὸν, καὶ ἦρα ὄνειδος ἐξ υἱῶν Ἰσραήλ.

nigenæ, & maledixit me in ſimulacris ſuis.

7. Ego autem evaginato ab eo ipſius gladio amputavi caput ejus, & abſtuli opprobrium à filiis Iſraël.

METAPHRASIS APOLLINARIS LAODICENI.

Πέμπτης πρὸς δεκάτῃ δεκάδος πέλεν ἔκτοθεν ὕμνος.
Ὃν Γολιάτῳ μονομαχήσας ἧσε Δαυῒδ.
Ἀμφὶ κασιγνήτοισιν ἐμοῖς μάλα τυτθὸς ἐτύχθην
Παιρῴων καλὰ δῶμα νέος μετὰ πᾶσιν ἀκούων.
Εἰροπόκων οἰῶν ἀγέλαις ἀγροῖσι νομεύων.
Χεῖρες ἐμαὶ Φόρμιγγα λιγύθροον ἐντείναντο,
Δαίδυλα δὲ ἁρμονίην θεοτερπέα τεχλήναντο,
Τίς κεν ἀπαγγείλειεν ἐριθενέτῃ βασιλῆϊ;
Αὐτὸς ἄναξ δεδάηκεν ἐμῶν ἐπέων ὑπακοῦσαι.
Αὐτὸς ἐπουρανίου στρατιῆς ταχὺν ἄγγελον ἧκεν,
Ἐκ δέ με πατρῴης ἀγέλης ἐξείλετο μήλων,
Καί μιν πιαλέῳ δέμας αὐτὸς ἔχρισεν ἐλαίῳ.
Ἧμιν ἀδελφειοὶ μεγάλοι ἔχον ἠδὲ καὶ ἐσθλοί.
Ἀλλ' οὔ σφιν βασιλεὺς κλέος ἤθελεν ἐσθλὸν ὀπάσσαι.
Ἀλλοδαπῷ καλέοντος ἐναντίον ἀνέρος ἦεν,
Αὐτάρ ὅ μ' εἰδώλοισιν ἑοῖς νείκεσσε πεποιθώς.
Τοῖο δ' ἐγὼ ξίφος ὀξὺ ἐρυσάμενος παρὰ μηροῦ
Αὐχένος ὑψηλοῖο κάρη ἀπέκοψα φέρεσθαι.
Λοιβὴν δ' ἐξαλάωσα πρόφρονος Ἰσραήλου.

META.

METAPHRASIS OLYMPIÆ FULVIÆ MORATÆ.

7. Καὶ ὅσιοι ἐξομολογήσονται ἐν ἐκκλησίᾳ λαοῦ, καὶ πτωχοὺς ἐλεήσει ὁ Θεὸς ἐν εὐφροσύνῃ Ἰσραήλ.

7. Et ſancti confitebuntur in Eccleſia populi, & pauperum miſerebitur DEus in lætitia Iſrael.

8. Ὅτι χρηστὸς καὶ ἐλεήμων ὁ Θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ συναγωγαὶ Ἰσραὴλ δοξάσουσι τὸ ὄνομα κυρίου.

8. Quoniam ſuavis & miſericors Deus in ſecula, & Synagogæ Iſrael glorificabunt nomen Domini.

9. Τοῦ κυρίου ἡ σωτηρία ἐπ' εἶκον Ἰσραὴλ εἰς εὐφροσύνην a) αἰώνιον.

9. Domini ſalus in domo Iſrael, in lætitiam a) æternam.

Τῷ Σαλομὼν εἰς προσδοκίαν.

Ψαλμὸς ια΄.

Σαλπίσατε ἐν Σιὼν, ἐν σάλπιγγι σημασίας ἁγίων.

2. Κηρύξατε ἐν ἱερουσαλὴμ φωνὴν εὐαγγελιζομένου, ὅτι ἠλέησεν ὁ θεὸς ἐν Ισραὴλ ἐν τῇ ἐπισκοπῇ αὐτῶν.

3. Στῆθι Ἱερουσαλὴμ ἐφ' ὑψηλοῦ, καὶ ἴδε τὰ τέκνα σου ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν, συνηγμένα εἰς ἅπαξ ὑπὸ κυρίου.

4. Ἀπὸ βορρᾶ ἔρχονται, τῇ εὐφροσύνῃ τοῦ θεοῦ αὐτῶν ἐξ νήσων μακρόθεν συνήγαγεν αὐτοὺς ὁ θεός.

5. Ὄρη ὑψηλὰ ἐταπείνωσεν εἰς ὁμαλισμὸν αὐτοῖς.

6. Οἱ βουνοὶ ἔφυγον ἀπὸ εἰσόδου αὐτῶν, οἱ δρυμοὶ b) ἐσκίασαν αὐτοῖς ἐν τῇ παρόδῳ αὐτῶν.

7. Πᾶν ξύλον εὐωδίας ἀνέτειλεν αὐτοῖς ὁ θεὸς, ἵνα παρέλθῃ Ἰσραὴλ ἐν

Salomoni in Expectatione.

Psalmus II.

BUccinate in Sion, in tuba significationis Sanctorum.

2. Prædicate in Hierusalem vocem annuncians bona, quoniam misertus DEUS in Israel in visitatione illorum.

3. Sta Hierusalem in alto, & vide filios tuos in oriente & occidente congregatos simul a Domino.

4. Ab aquilone venient, lætitia DEI sui ex meridie, a longinquo congregavit eos Deus.

5. Montes sublimes humiliavit illis in planitiem.

6. Colles fugerunt ab introitu illorum, nemora b) obumbrabant illis in transitu suo.

7. Omne lignum odoriferum pullulavit * illis, DEUS, ut transeat

* Gr. *produxit* in eorum gratiam Deus.

ἡπισκοπῆς δόξης Θεοῦ αὐτῶν.

8. Ἔνδυσαι Ἱερουσαλὴμ τὰ ἱμάτια τῆς δόξης σου, ἑτοίμασον τὴν στολὴν τοῦ ἁγιάσματός σου, ὅτι ὁ Θεὸς ἐλάλησεν ἀγαθὸν Ἰσραὴλ εἰς τὸν αἰῶνα καὶ ἔτι.

9. Ποίησαι κύριος ἃ ἐλάλησεν ἐπὶ Ἰσραὴλ καὶ ἐν Ἱερουσαλὴμ· ἀναστήσαι κύριος τὸν Ἰσραὴλ εἰς τὸν αἰῶνα καὶ ἔτι.

Ἰσραὴλ in visitatione gloriæ DEI sui.

8. Indue Hierusalem vestimenta gloriæ tuæ, præpara stolam sanctificationis tuæ, quoniam * locutus bonum Israel in æternum & amplius.

9. Faciet ** Dominus quæ locutus est in Israel & in Hierusalem, suscitabit Dominus Hierusalem in æternum & amplius.

Τῶ Σαλομὼν ἐν γλώσσῃ ἀδικουμένων.

Ψαλμὸς ιβ΄.

Κύριε ῥῦσαι τὴν ψυχήν μου ἀπὸ ἀνδρὸς ἀδικουμένου καὶ πονηροῦ, ἀπὸ γλώσσης ἀδικουμένου καὶ ψιθύρου, καὶ λαλούσης ψευδῆ καὶ δόλια.

2. Ἐν ποιήσει διαστροφῆς οἱ λόγοι τῆς γλώσσης ἀνδρὸς πονηροῦ, ὥσπερ ἐν ἀ-

Salomoni in linguam iniquorum.

Psalmus 12.

DOmine libera animam meam a viro prævaricatore & iniquo, a lingua transgressoris & susurronis, & loquente mendacia & dolosa.

2. In opere obliquitatis verba linguæ viri iniqui tanquam ignis in

λφ

* Gr. addit: *Deus.*
** Gr. *Facies*, & mox: *suscitet.*

λῳ πῦρ ἀνάπτον καλάμην αὐτῆς.

3. Ἡ παροικία αὐτῆς ἐμπλῆσαι οἴκους ἐν γλώσσῃ ψευδεῖ, ἐκκόψαι δένδρα εὐφροσύνης φλογιζούσης ἁμαρτάνοντας.

4. Συγχέαι ἁμαρτάνοντας οἴκους ἐν πολέμῳ χείλεσι ψιθύροις, μαχαίρᾳ ἐθνῶν ἀπὸ ἀκάκων κύριον. c)

5. Ἐν πυρὶ φλογὸς γλῶσσα ψίθυρος ἀπόλοιτο ἀπὸ ὁσίων.

6. Φυλάξαι κύριος ψυχὴν ἡσύχιον μισοῦσαν ἀδίκους, καὶ εὐθύναι κύριος ἄνδρα ποιοῦντα εἰρήνην ἐν οἴκῳ.

7. Τοῦ κυρίου ἡ σωτηρία ἐπὶ Ἰσραὴλ παῖδα αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα.

8. Καὶ ἀπόλοιντο οἱ ἁμαρτωλοὶ ἀπὸ προσώπου κυρίου πᾶσαι, καὶ ὅσιοι κύριον κληρονομήσαιεν ἐπαγγελίας κυρίου.

area incendens ſtipulam ejus.

3. Vicinia ejus implebit † domos in lingua falſa, ut percutiat †† arbores inflammante lætitia transgreſſoris.

4. Confunde domos iniquas in bello labiis ſuſurronis, elonga DEus ab innocentibus c) ignitabulum.

5. In igne flammæ lingua ſuſurrans pereat a ſanctis.

6. Cuſtodiat Dominus animam tacentem quæ odit injuſtos, & dirigat Dominus virum facientem in domo pacem.

7. Domini ſalus in Iſrael filio ſuo in æternum.

8. Et pereant peccatores a facie Domini ſemel, & ſancti Domini hereditent in promiſſione Domini.

† Gr. *ad implendum.*

†† *Exſcindito* (o DEus) *arbores flagrantis lætitiæ peccatoris.*

Ψαλμὸς τῷ Σαλομὼν ιγ'. Παράκλησις τῶν δικαίων.

Δεξια κυρίου * ἐπέσασέ με, δεξια κυρίου ἐφείσατο ἡμῶν.

* ἐπέσασε.

2. Ὁ βραχίων κυρίου ἔσωσεν ἡμᾶς ἀπὸ ῥομφαίας διαπορευομένης, ἀπὸ λιμοῦ καὶ θανάτου ἁμαρτωλῶν.

3. Θηρία ἐπέδραμον αὐτοῖς πονηρὰ ἐν τοῖς ὁδοῖς αὐτῶν, ἔτιλλον σάρκας αὐτῶν, καὶ ἐν ταῖς μύλαις αὐτῶν ἔθλων ὀστᾶ αὐτῶν, καὶ ἐκ τούτων ἁπάντων ἐρρύσατο ἡμᾶς κύριος.

4. Ἐταράχθη ὁ ἀσεβὴς διὰ τὰ παραπτώματα αὐτοῦ, μήποτε συμπαραληφθῇ μετὰ τῶν ἁμαρτωλῶν.

5. Ὅτι δεινὴ καταστροφὴ τοῦ ἁμαρτωλοῦ, καὶ οὐχ ἅψεται δικαίου ἐκ πάντων τούτων οὐδέν.

6. Ὅτι οὐχ ὁμοία παιδεία τῶν δικαίων ἐν ἀγνοίᾳ,

Psalmus Salomoni 13. *Consolatio justorum.*

Dextera Domini conciliavit me, dextera Domini pepercit nobis.

2. Brachium Domini salvabit ** nos a romphæa transeunte, a fame & morte peccatorum.

3. Feræ noxiæ accurrebant illis in viis illorum, laniabant carnes eorum, & in molis tundebant ossa eorum, & ex his omnibus liberavit nos DEus.

4. Turbatus est impius propter peccata sua, ne quando simul comprehendatur cum † peccatis.

5. Quoniam gravis subversio peccatoris, & non attinget justum quicquam ex his omnibus.

6. Quoniam non similis correptio justo-

** Salvabit. † Or. cum peccatoribus.

καὶ

καὶ ἡ καταῤῥοφὴ τῶν ἁμαρτωλῶν.

7. Ἐν ἀφεισολῇ παιδέυεται δίκαιος ἵνα μὴ ἐπὶ χαρῇ ὁ ἁμαρτωλὸς τῷ δικαίῳ.

8. Ὅτι νουθετήσει δίκαιον ὡς υἱὸν ἀγαπήσεως, καὶ ἡ παιδεία αὐτῦ ὡς πρωτοτόκου.

9. Ὅτι φείσεται κύριος τῶν ὁσίων αὐτῦ, καὶ τὰ πλημμελήματα αὐτῶν ἐξαλείψει ἐν παιδείᾳ, ἡ δὲ ζωὴ τῶν δικαίων εἰς τὸν αἰῶνα.

10. Ἁμαρτωλοὶ δὲ ἀρθήσονται εἰς ἀπώλειαν, καὶ οὐκ εὑρεθήσεται d) μνημόσυνον αὐτῶν ἔτι.

11. Ἐπὶ δὲ τοὺς ὁσίους τὸ ἔλεος κυρίου, καὶ ἐπὶ τοὺς φοβουμένους αὐτὸν τὸ ἔλεος αὐτῦ.

rum in ignorantia & subversio peccatorum.

7. In occulto castigatur justus, ne † insultet peccator justo.

8. Quoniam admonebit justum ut filium dilectionis, & disciplina ipsius ut primogeniti.

9. Quoniam parcet Dominus sanctis suis, & delicta illorum delebit in correptione, nam vita justorum in æternum.

10. Peccatores elevabuntur in perditionem, & non invenietur memoria d) eorum amplius.

11. Super sanctos misericordia Domini, & super timentes illum misericordia ejus.

Ὕμνος τῷ Σαλομὼν ιδ.

Πίστος κύριος τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν ἐν ἀληθείᾳ, τοῖς ὑπομένουσι

Hymnus Salomoni 14.

FIdelis DEUS diligentibus eum in veritate, & sustinenti-

† Gr. *molestetur super justo peccator.*

παιδείαν αὐτῦ, τοῖς πορευομένοις ἐν δικαιοσύνῃ προσταγμάτων αὐτῦ, ἐν νόμῳ ὡς ἐνετείλατο ἡμῖν εἰς ζωὴν ἡμῶν.

2. Ὅσιοι κυρίῳ ζήσονται ἐν αὐτῷ εἰς τὸν αἰῶνα, ὁ παράδεισος τῷ κυρίῳ e) τὰ ξύλα τῆς ζωῆς ὅσιοι αὐτῦ.

3. Ἡ φυτεία αὐτῶν ἐρριζωμένη εἰς τὸν αἰῶνα, οὐκ ἐκτιλήσονται πάσας τὰς ἡμέρας, ὅτι ἡ μερὶς καὶ ἡ κληρονομία τῦ Θεῦ ἐστὶν ὁ Ἰσραηλ.

4. οὐχ οὕτως οἱ ἁμαρτωλοὶ f) καὶ παράνομοι, οἱ ἠγάπησαν ἡμέραν ἐν μετοχῇ ἁμαρτίας αὐτῶν, ἐν μικρότητι σαπρίας ἐν ἐπιθυμίᾳ αὐτῶν.

5. Καὶ οὐκ ἐμνήσθησαν τῦ Θεῦ, ὅτι εἶδοι ἀνθρώπων γνῶσαι ἐνώπιον αὐτῦ διὰ παντὸς, καὶ ταμιεῖα καρδίας ἐπίσαται πρὸ τῦ γενέσθαι.

6. Διὰ τῦτο ἡ κληρονομία αὐτῶν ᾅδης καὶ σκότος, καὶ ἀπώλεια, καὶ

bus correptionem ejus, ambulantibus in justitia præceptorum ejus in lege, sicut mandavit nobis ad vitam nostram.

2. Sancti Domini vivent in ipso in æternum, paradisus Domini e) ligna vitæ sancti ejus.

3. Plantatio illorum radicata in seculum, non evellentur omnibus diebus, quoniam pars & hereditas DEI est Israel.

4. Non sic peccatores f) & iniqui, qui dilexerunt diem in participatione peccati * illorum, in parvitate putredinis in concupiscentia sua.

5. Et non sunt recordati DEI, quoniam viæ hominum notæ in conspectu ejus semper, & penetralia cordis novit antequam fiant.

6. Propter hoc hereditas illorum infernus & tenebræ & perditio, οὐκ

* Gr. peccati sui.

κὰχ ἰυρεθήσονλαι ἐν ἡμέρᾳ ἐλέυς δικαίων.

& non invenientur in die misericordiæ justorum.

7. Οἱ δὲ ὅσιοι κυρίυ κληρονομήσυσι ζωὴν ἐν εὐφροσύνῃ.

7. Sancti autem Domini hæreditabunt vitam in lætitia.

Ψαλμὸς τῷ Σαλομὼν ιέ. μετ' ᾠδῆς.

Psalmus Salomoni 15. *Cum Cantico.*

ΕΝ τῷ θλίβεθαί με ἐπεκαλεσάμην τὸ ὄνομα κυρίυ εἰς βοήθειαν ἤλπισα ὅτ θεῦ ἰακὼβ, κὰὶ ἐσώθην.

CUm tribularer, invocavi nomen Domini, in adjutorio speravi DEI Jacob, & salvus sum.

2. Ὅτι ἐλπὶς κὰὶ καταφυγὴ τῶν πτωχῶν σὺ ὁ Θεός.

2. Quoniam spes & refugium pauperum tu DEus.

3. Τίς γὰρ ἰσχύει, ὁ θεὸς, εἰ μὴ ἐξομολογήσαθαί σοι ἐν ἀληθείᾳ;

3. Quis enim * potest, DEus, nisi confiteatur tibi in veritate?

4. Καὶ τί δυνατὸς ἄνθρωπος, εἰ μὴ ἐξομολογήσαιτο τῷ ὀνόματί συ.

4. Et quid potest homo, nisi confiteatur nomen tuum?

5. Ψαλμὸν κὰὶ αἶνον μετ' ᾠδῆς ἐν εὐφροσύνῃ καρδίας, καρπὸν χειλέων ἐν ὀργάνῳ ἡρμοσμένῳ γλώσσης, ἀπαρχὴν χει-

5. Psalmum & laudem cum cantico in lætitia cordis, fructum labiorum in organo præparato linguæ, primitias

λέων

* Quis potest Tibi, o DEUS, gratias ex animo non agere?

λέων ἀπὸ καρδίας ὁσίας καὶ δικαίας.

6. Ὁ ποιῶν ταῦτα οὐ σαλευθήσεται g) εἰς τὸν αἰῶνα ἀπὸ κακοῦ, φλὸξ πυρὸς καὶ ὀργὴ ἀδίκων οὐχ ἅψεται αὐτοῦ.

7. Ὅτι ἂν ἐξέλθῃ ἐπὶ ἁμαρτωλοὺς ἀπὸ προσώπου κυρίου, ὀλοθρεῦσαι πᾶσαν ὑπόστασιν ἁμαρτωλῶν.

8. Ὅτι τὸ σημεῖον τοῦ Θεοῦ ἐπὶ δικαίους εἰς σωτηρίαν, λιμὸς καὶ ῥομφαία καὶ θάνατος μακρὰν ἀπὸ δικαίων.

9. Φεύξονται γὰρ ὡς διωκομένου λιμοῦ ἀπὸ ὁσίων, καταδιώξεται γὰρ ἁμαρτωλοὺς καὶ καταλήψεται, καὶ οὐκ ἐκφεύξονται ποιοῦντες ἀνομίαν τὸ κρῖμα κυρίου, ὡς ὑπὸ πολεμίων ἐμπείρων καταληφθήσονται.

10. Τὸ γὰρ σημεῖον ἀπωλείας ἐπὶ τοῦ μετώπου αὐτῶν.

11. Καὶ ἡ κληρονομία

labiorum a corde ſancto & juſto.

6. Faciens hæc non movebitur g) in æternum a malo, flamma ignis & ira injuſtorum non attinget eum.

7. Quia venit ſuper peccatores a facie Domini, ad perdendam omnem ſubſtantiam peccatorum.

8. Quoniam ſignum Domini ſuper juſtos in ſalutem, fames, romphæa † & mors longe a juſtis.

9. Nam fugient tanquam perſequente fame a ſanctis, perſequetur peccatores & apprehendet & non fugient * facientes iniquitatem judicium DEI, tanquam a bellatoribus expertis comprehendentur.

10. Nam ſignum perditionis in fronte illorum.

11. Et hereditas pec-

τῶν

† Gladius.

* Gr. non effugient.

των αμαρτωλων απώλεια και σκότος, και αι ανομίαι διώξονται αυτὰς ἑως ᾅδου κάτω.

12. Ἡ κληρονομία αὐτῶν οὐχ εὑρεθήσεται τοῖς τέκνοις αὐτῶν.

13. Αἱ γὰρ ἀνομίαι ἐξερημώσουσιν οἴκους ἁμαρτωλῶν, καὶ ἀπωλοῦνται οἱ ἁμαρτωλοὶ ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως κυρίου εἰς τὸν αἰῶνα.

14. Ὅτ' ἂν ἐπισκέψηται ὁ Θεὸς τὴν γῆν ἐν κρίματι αὐτοῦ, ἀποδοῦναι ἁμαρτωλοῖς εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον.

15. Οἱ δὲ φοβούμενοι τὸν κύριον ἐλεηθήσονται ἐν αὐτῇ, καὶ ζήσονται ἐν τῇ ἐλεημοσύνῃ τοῦ Θεοῦ αὐτῶν.

catorum perditio, & tenebræ, & iniquitates illorum ſequentur eos usque ad inferos.

12. Hereditas illorum non invenietur † in filiis ſuis.

13. Etenim iniquitates deſolabunt domos peccatorum, & peribunt peccatores in die judicii Domini in æternum.

14. Quando viſitaverit DEus terram in judicio ſuo, ut retribuat peccatoribus in æternum tempus.

15. Timentes autem Dominum miſericordiam conſequentur in illa, & vivent in miſericordia DEI ſui.

Ψαλμὸς τῷ Σαλομών ιε'. εἰς ἀντίληψιν.

Pſalmus Salomoni 16. In adjutorio.

ΕΝ τῷ νυστάξαι ψυχήν μου ἀπὸ κυρίου, σχεδὸν μικρὸν ὀλίσθησα

CUm dormitaret anima mea, Domine, pene lapſus * eſſem

† Gr. *a filiis ipſorum.*

* Gr. *a Deo pene prolapſus eſſem in gravitate ſomni.*

σθησα ἐν καταφορᾷ h) ὕπνου.

2. Τῷ μακρὰν ἀπὸ Θεοῦ παρ' ὀλίγον ἐξεχώθη ἡ ψυχή μου εἰς θάνατον, σύνεγγυς πυλῶν ᾅδου μετὰ ἁμαρτωλοῦ.

3. Ἐν τῷ διενεχθῆναι ψυχήν μου ἀπὸ κυρίου Θεοῦ Ἰσραήλ, εἰ μὴ ὁ κύριος ἀντελάβετό μου τῷ ἐλέει αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα.

4. Ἔνυξέ με ὡς κέντρον ἵππου ἐπὶ τὴν γρηγόρησιν αὐτοῦ, ὁ σωτὴρ καὶ ἀντιλήπτωρ μου ἐν παντὶ καιρῷ ἔσωσέ με.

5. Ἐξομολογήσομαί σοι ὁ Θεός, ὅτι ἀντελάβου μου εἰς σωτηρίαν, καὶ οὐκ ἐλλογίσω με μετὰ τῶν ἁμαρτωλῶν εἰς ἀπώλειαν.

6. Μὴ ἀποστήσῃς τὸ ἔλεός σου ἀπ' ἐμοῦ ὁ Θεός, μηδὲ τὴν μνήμην σου ἀπὸ καρδίας μου ἕως θανάτου.

DEI in correptione h) ſomni.

2. Cum longe a DEO eſſem, pene adveniret anima mea in mortem, prope portas inferni cum peccatore.

3. Cum diſcederet anima mea a Domino DEO Iſrael, niſi Dominus præveniret me miſericordia ſua in æternum.

4. Pupugit me ut calcar equi ad vigiliam ſuam Salvator & defenſor, in * tempore ſalvavit me.

5. Confitebor tibi DEus quoniam ** præoccupas me ad ſalutem, & non † reputabo me cum peccatoribus in perditionem.

6. Ne amoveas miſericordiam tuam a me DEus, nec memoriam tuam a corde meo usque ad mortem.

7. Ἐπι-

* Gr. omni tempore.
** Suſcepiſti.
† Gr. non repuliſti.

7. Ἐπικράτησόν μου ὁ Θεὸς ἀπὸ ἁμαρτίας πονηρᾶς, καὶ ἀπὸ πάσης γυναικὸς πονηρᾶς σκανδαλιζούσης ἄφρονα.

8. Καὶ μὴ ἀπατησάτω με κάλλος γυναικὸς ὠφελουμένους, καὶ παντὸς ὑποπεπτωκότος ἀπὸ ἁμαρτίας ἀνωφελοῦς.

9. Τὰ ἔργα τῶν χειρῶν μου κατεύθυνον ἐν τόπῳ σου, καὶ τὰ διαβήματά μου ἐν τῇ μνήμῃ σου διαφύλαξον.

10. Τὴν γλῶσσαν μου καὶ τὰ χείλη μου ἐν λόγοις ἀληθείας φύλαξον, ὀργὴν καὶ θυμὸν ἄλογον μακρὰν ποίησον ἀπ' ἐμοῦ.

11. Γογγυσμὸν καὶ ὀλιγοψυχίαν ἐν θλίψει μάκρυνον ἀπ' ἐμοῦ, ἐὰν ἁμαρτήσω ἐν τῷ σε παιδεύειν i) εἰς ἐπιστροφήν.

12. Εὐδοκίᾳ δὲ μετὰ ἱλαρότητος στήριξον τὴν ψυχήν μου. ἐν τῷ ἐνισχύσαι

7. Tene me DEus a peccato maligno, & ab omni muliere mala quæ offendit insipientem.

8. Et ne pessundet me pulchritudo mulieris iniquæ, & omnis subjecti a peccato inutili.

9. Opera manuum mearum dirige in locum tuum, & gressus meos in memoria tua custodi.

10. Linguam meam & labia mea in verbis veritatis protege, iram & furorem irrationalem longe fac a me.

11. Murmurationem & pusillanimitatem in tribulatione elonga a me, si peccavero cum animadvertis i) in correctione. *

12. In complacentia cum hilaritate firma animam meam, cum tu roboraveris animam

σε

* Or. ad conversionem, sive ut ad te redeam.

σε τὴν ψυχήν μου ἀρκέσαι μοι τὸ δοθέν.

13. Ὅτι ἐὰν μὴ σὺ ἐνισχύσῃς, τίς ὑφέξεται παιδείαν ἐν πενίᾳ;

14. Ἐν τῷ ἐλέγχεσθαι ψυχὴν ἐν χειρὶ σαπρίας αὐτῆς, ἡ δοκιμασία σου ἐν σαρκὶ αὐτοῦ καὶ ἐν θλίψει πενίας.

15. Ἐν τῷ ὑπομεῖναι δίκαιον ἐν τούτοις ἐλεηθήσεται ὑπὸ κυρίου.

meam, ſufficit mihi hoc †donum.

13. Quoniam niſi tu fulcieris, quis ſuſtinebit correptionem in inopia?

14. Cum caſtigaretur anima in manibus putredinis ſuæ, beneplacitum tuum in carne ejus, & in tribulatione inopiæ.

15. Cum ſuſtineat juſtus in his, miſericordiam conſequetur a Domino.

Ψαλμὸς ιζ. τῷ Σαλομών. μετῳδὸς τῷ βασιλεῖ.

Κύριε σὺ αὐτὸς βασιλεὺς ἡμῶν εἰς τὸν αἰῶνα καὶ ἔτι, ὅτι ἐν σοὶ ὁ Θεὸς καυχήσεται ἡ ψυχὴ ἡμῶν.

2. Καὶ τίς ὁ χρόνος ζωῆς ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ κατὰ τὸν χρόνον αὐτοῦ, καὶ ἡ ἐλπὶς αὐτοῦ ἐπ' αὐτόν;

3. Ἡμεῖς δὲ ἐλπιοῦμεν

Pſalmus 17. Salomoni. Cum cantico, Regi.

DOmine tu ipſe Rex noſter in æternum & adhuc, quoniam in te DEus gloriabitur anima noſtra.

2. Et quod tempus vitæ hominis ſuper terram juxta tempus ſuum, & ſpes ejus in ipſo?

3. Nos ſperamus in

ἐπὶ

† Gr. *ſatis eſt quod tu mihi dediſti.*

ἐπὶ θεὸν τὸν σωτῆρα ἡμῶν, ὅτι τὸ κράτος θεοῦ ἡμῶν εἰς τὸν αἰῶνα μετ' ἐλέους.

4. Καὶ ἡ βασιλεία θεοῦ ἡμῶν εἰς τὸν αἰῶνα ἐπὶ τὰ ἔθνη ἐν κρίσει.

5. Σὺ κύριε ἡρετίσω τὸν Δαυὶδ βασιλέα ἐπὶ Ἰσραὴλ, καὶ σὺ ὤμοσας αὐτῷ περὶ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα, τοῦ μὴ ἐκλείπειν ἀπέναντί σου βασιλείαν αὐτοῦ.

6. Καὶ ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν ἐπανέστησαν ἡμῖν ἁμαρτωλοὶ, ἐπέθεντο ἡμῖν, καὶ ἐξῶσαν ἡμᾶς εἰς οὐκ ἐπαγγείλω k) μετὰ βίας ἀφείλοντο.

7. Καὶ οὐκ ἐδόξασαν τὸ ὄνομά σου τὸ ἔντιμον ἐν δόξῃ, ἔθεντο βασίλειον l) ἀντὶ ὕψους αὐτῶν.

8. Ἠρήμωσαν τὸν θρόνον Δαυὶδ ἐν ὑπερηφανίᾳ ἀλαλάγματος, καὶ σὺ ὁ θεὸς καταβαλεῖς

DEO Salvatore noſtro, quoniam potentia DEI noſtri in ſeculum cum miſericordia

4. Et regnum DEI noſtri in æternum ſuper gentes in judicio.

5. Et tu Domine elegiſti David Regem ſuper Iſrael, & tu juraſti illi ſuper ſemine ejus in ſeculum, ut non declinaret in conſpectu tuo regnum ejus.

6. Et in peccatis noſtris inſurrexerunt nobis peccatores, irruerunt in nos, expulerunt nos quibus non * annunciem, k) cum violentia abſtulerunt.

7. Et non glorificarunt nomen tuum honorabile, in gloria poſuerunt diadema l) pro altitudine ſua.

8. Deſolarunt thronum David in ſuperbia jubilationis, & tu Deus dejicies illos, & tolles

* Gr. *quibus non mandaſti*, qui te non norunt.

Ppp αὐτοὺς

vel *quibus non annunciatus es*,

αὐτὸς, καὶ ἀρεῖς τὸ σπέρμα αὐτῶν ἀπὸ τ῀ς γ῀ς.

9. Ἐν τῷ ἐπαναστῆναι αὐτοῖς ἄνθρωπον ἀλλότριον γένους πρίτων. m)

10. Καὶ ἀ τὰ ἁμαρτήματα αὐτῶν ἀποδώσεις αὐτοῖς ὁ θεός. ἐυρεθείη n) αὐτοῖς κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν.

11. Καὶ ἀ τὰ ἔργα αὐτῶν ἐλεήσει αὐτὸς ὁ Θεὸς, ἐξηρεύνησε τὸ σπέρμα αὐτῶν καὶ ὐκ ἀφῆκεν αὐτούς.

12. Πιστὸς ὁ κύριος ἐν πᾶσι τοῖς κρίμασιν αὐτ῀ καὶ ὁσιος ἐπὶ τὴν γῆν.

13. Ἠρήμωσεν ὁ ἄνεμος τὴν γῆν ἡμῶν ἀπὸ ἐνοικούντων αὐτὴν, ἠφάνισαν νέον καὶ πρεσβύτην καὶ τέκνα αὐτῶν ἅμα.

14. Ἐνόργῃ καλλους αὐτ῀ ἐξαπέστειλεν αὐτὰ ἕως ἐπὶ δυσμῶν, καὶ τὰς ἄρχοντας

semen suum † de terra.

9. Cum insurgeret †† illis homo genere m) bellatorum.

10. Secundum peccata eorum retribues ipsis, DEus, inveniant illi n) secundum opera eorum.

11. Secundum opera eorum miserebitur eorum DEus, scrutatus est semen eorum & non liberavit* eos.

12. Fidelis Dominus in omnibus judiciis suis quæ facit super terram.

13. Desolavit ventus terram nostram ab inhabitantibus eam, obruerunt** juvenem & senem & filios eorum una.

14. In ira decoris ejus dimisit illa usque ad occasum, & principes ter-

τῆς

† Gr. *ipsorum.*

†† Gr. Cum excitabis in illos hominem qui alienum genus occidat. infra v. 23. & 47.

* *Non dimisit eos.* Gr.

** *Peremerunt.*

ἡ γῆς εἰς ἐμπαιγμόν, καὶ οὐκ ἐφείσατο.

15. Ἐν ἀλλοτριότητι ὁ ἐχθρὸς ἐποίησεν ὑπερηφανίαν, καὶ ἡ καρδία αὐτῶν ἀλλοτρία ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν.

16. Καὶ πάντα ὅσα ἐποίησεν ἐν Ἱερουσαλήμ, καθὼς καὶ τὰ ἔθνη ἐν ταῖς πόλεσι τοῖς θεοῖς αὐτῶν.

17. Καὶ ἐπεκράτησαν αὐτῶν οἱ υἱοὶ τῆς διαθήκης ἐν μέσῳ ἐθνῶν συμμίκτων, οὐκ ἦν ὁ ποιῶν ἐν αὐτοῖς ἐν μέσῳ Ἱερουσαλὴμ ἔλεος, καὶ ἀλήθειαν.

18. Ἔφυγον ἀπ' αὐτῶν οἱ ἀγαπῶντες συναγωγὰς ὁσίων, ὡς στρουθία ἐξεπετάσθησαν ἀπὸ κοίτης αὐτῶν.

19. Ἐπλαγώθη ἐν ἐρήμοις, σωθῆναι ψυχὰς αὐτῶν ἀπὸ κακῶν, καὶ τίμιον ἐν ὀφθαλμοῖς περιοικίας ψυχὴ σεσωσμένη ἐξ αὐτῶν.

rit in desiderium, & non † dimisit.

15. In alienatione inimicus superbiam fecit, & cor ejus alienatio a Deo nostro.

16. Et omnia quæ fecit in Hierusalem, sicut & in civitatibus gentes cum Diis suis.

17. Prævaluerunt illis filii testamenti in medio gentium commixtarum, non erat qui faceret in ipsis in medio Hierusalem misericordiam & veritatem.

18. Fugerunt ab illis diligentes congregationes sanctorum, ut passeres evolaverunt a cubili suo.

19. Percussi sunt in desertis ad salvandum animas eorum a malo, & punitio * in oculis regionis anima ex ipsis salva facta est.

† Gr. *non pepercit.*

* Gr. *pretiosa res.* i. e. magnum erat si vel unus vivus evaderet.

20. Εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξεπορεύθη ὁ σκορπισμὸς αὐτῶν ὑπὸ ἀνόμων, ὅτι ἀνέσχεν ὁ οὐρανὸς τοῦ στάξαι ὑετὸν ἐπὶ τῆς γῆς.

20. In omnem terram facta est dispersio eorum ab iniquis, quoniam cessavit cœlum pluviam stillare super terram.

21. Πηγαὶ συνεσχέθησαν αἰώνιοι ἐξ ἀβύσσων ἀπὸ ὀρέων ὑψηλῶν, ὅτι οὐκ ἦν ἐν αὐτοῖς ποιῶν δικαιοσύνην καὶ κρῖμα, ἀπὸ ἄρχοντος αὐτῶν καὶ λαοῦ ἐλαχίστου ἐν πάσῃ ἁμαρτίᾳ.

21. Concluſi ſunt fontes æterni ex abyſſis, a montibus altis, quoniam non eſt in illis faciens juſtitiam, & judicium a principe illorum * & populo noviſſimo in omni peccato.

22. Ὁ βασιλεὺς ἐν παρανομίᾳ, καὶ ὁ κριτὴς ἐν ἀληθείᾳ †, καὶ ὁ λαὸς ἐν ἁμαρτίᾳ.

22. Rex in transgreſſione & judex in veritate & populus in peccato.

23. Ἰδὲ κύριε, καὶ ἀνάστησον αὐτοῖς τὸν βασιλέα αὐτῶν υἱὸν Δαυὶδ εἰς τὸν καιρὸν ὃν οἶδας σὺ ὁ θεὸς τοῦ βασιλεῦσαι ἐπὶ Ἰσραὴλ παῖδά σου.

23. Vide Domine, & ſuſcita illis Regem ſuum filium David in tempore quod vides tu DEus, ad regnandum ſuper Iſrael filium tuum.

24. Καὶ ὑπόζωσον αὐτὸν ἰσχὺν τοῦ θραῦσαι ἄρχοντας ἀδίκους.

24. Et ſubcinge illum fortitudine ad conterendum principes injuſtos.

25. Καθάρισον Ἱερουσαλὴμ ἀπὸ ἐθνῶν καταπα-

25. Munda Hieruſalem a gentibus deambulan-

τούντων

† leg. ἀληθείᾳ *errore*.

* a principe ad vilisſimos e plebe, nemo probus.

γάντων ἐν ἀπωλείᾳ, ἐν σοφίᾳ, ἐν δικαιοσύνῃ.

26. Ἐξῶσαι ἁμαρτωλὺς ἀπὸ κληρονομίας, ἐκθρίψαι ὑπερηφανίαν ἁμαρτωλῶν, ὡς σκεύη κεραμέως ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ συντρίψαι πᾶσαν ὑπόστασιν αὐτῶν.

27. Ὀλοθρεῦσαι ἔθνη παράνομα ἐν λόγῳ στόματος αὐτοῦ, ἐν ἀπειλῇ o) αὐτοῦ φυγεῖν ἔθνη ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, καὶ ἐλέγξαι ἁμαρτωλὺς ἐν λόγῳ καρδίας αὐτῶν.

28. Καὶ συνάξει λαὸν ἅγιον, ὃν ἀφηγήσεται ἐν δικαιοσύνῃ καὶ κρινεῖ φυλὰς λαοῦ ἡγιασμένους ὑπὸ κυρίου Θεοῦ αὐτοῦ.

29. Καὶ οὐκ ἀφήσει ἀδικίαν ἐν μέσῳ αὐτῶν αὐλισθῆναι, καὶ οὐ κατοικήσει πᾶς ἄνθρωπος μετ' αὐτῶν εἰδὼς κακίαν.

30. Γνώσεται γὰρ αὐ-

tibus in perditione, in ſapientia, in juſtitia.

26. Repelle peccatores ab hereditate, contere ſuperbiam peccatorum, ut vaſa figuli in virga ferrea contere omnem ſubſtantiam eorum.

27. Perde gentes iniquas in verbo oris illius in concione o) ejus, ut fugiant gentes a facie illius, & increpa peccatores in verbo cordis ſui.

28. Et congregabit populum ſanctum, quem ductabit in juſtitia, & judicabit tribus populi ſanctificati a Domino DEO ſuo.

29. Et non dimittet * injuſtitiam in medio illorum habitare, & non † habitabit omnis homo cum illis ſciens malitiam.

30. Etenim cognoſcet

* *Non permittet.*

† Nulli improbo erit inter illos locus.

σὺς, ὅτι πάντες υἱοὶ Θεοῦ αὐτῶν εἰσὶ, καὶ καταμετρήσει αὐτοὺς ἐν ταῖς φυλαῖς αὐτῶν ἐπὶ τ᾽ γῆς.

illos, quoniam omnes sunt filii DEI sui, & dimetietur illos in tribubus suis super terram.

31 Καὶ πάροικος καὶ ἀλλογενὴς οὐ παροικήσει αὐτοῖς ἔτι, κρινεῖ ἔθνη καὶ λαοὺς ἐν σοφίᾳ δικαιοσύνης αὐτοῦ. Διάψαλμα.

31. Et incola & extraneus non cohabitabit cum ipsis amplius, judicabit gentes & populos in sapientia justitiæ suæ. Diapsalma.

32. Καὶ ἕξει λαοὺς ἐθνῶν δουλεύειν αὐτῷ ὑπὸ ζυγὸν αὐτοῦ, καὶ δοξάσει ἐν ἐπισήμῳ p) πάσης τ᾽ γῆς.

32. Et habebit populos gentium ad serviendum illi sub jugo ejus, & glorificabit in celebritate p) universæ terræ.

33. Καὶ καθαρίσει Ἱερουσαλὴμ ἐν ἁγιασμῷ, ὡς καὶ τὸ ἀπ᾽ ἀρχῆς.

33. Et purgabit Hierusalem in sanctificatione, quemadmodum & quod ab initio.

34. Ἔρχεσθε ἔθνη ἀπ᾽ ἄκρου τ᾽ γῆς ἰδεῖν τὴν δόξαν αὐτοῦ, φέροντες δῶρα τοὺς ἐξηθενηκότας υἱοὺς αὐτῆς.

34. Ut veniant gentes ab extremis terræ ad videndum gloriam ejus, portantes munera infirmatos filios ejus.

35. Καὶ ἰδεῖν τὴν δόξαν κυρίου ἣν ἐδόξασεν αὐτὴν ὁ Θεὸς, καὶ αὐτὸς βασιλεὺς δίκαιος διδακτὸς ὑπὸ Θεοῦ ἐπ᾽ αὐτούς.

35. Et ad videndum gloriam Domini qua glorificavit illam DEus, & ipse Rex justus doctus a Domino super illos.

36. Καὶ οὐκ ἔσται ἀδικία ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ ἐν

36. Et non est injustitia in diebus ejus in me-

μέσῳ

μέσῳ αὐτῶν, ὅτι πάντες ἅγιοι, καὶ βασιλεὺς αὐτῶν χριστὸς κύριος.

dio ipsorum, quoniam omnes sancti & Rex illorum Christus Dominus.

37. ὁ γὰρ ἐλπιεῖ ἐπὶ ἵππον καὶ ἀναβάτην καὶ τόξον, οὐδὲ πληθυνεῖ αὐτῷ χρυσίον καὶ ἀργύριον εἰς πόλεμον, καὶ πολλοῖς οὐ συναίξει ἐλπίδας εἰς ἡμέραν πολέμου.

37. Etenim non sperat in equo & adscensore & arcu, neque multiplicabit sibi aurum & argentum ad bellum, & multis non congregabit fiducias in diem belli.

38. Κύριος αὐτὸς βασιλεὺς αὐτοῦ ἐλπὶς δυνατῷ ἐλπίδι θεοῦ, καὶ ἐλεήσει πάντα τὰ ἔθνη ἐνώπιον αὐτοῦ ἐν φόβῳ.

38. Dominus ipse Rex ejus spes potentis in spe DEI, & miserebitur omnium gentium in conspectu suo in timore.

39. Παταξει γὰρ γῆν τῷ λόγῳ τοῦ στόματος αὐτοῦ εἰς αἰῶνα.

39. Etenim concutiet terram verbo oris sui in æternum.

40. Εὐλογήσει λαὸν κυρίου ἐν σοφίᾳ μετ' εὐφροσύνης.

40. Benedicet populum Domini in sapientia cum lætitia.

41. Καὶ αὐτὸς καθαρὸς ἀπὸ ἁμαρτίας, τοῦ ἄρχειν λαοῦ μεγάλου, ἐλέγξαι ἄρχοντας καὶ ἐξάραι ἁμαρτωλοὺς ἐν ἰσχυῖ λόγου.

41 Et ipse mundus à peccato ad regendum populum magnum, ad increpandum principes, auferendum peccatores in fortitudine verbi.

42. Καὶ οὐκ ἀσθενήσει ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ ἐπὶ

42. Et non infirmabitur in diebus suis in

θεῷ αὐτῷ, ὅτι ὁ θεὸς κατηργάσατο αὐτὸν δυνατὸν ἐν πνεύματι ἁγίῳ, καὶ σοφὸν ἐν βουλῇ συνέσεως μετ' ἰσχύος καὶ δικαιοσύνης.

DEO ** ejus; quoniam DEUS effecit illum potentem in Spiritu ſancto, & ſapientem in conſilio prudentiæ cum fortitudine & juſtitia.

43. Καὶ εὐλογία κυρίου μετ αὐτῷ ἐν ἰσχυΐ, καὶ οὐκ ἀσθενήσει.

43. Et benedictio Domini cum ipſo in fortitudine, & non infirmabitur.

44 Ἡ ἐλπὶς αὐτῷ ἐπὶ κύριον, καὶ τίς δύναται πρὸς αὐτόν; ἰσχυρὸς ἐν ἔργοις αὐτῷ, καὶ κραταιὸς ἐν φόβῳ Θεοῦ.

44. Spes ejus ad Dominum, & quis potens contra illum? fortis in operibus ſuis & potens in timore DEI.

45. Ποιμαίνων τὸ ποίμνιον κυρίου ἐν πίστει καὶ δικαιοσύνῃ, καὶ οὐκ ἀφήσει ἀσθενῆσαι ἐν αὐτοῖς ἐν τῇ νομῇ αὐτῶν.

45. Paſcens ovile Domini in fide & juſtitia, & non dimittet † ut infirmetur inter illos in paſtu ſuo.

46. Ἐν ὁσιότητι πάντας αὐτοὺς ἄξει, καὶ οὐκ ἔσται ἐν αὐτοῖς ὑπερηφανία καταδυναστευθῆναι ἐν αὐτοῖς.

46. Omnes illos in ſanctitate ducet, & non eſt * in illis ſuperbia dominandi inter eos.

47. Αὕτη ἡ ὑπερέπεια q) τοῦ Βασιλέως Ἰσραὴλ ἣν ἔγνω ὁ θεὸς ἀναστῆναι

47. Ipſe nitor q) Regis Iſrael quem novit DEus, ut ſuſcitet illum

αὐτὸν

** *In DEO ſuo.*
† *Non permittet.*
* *Gr. non erit.*

αὐτὸν ἐπ οἶκον Ἰσραὴλ παιδεῦσαι αὐτόν.

48. Τὰ ῥήματα αὐτῦ πεπυρωμένα r) ὑπὲρ χρυσίον τίμιον τὸ πρῶτον, ἐν συναγωγαῖς διακρινεῖ λαὸς, Φυλὰς ἡγιασμένων.

49. Οἱ λόγοι αὐτῦ ὡς λόγοι ἁγίων ἐν μέσῳ λαῶν ἡγιασμένων.

50. Μακάριοι οἱ γινόμενοι ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἰδεῖν τὰ ἀγαθὰ Ἰσραὴλ ἐν συναγωγῇ Φυλῶν ἃ ποιήσει ὁ Θεός.

51. Ταχύναι ὁ Θεὸς ἐπὶ Ἰσραὴλ τὸ ἔλεος αὐτῦ, ῥύσεται * ἡμᾶς ἀπὸ ἀκαθαρσίας ἐχθρῶν βεβήλων. Κύριος αὐτὸς βασιλεὺς ἡμῶν εἰς τὸν αἰῶνα καὶ ἔτι.

in domum Iſrael ut corripiat illum.

48. Verba ejus ignita r) ſuper aurum pretioſum, & primum, in ſynagogis dijudicabit populos, tribus ſanctificatorum.

49. Sermones ejus ut verba ſanctorum in medio populorum ſanctificatorum.

50. Beati qui naſcuntur in diebus illis ad videndum bona Iſrael in congregatione tribuum quæ faciet DEus.

51. Accelera DEus ſuper Iſrael miſericordiam tuam. Liberabit nos ab impuritate inimicorum profanorum: Dominus ipſe Rex noſter in ſeculum & adhuc.

Ψαλμὸς τῷ Σαλομὼν ιη. ἐπὶ τῷ χριστῷ κυρίῳ.

Pſalmus Salomoni 18. *De Chriſto Domino.*

Κύριε τὸ ἔλεός σου ἐπὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου εἰς τὸν αἰῶνα.

DOmine miſericordia tua ſuper opera manuum tuarum in æternum.

* Forte ῥύσαι *libera nos.*

2. Ἡ χρηστότης s) σου μετὰ δόματος πλουσίου ἐπὶ Ἰσραὴλ, οἱ ὀφθαλμοί σου ἐπιβλέποντες ἐπ' αὐτὰ, καὶ ὐχ ὑστερήσει ἐξ αὐτῶν.

2. Dulcedo s) tua cum munere divite ſuper Iſrael, oculi tui conſiderantes ſuper ea, & ex ipſis non tardabit.

3. Τὰ ὦτά σου ἐπακούσεται τῆς δεήσεως πτωχοῦ ἐν ἐλπίδι, τὰ κρίματά σου ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν μετ' ἐλέους.

3. Aures tuæ audient petitionem pauperis in ſpe, judicia tua in univerſam terram cum miſericordia.

4. Καὶ ἡ ἀγάπη σου ἐπὶ σπέρμα Ἀβραὰμ † υἱῶν Ἰσραήλ. ἡ παιδεία σου ἐφ' ἡμᾶς ὡς υἱὸν πρωτότοκον μονογενῆ.

4. Et dilectio tua ſuper ſemen Abraham filii Iſrael, correptio tua ſuper nos tanquam filium primogenitum unigenitum.

5. Ἀποστρέψαι t) ψυχὴν ὑπήκοον ἀπὸ ἀμαρτίας ἐν ἀγνοίᾳ.

5. Ut avertas t) animam obedientem ab imperitia * in ignorantia.

6. Καθαρίσαι ὁ θεὸς Ἰσραὴλ εἰς ἡμέραν ἐλέους ἐν εὐλογίαις, εἰς ἡμέραν ἐκλογῆς ἐν ἀνάξει χριστοῦ αὐτοῦ.

6. Ut mundes DEus Iſraelem in die miſericordiæ in benedictione, in die electionis in regno Chriſti ejus.

7. Μακάριοι οἱ γινόμενοι ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, ἰδεῖν τὰ ἀγαθὰ κυ-

7. Beati qui nati ſunt diebus illis ad videndum bona Domini, quæ

ρίου

† leg. υἱοὺς *filios Iſrael.*

* Gr. *a peccato.*

ρίᾳ α ποιήσει γενεᾷ τῇ ἐρχομένῃ.

8. Ὑπὸ ῥάβδον παιδείας χριστῦ κυρίου, ἐν φόβῳ θεῦ αὐτῦ, ἐν σοφίᾳ πνεύματος, καὶ δικαιοσύνης, καὶ ἰσχύος.

9. Κατευθύναι ἄνδρα ἐν ἔργοις δικαιοσύνης φόβῳ θεῦ, καταστῆναι πάντας αὐτοὺς ἐν φόβῳ κυρίου.

10. Γενεὰ ἀγαθὴ ἐν φόβῳ θεῦ, ἐν ἡμέραις ἐλέους. Διάψαλμα.

11. Μέγας ὁ θεὸς ἡμῶν καὶ ἔνδοξος ἐν ὑψίστοις κατοικῶν.

12. Ὁ διατάξας ἐν κυρείᾳ φωστῆρας εἰς καιροὺς ὡρῶν, ἀφ' ἡμερῶν εἰς ἡμέρας, καὶ οὐ παρέβησαν ἀπὸ ὁδῦ ἣν ἐνετείλω αὐτοῖς.

13. Ἐν φόβῳ θεῦ ἡ ὁδὸς αὐτῶν καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀφ' ἧς ἡμέρας ἔκτισεν αὐτοὺς ὁ θεὸς, καὶ εἰῶνος.

faciet generationi venturæ.

8. Sub virga increpationis Christi Domini in timore DEI sui, in sapientia spiritus & justitiæ & fortitudinis.

9. Ad dirigendum virum in operibus justitiæ timore DEI, constituendum omnes illos in timore Domini.

10 Generatio bona in timore DEI, in diebus misericordiæ. Diapsalma.

11. Magnus DEUS noster & glorioſus in altisſimis habitans.

12. Ordinans in poteſtate luminaria in tempora horarum a diebus in dies, & non transgredientur * a via quam præcepit illis.

13. In timore DEI via illorum quotidie, a die qua creavit illa DEus, & †in ſeculum.

14. Καὶ

* Gr. *non transgressi sunt a via quam ipsis præcepisti.*
† Gr. *& a seculo.*

14. Καὶ οὐκ ἐπλανήθησαν, ἀφ' ἧς ἡμέρας ἔκτισεν αὐτοὺς, ἀπὸ γενεῶν ἀρχαίων οὐκ ἀπέστησαν ἀπὸ ὁδοῦ αὐτῶν, εἰ μὴ ὁ Θεὸς ἐνετείλατο αὐτοῖς ἐν ἐπιταγῇ u) δούλων αὐτοῦ.

14. Et non errarunt a die qua creavit illa DEus, a generationibus antiquis: non receſſerunt a via ſua, niſi DEus * præcipiat illis in mandato u) ſervorum ejus.

Ψαλμοὶ Σαλομῶντος ιη' ἔχουσιν ἔπη α.

Pſalmi Salomonis octodecim habent a primo †

Τέλος σὺν Θεῷ.

Finem cum DEO.

* Gr. *niſi præceperit illis per mandatum ſervorum ſuorum*, ut Joſuæ & Eſaiæ.

† Ita Cerda, quaſi legiſſet ἐπὶ α'. Sed in Græco eſt: *Pſalmi Salomonis XVIII. habent verſus mille.* Ut monuerunt etiam Stephanus le Moyne & alii viri eruditi. Mirum tamen ἔπη dici, non στίχοι. Nam Græca certe ἔπη non ſunt, licet ex Hebraico metro translata dici queant. Quod vero in Nicephori ſtichometria Pſalmi & ᾠδαὶ Salomonis dicuntur fuiſſe στίχων 2100, facit ut conjiciam plures fuiſſe olim ᾠδὰς Salomoni tributas, præter hos pſalmos qui ſoli ætatem tulere.

JO. LUDOVICI DE LA CERDA

Scholia in Pſalterium SALOMONIS.

Proœmium.

REperti ſunt hi Pſalmi in Bibliotheca Auguſtana * antiquiſſimis membranis ſine interpretis nomine ex Hebræo, ut de eorum antiquitate dubitare non liceat, vel eo ſolo nomine non contemnendi, quamvis de auctoritate poſſint ſcrupuloſi, qui eo titulo tantum quod præ ſe Salomonicum præferant, vel alium antiquitatis venerandum nondum auditum, ſtatim ſiniſtre ſentiunt, cum iniqui judicis ſit facile etiam in re dubia damnare. Nullam fateor in veterum monumentis ** memoriam potuiſſe inveniri hujus Salomonici

* Exemplar allatum CPoli ad Hœſchelium, ut didici ex literis A. Schotti ad Meurſium IX. Cal Nov. 1615. Ab hoc Schotto apographum Cerda accepiſſe ſe profitetur Alium MS. Codicem in Bibl. Cæſarea, ubi medii hi Pſalmi inter Hebrum Sapientiæ & Sirachidis leguntur, memorat Lambecius lib. III. p. 20. Fuerunt etiam hi Pſalmi in Codice Alexandrino Græcorum Bibliorum antiquiſſimo quem ſervat Bibliotheca Reginæ Angliæ, ex quo Clementis Romani Epiſtolas publicavit Patricius Junius. His enim ad calcem Novi Teſt. poſitis ſubjunctos fuiſſe XVIII. Pſalmo Salomonis, teſtatur index publicatus a Bevergio in Codice Canonum Eccleſiæ primitivæ vindicato II 9. & Grabio prolegomen. ad Octateuchum. Sed Pſalmi ipſi ab illo Codice abſciſſi aut perditi ſunt.

** Imo memorat Synopſis Athanaſii inter ἀντιλεγόμενα ſcripta veteris Teſt. ψαλμοὺς καὶ ᾠδὰς Σολομῶντος. Simſ.

lomonici Pſalterii: Nam Pſalmi quos damnat Tertullianus lib. de carne Chriſti cap. 17. & 20. quos laudat Dionyſius Alexand. lib. 2. contra Nepotem Epiſcopum, ut teſtatur Euſebius lib. 7. hiſt. cap. 29. quos memorat Nicephor. lib. 6. cap. 30. non fuerunt iſti Salomonici, nam Tertullianus condemnat Pſalmos Valentinianorum, nullo idoneo auctore, & cum impudentia magna introductos; at iſti idoneum auctorem præferunt Salomonem, nec in illis eſt aliquid pudendum, ſed plura ſancte. Dionyſius laudat Pſalmos, & hymnos compoſitos ab ipſo Nepote, quem eo nomine venerandum putat; noſtri vero auctore Salomone inſcribuntur, neque contemnendi eſſent S. Dionyſii auctoritate, etiamſi adſcriberentur Nepoti: qui vero referuntur a Nicephoro, Paulli Samoſateni encomia erant, qui horribili, ut ait, impudentia, rejecto Davidis Pſalterio, laudes ſuas in Eccleſia compoſitis Pſalmis decantare fecit; quare licet de hoc Salomonis opere nulla laus fuerit apud veteres, nulla tamen eſt cenſura notatum: nec dubito quin ſi viderent, commendarent. Redolent Davidis parentis pietatem & argumentum, præ-

Similiter Nicephori ſtichometria teſtata eſſe στίχων βϱ. ſive verſus continere 2100. ut confirmat etiam latina Anaſtaſii Bibliothecarii interpretatio. Jo Zonaras ad can. 59. Laodicen. ἐκτὸς μὲν τῶν ϱ΄ ψαλμῶν τοῦ Δαβὶδ εὑρίσκονται καί τινες ἕτεροι λεγόμενοι τοῦ Σολομῶντος εἶναι, καὶ ἄλλων τινῶν, ὃς καὶ ἰδιωτικὰς ὠνόμασαν οἱ πατέρες, καὶ μὴ λέγεσθαι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ διετάξαντο. Eadem habet Balſamo ad illum Canonem.

præclare de miſericordia, & ſpe in Deo ſentiunt, dira peccatoribus minitantur, juſtis opem divinam pollicentur, agunt de ſuperbia peccatorum, afflictione juſtorum, de Chriſto Domino prophetant, & tempore legis Evangelicæ, ut vel inde aliqua noſtræ fidei dogmata fulciri poſſent; miſcent plures Dei laudes: itaque ſicut cum Davidicī Pſalterii materia conſentiunt, ita ſtilus Græcus quam proximus eſt verſioni LXX. phraſis ferme ſimilis, & pariter Hebraismos nonnullos ſapit, ut prope dicerem ab iisdem LXX. translatos. Accedit quod interpres utatur interdum antiquisſimis vocabulis, quibus tamen uſi etiam fuerunt LXX. phraſim peculiarem eorundem LXX. ſeruat, quæ in Hebraico non eſt, ſed tantum in eorum verſione, ut in ſcholiis ſequentibus ſuo quoque loco admonebo nonnihil, non omnia, nam feſtino & avido calamo percucurri. Aliqua duxi notanda quæ ad verſionem meam & caſtigationem ſpectarent, e quibus adhuc præterii plura. Idem quoque mihi fuit ſtudium ut vulgatæ verſioni hanc meam interpretationem accommodarem eadem ſtili ſinceritate, & phraſi redolente interdum helleniſmos & hebraismos, ſicut vulgata. Denique meum judicium de his Pſalmis ſtatuo non facile & inconſulte rejiciendos eſſe, nam Salomonem plurima concinnaſſe quæ non vidimus Scriptura teſtatur 3. Reg. cap. 4. *Tria millia parabolas, & fuiſſe carmina ejus quinque millia, & diſputaſſe ſuper lignis, & diſſeruiſſe de jumentis.* Idem repetit Joſeph. lib. 8. cap. 2. ubi ſub nomine carminum vel odarum clauduntur Pſalmi plures, ſed ſingillatim compo-

ſuiſſe

ſuiſſe Pſalmos ſentiunt plures. Origenes lib. 3. περὶ ἀρχῶν, ſcribit repertos ſua ætate qui Pſalmos inſcriptos ᾠδὴ τῶν ἀναβαθμῶν, *Canticum graduum*, a Salomone compoſitos putarent: apud Hebræos Pſalmus 27. qui incipit, *Deus judicium tuum Regi da*, Salomoni inſcribitur, & Hieronymus prolog. in Pſalm. Euſeb. Athan. Iſidor. 6. Etymol. auctores Pſalmorum faciunt eos qui in titulis præferuntur, idcirco Salomonem condidiſſe Pſalm. 72. & 127. qui illius nomine inſigniuntur; tum & ſequentes 128. 129. & 130. ad eundem auctorem proxime præcedentem ſpectabunt ex Origenis quadam regula, ut & obſervavit noſter Pineda lib. 3. de rebus Salom. cap. 29. neque ego dubito duobus vel tribus Pſalmis qui ab Athanaſio in ſynopſi & aliis graviſſimis Patribus tribuuntur Salomoni, contentum fuiſſe uber & pronum ingenium Salomonicum, ſed alios quoque concinnate effudiſſe; an vero iſti nuper reperti eodem numero accipiendi ſint plena fide, libentiſſime inclinarem, cum noſtræ religioni, fidei & pietati faveant plerique, & antiquiſſimi ſint; nolim tamen præoccupare alienum judicium, ſed integrum relinquo; tantum moneo, quod noſter Mariana notatione pro epiſtola Paulli ad Laodicenſes, ne iniqui judices adverſus nos ſimus. Id demum ſentio, cujuscunque ſint, indignos eſſe repulſa & contemptu, nam ſi Salomon Rex eorum auctor non fuit, compoſiti fuerunt ab viro peritiſſimo in ſacris litteris, ut phraſis, alluſio, conſonantia, ſententia, & pietas ſimilis oſtendunt, eosque Salomonis nomine inſcripſit, non quod vellet illum auctorem falſo haberi, vel

quia

quia ipſe auctor Salomon nuncuparetur ut Rex ipſe (quod ſuſpicari quis poſſet;) ſed quia induceret illum loquentem & pſallentem, ac parens David fortaſſe etiam accederet ut ipſe auctor diceretur Salomon, niſi id feciſſet Nepos Epiſcopus laudatus a Dionyſio Alexandrino. Non credo fuiſſe otium alicujus hæretici meditantis, ut ſolent, corruptionem alicujus dogmatis: neque Judæi, cum potius quæ de Chriſto canit, noſtram Religionem adverſus Judæos firment. Et plane non aliud argumentum eſt, quo Salomoni denegetur hoc opusculum, quam mirum ſilentium tot ſeculis de illo; ſed temporum furta & caſus contemplantem, haud penitus convincet unicum hoc indicium.

PSALMUS PRIMUS.

a) Verſ. 1. *In finem)* Similiter LXX. ſæpe, & vulgatus Pſalm. 75. ἵνα τί ὁ θεὸς ἀπώσω εἰς τέλος, *ut quid repuliſti in finem.* Pſalm 37. ἐταλαιπώρησα καὶ κατεκάμφθην ἕως τέλους, *miſer factus ſum, & curvatus ſum usque in finem.* Ideo retineo cum illis phraſim eandem in hoc adagio, quamvis latiniſſime id reddere poſſem, qua elegantia hac verſione abſtinebo, juxta ſinceritatem vulgati interpretis. Significatur eo genere dicendi idem quod omnino, & penitus ſeu res ultima & extrema; proverbium idem Latinis cum dicunt, *extrema linea.* Unde quod Joan. cap. 13. ait, *in finem dilexit*, valet idem quod apud Terent. in Eunuch. *extrema linea amare*, & nos dicimus *por el cabo*, vel *rematada mente*,

vel *aſtanomas*. Apud Græcos quoque aliquid hujusmodi. Euripid. in Antigone:

Ἐπ' ἄκραν ἥκομεν γραμμὴν κακῶν:
Devenimus ad extremam lineam malorum.

Ad hanc extremam lineam malorum tribulatio iſthæc Pſalmographi noſtri devenerat.

b) 3. *In abundantia & multitudine filiorum.*) Græce ἐν τῷ εὐθυνῆσαι καὶ πολὺν γενέσθαι ἐν τέκνοις. Hellenismus hic frequentiſsimus apud LXX. ut Pſalm. 104. ἐν τῷ εἶναι αὐτὸς ἀριθμῷ βραχεῖς. & Pſalm. 125. ἐν τῷ ἐπιστρέψαι κύριον τὴν αἰχμαλωσίαν σιών. ut vix ſit pagina quæ hujuſmodi locutione non ſcateat, quam per nomina verti modo, alioqui varie, ut & vulgatus. Nam illud Pſalm 104. tranſtulit, *cum eſſent ipſi numero modici*, & id Pſalm. 125. *in convertendo Dominus captivitatem Sion.*

c) 8. *Supra gentes quæ antecеſſerunt eos.*) Sic claritatis ergo transfero Hellenismum ὑπὲρ τὰ πρὸ αὐτῶν ἔθνη. *Supra* Sodomitas notat fortaſſe, ut Ezech. cap. 16. 47. & 48.

PSALMUS II.

d) *Salomoni.*) Ita inſcribuntur a B. Hieronymo Pſalmus 72. *Salomoni*, & Pſalm. 127. *Canticum graduum Salomoni*, qui propterea à nonnullis Patribus Salomoni auctori imputantur.

e) 1. *In machina.*) Græce ἐν κριῷ, *in ariete*. Tertullianus lib. de pallio cap. 1. loquens de ariete: *machina eſt, quæ muros frangere militat.* Ita tranſtuli *machina* generice *pro ariete*, quia tempore Salomonis

nis tormentum hoc inviſum, teſte Tertull. Pauſania & Vitruvio: hi primos Carthaginienſes ariete oppugnatorio uſos produnt, qui fuerunt poſt Salomonem. Hiram enim, ſive Iramus apud Græcos, Abibali filius Rex Tyri & amicus Salomonis præceſſit annis 155. conditionem Carthaginis ab Eliſa Pygmalionis regis ſorore. Et intereſt nihil ut ſuſpectum habeas hoc opus κριὸν, *arietem* dixiſſe, Salomonico ſeculo inauditum, nam is mos eſt interpretum nonnullorum, quo rem facilius exprimant, notiori vocabulo explicare, quod in dialecto originali non ſit. Ut Hieronym. & Septuaginta interdum: ille Proverb. 26. vertit, *ſicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurii*, cum in Hebræa *acervus Mercurii* non ſit: ſed generice *cumulus*. & LXX. ubi vulgatus juxta Hebræum habet Job. cap. 42 *& nomen tertiæ cornu ſtibii*, id eſt, copia ſtibii quo oculi unguntur, & pulchri fiunt, transferunt τὴν δὲ τρίτην ἀμαλθείας κέρας, *tertiam autem* (ſcilicet nominavit) *Amalthea cornu.*

f) 4. *Non bene odoratæ ſuavitate.*) Perperam ſcripta hæc in Græco ut legere nequirem, ſuſpicor ſcriptum, μὴ εὐωδιάδει εὐωδίᾳ.

g) 6. *In ſtigmate.*) Græce ἐν σφραγίδι, *in ſigno*, id eſt, nota rei impreſſa, ut dignoſci queat, ut ab Herodoto accipitur, licet alioqui de ſigno annulo impreſſo, vel ipſo ſigillo plerumque ſumatur. Ego verti *in ſtigmate*, nam alludit ad captivitatis ſigna & notas quæ *ſtigmata* dicuntur. Petronius in Satyr. *Veræ enim ſtigmata credebat captivorum frontibus impreſſa*, & prius *frontes notans inſcriptione ſolerti*, *ut videamini ſtigmate eſſe puncti.* Unde Cicer. 2. de of-

ficiis dixit *ſtigmaticum*. Columella Hortulo, *ſigna* dixit:

Dejectura quidem fronti data ſigna fugarum.

Notatur a Pſalmographo ſumma abjectio, & contumelia captivitatis Judæorum, Valerius lib. 6. cap. 8. *Servum ab eo vinculorum pœna coercitus inexpiabilique litterarum nota per ſummam oris contumeliam inuſtus.*

h) *Cervix illorum in ſigno inter gentes.*) Græce ὁ τράχηλ@· αὐτῶν ἐν ἐπισήμῳ ἐν τοῖς ἔθνεσι. Significatur vinculum ſeu jugum aliquod ſervilis notæ in collo illorum dum captivi eſſent inter gentes, quo ſecundum quosdam alludit Pſalm. 28. *Dominus juſtus concidet cervices peccatorum.* Theodotio vertit κλοιούς, qui ſunt torques & vincula cervicum captivorum, ut quæ Hiſpani dicunt *argollas*, quæ ſignum ſervitutis ſunt. Heſychius exponit δεσμὸς περιτραχήλι@·, κολλάριον, *vinculum cervicale, collare*. Plutarchus in Fabio: ἐπιθήσει κλοιὸν σιδηροῦν ἐπὶ τράχηλόν σου, *ponit jugum, ſeu collare ferreum in cervicem tuam.* Xenophon hellen. lib. 3. ait, τὸν τράχηλον ἐν κλοιῷ, *cervicem in torque*, ſeu *collari* vinctam. Aquila & Symmachus habent βρόχους, *laqueos*, ſignificantes gutturalia iſta vincula peccatorum, ſcilicet quæ a peccatoribus injecta ſunt juſtis, eaque concidet Dominus, ita Theodoretus & alii Græci exponunt. Salomonicum hoc vaticinium tempore Sedeciæ impletum videtur, cum Nabuchodonoſor Hieroſolymam expugnavit, cujus captivitatem ut prædiceret Jeremias, juſſus eſt cap. 27. ſibi facere δεσμοὺς καὶ κλοιοὺς καὶ περιθεῖναι περὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, *vincula & catenas* (id eſt, collaria illa, juxta Græcum) *& ponere eas in collo tuo*, in ſymbolum

bolum ſcilicet ſervitutis futuræ, nam κλοιὸς ille, ſeu *collare* fuerat captivorum ſignum & nota: quare illud *ἐν ἐπισήμῳ*, *in ſigno* verti, tum quia ponebatur aliquando κλοιὸς in ſignum ignominiæ, ut illuderentur, nam Hieronym. κλοιὸς explicuit *boiam*, quæ, Iſidoro auctore, 5. Etym. ſunt torques damnatorum, quaſi jugum boum, ſic quidam vertunt κλοιὸν, *jugum*, & credo eſſe quod dicunt Latini furcam, cui in deductione rei ad ludibrium & ignominiam collum inſerunt: unde frequens in conviciis nomen furciferi; & familiare ſupplicium fuiſſe prodit plutarch. in Romanis quæſt. ut alligati furca per loca publica traducantur. Facit huc quod Jerem. 5. 28. ligneas fuiſſe catenas, ſeu torques illas indicat: quamvis puto non ſemper ligneas, ſed interdum ferreas fuiſſe.

i) 14. *Contra ſolem dederunt in exemplum injuſtitias ſuas.*) Id eſt, quia publice & nulla verecundia deliquerunt, ut antecedenti verſiculo inſinuatur, luent injuſtitias ſuas publice, Græce παραδειγμάτισαν ἀδικίας. ſic Num. 25. λάβε τοὺς ἀρχηγοὺς τοῦ λαοῦ, καὶ παραδειγμάτισον αὐτοὺς τῷ κυρίῳ κατέναντι τοῦ ἡλίου. Reddit vulgatus, *tolle cunctos principes populi, & ſuſpende eos contra ſolem in patibulis.* Verti tamen ejusmodi, ut nonnihil adhuc ſaperet Græcum παραδειγματίζω, Latinis non abhorrentibus, nam apud Terentium in Eunucho & cæteros *exemplum* pro atroci pœna accipitur. Sicut Plato in Gorgia, tum alii Philoſophi inter genera pœnarum *exemplum* poſuerunt. Vis verbi Græci explicatur ex Demoſth. contra Æſchin. falſæ legationis, ἂν μέντοι διὰ πονηρίαν ἀργύριον λαβόντων καὶ δῶρα

καὶ ἔτο ἐξελέγχθη σαφῶς ὑπ' αὐτῶν τῶν πεπραγμένων, μάλιστα μὲν εἰ ἐνόντες, ἀπεκτείνατε εἰ δὲ μή, ζῶντα τοῖς λοιποῖς ὑπόδειγμα ποιήσατε. *quod si per facinus pecunia, muneribusque acceptis, & hoc plane coarguatur ex rebus ipsis quas gessit. præcipuum quidem fuerit si potestis ut occidatis, sin minus, viventem ceteris faciatis exemplum.* Nazian. orat. de Baptismo non junxit cum persona, sed cum delicto, ut hic, δείξῃς ὅτι τὴν ἁμαρτίαν ὄντως μεμίσηκας, ὑποδειγματίσας αὐτὴν καὶ θριαμβεύσας ὡς ἀξίαν ὕβρεως: *Ostendas te odio peccatum habuisse illud tanquam contumelia dignum traducendo* (nempe in exemplum) *& de eo triumphando.* Inde hujus vocis insciția diversa sententia est in Matth. 1. *Nollet traducere eam.* Græce ὑποδειγματίσαι. Ubi certissime Josephus non sui nominis rationem habens noluit ad domum suam traducere sponsam. tanqvam sibi indignam, sed Mariæ honori consulens, noluit ad populum & judices traducere, exemplum futuram aliis in supplicio: ut Petronius in Satyr. *Neve traducere velitis tot amicorum consilia secreta.* Scilicet deferre ad judices ut puniantur.

k) 20. *A throno majestatis.*) Græce ἀπὸ θρόνου δόξης, *a throno gloriæ.* Sed vulgatus Psalm. 71. δόξαν vertit *majestatem.* Similem status mutationem prædixit Isaias cap. 3.

l) 21. *Pro corona.*) Credo fuisse in Hebræo פְּאֵר qvod vulgatus vertit Isaiæ 61. *coronæ*, & Esaiæ 3. *discriminale*, cujus munus continendis crinibus resticulam qvandam suppleturam prædicitur, si qvi crevissent, vel reliqvi essent e calvitio servili: vel saltem qvia deplorantes fœminæ suam summam

mam miseriam restibus caput circumdederunt: ut 3. Regum cap. 20. *Ponamus itaque saccos in lumbis nostris, & funiculos in capitibus nostris.* Fuit Syrorum is mos, teste Philone lib. 8. antiquit. Porro στεφάνην coronam posuit Pollux lib. 5. cap. 16. in mundo muliebri, ex versu illo:

Τῶν δ' αἱ μὲν πλεκτὰς στεφάνας ἔχον, αἱ δ' μαχαίρας:

Horum hæ flexas coronas, hi vero enses habebant.

m) 24. *In captivitate gentium.*) Malui ita, quamvis Græce sit ἐν αἰχμαλωσίᾳ. Nam & interpres Isaiæ cap. 14. vertit ex LXX. idem vocabulum *in vinculo.*

n) 29. *Superbiam draconis.*) Nabuchodonosorem draconem vocat, ut & David de Pharaone Psalm. 73. σὺ συνέθλασας τὴν κεφαλὴν τοῦ δράκοντος, *tu confregisti caput Draconis.* & Ezech. cap. 29.

o) 30. *Percussum in montibus Ægypti.*) Græc. ἐκκεντημένον ἐπὶ τῶν ὀρέων Αἰγύπτου, ejusmodi verti potius, qvam *stimulatum*, vel *confossum*, ut & percusio magis generice Nabuchodonosoris significetur. Septuaginta in Isa. cap. 14. eadem voce utuntur in simili plaga. At cum mentionem *Ægypti* faciat, non inepte prophetia hæc intelligenda fuisset de Pharaone, ut eadem sit ac vaticinium Ezechielis 29. *Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ad te Pharao Rex Ægypti Draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum, & projiciam te in desertum, & omnes pisces fluminis tui. Super faciem terræ cades, non colligeris, neque congregaberis, bestiis terræ, & volatilibus cæli dedite ad devorandum.* Cui mire consentiunt

omnia quæ hic minatur Psalmographus. Primo nomen draconis. Secundo projectum & percussum in deserto, hoc est, montibus Ægypti. Tertio ejus corpus inhumatum, ut mox. Quarto quod versiculo sequenti dicitur *corruptum in fluctibus* quadrat cum cubatione *in medio fluminum*. Accipio nihilominus integrum Psalmum de excidio & captivitate Babylonica, & summa denique humiliatione regum Chaldæorum, qui Judæos oppresserunt. Quibus æque aptanda omnia in sequentibus; hic *percussum in montibus* dicit, quia Nabuchodonosor ferino more & gestu percussus a Deo per montes, ut bellua vagavit, vel quia cadaver Nabuchodonosoris, vel Balthasaris in montibus fuerit ejectum, ut LXX. habent Esaiæ cap. 14. σὺ δὲ ἐρίφθης ἐν τοῖς ὄρεσιν ὡς νεκρὸς ἐβδελυγμένος, *tu autem projicieris in montibus, sicut mortuus abominabilis.* Nec interest quidquam quod hic additur *in montibus Ægypti*. Nam illud *Ægypti*, allegorice accipiendum, ut similia solent, eo sensu quo Hieronymus, qui, nescio quomodo, hoc olfecit, & respondit comment. in locum citatum Isaiæ his verbis: *Juxta Septuaginta cadaver Nabuchodonosor cum plurimis interfectis polluetum atque confossum jacebit in superbis montibus.*

p) 30. *Supra novissimum despectum.*) Græc. ὑπὲρ ἐλαχίστου ἐξουδενωμένου, *Super minimo annihilatum*, verti ejusmodi, quia summa opprobria Christi Domini juxta Hieronymum, explicaturus Isaiæ cap. 53. dixit, *despectum & novissimum virorum*, & aliquando vulgatus ἐξουδενῶ transfert per *despicio*.

Pf.

Pſ. 68. τὰς πεπεδημένους αὐτοῦ οὐκ ἐξεδύσατο, *vinctos ſuos non deſpexit.*

q) 31. *Cadaver ejus putridum.*) Græc. τὸ σῶμα αὐτοῦ διεφθαρμένον, *corpus ejus corruptum.* Licet idem ſonet, libuit illiusmodi vertere, nam eadem omnino hiſtoria hic refertur ac 14. Eſaiæ, ubi Hieronymus ex Hebræo tranſcripſit, *cadaver putridum.* De hac putredine & corruptione, ibidem Iſaias, *tu autem projectus es de ſepulchro tuo ſicut ſanies pollutus.* Aquila ἰχῶρα interpretatur, *labem* ſcilicet & *pedorem*, Symmachus ἔκτρωμα, *abortivum*, certisſime calamitas ejus regis hic prædicitur, quæ ab Eſaiæ ſup. ſive de Nabuchodonoſore, ſub quo Hieroſolymæ excidium & captivitas, accipiatur, ut fit a plerisque, quem exhumatum a filio Evilmerodach dicunt. Sive de ſucceſſore ejus Balthaſſare, qui eadem captivitate retinuit Judæos ſuperbisſime, ac eamdem perſonam & dignitatem geſſit cum avo, & tandem ſuperatus a Medis, & confoſſus jacuit inhumatus, de quo Iſaias etiam, *non habebis conſortium: neque cum eis in ſepultura.* Ego credo nec de Nabuchodonoſore tantum, nec de Balthaſſare tantum intelligendum Eſaiam, ſed in communi de rege Babylonico, alioqui ejus capitis difficultates expediri commode nequeunt. Nam quod ibi dicitur de rege Babylonico, non eſt verum in ſingulis, vel in aliquo, ſed in omnibus, & in Balthaſſare illud de inhumatione completum.

r) *In fluctibus in opprobrio multo.*) Græce ἐπὶ κυμάτων ἐν ὕβρει πολλῇ, paullulum hæſi num illud ἐπὶ κυμάτων verterem *verſus fluctus*, ſcilicet mare. Nam

Nam ἐπὶ cum ſecundo caſu id ſignificare ſolet, ut ἐπ' οἶκα, *domum verſus*, ut denotaretur qvorſum cadaver inhumatum & putridum projectum eſſet; nihilominus tranſcripſi ſyncere, & ſenſus eſt, *in fluctibus opprobrii maximi*, adhuc in cadaver e putrido dejectam ſuperbiam Draconis, nam Hieronymus laudato loco ait: *Nabuchodonoſor projectus eſt de ſepulchro ſuo, nec in morte a cruciatibus conquievit.* Hanc inquietudinem & fluctuationem extremæ & poſthumæ fortunæ hujus Regis denotat Pſalmographus. Sic Plinius dixit lib. 5. cap. 17. *Quos vitæ feſſos ad mores eorum fortunæ fluctus agitat*, Significaturque per fluctus magna vis & copia opprobriorum, ut apud Tullium lib. 7. ad Attic. *fluctum enim totius barbariæ una ferre urbs non poterat.* Neque id ab ſtylo Græcanico abhorret. Plato lib. 5. de rep. κῦμα uſurpat pro magna irriſione & opprobrioſiſus. εἰρήσεται δ' ὄν, εἰ καὶ μέλλει γέλωτί τε ἀτεχνῶς ὥσπερ κῦμα ἐκχεῖσθαι καὶ ἀδοξία καταλύσειν: *dicetur igitur quamvis riſu effuſiori, velut fluctu cachinnorum & pervicaciorum ignominia obruatur.* Et ſæpe antea quoties irriſio fieret, fluctum dixit. Bona pars opprobrium fuerat quam ſtatim Pſalmi auctor indicat, *& non erat qui ſepeliret.* Nam ſumma hæc omnium rerum injuria & odium. Mezentius lib. 10. Æneid.

Corpus humo patiare tegi, ſcio acerba meorum
Circumſtare odia. Hunc ore defende furorem,
Et me conſortem gnati concede ſepulchro.

Simile quid accidiſſe Mario, acerbiſſimo odio Syllæ prodit Tullius 2. de legibus.

s) 33. *Ego Dominus terræ & maris ero.*) Firmatur harmonia hujus Pſalmi cum Eſa. 14. ubi ſimilis præſumptio Babylonici regis.

PSALMUS III.

t) 6. *Salutare*) σωτηρία, *incolumitas*, *ſalus*; ſed ex LXX. aliquando vulgatus *ſalutare* vertit, ut Pſalm. 70. *τὴν ἡμέραν σωτηρίαν σε*, *tota die ſalutare tuum*. Aliquando *ſalus*, Pſalm. 68. *ἡ σωτηρία σε ὁ θεός ἀντιλάβοιτό μου*, *ſalus tua Deus ſuſcipiat me*.

u) 9. *Expiavit ab errore.*) ἐξιλάσατο ἀπὸ ἀγνοίας! iſtiusmodi tranſtuli ἐξιλάσκομαι, quod eſt *propitio*, *placo*, *pacifico*. Nam ſic verſum eſt Levit. cap. 16. ἐξιλάσεται τὸ ἅγιον ἀπὸ τῶν ἀκαθαρσιῶν τῶν υἱῶν Ισραὴλ, *& expiet ſanctuarium ab immunditiis filiorum Iſrael*. Et rurſus eodem ſenſu idem verbum repetit. Licet Levit. 14. pro *placare* accipiat, & aliquando *deprecari*. Illud ἀπὸ ἀγνοίας *ab errore* dixi. Nam ἄγνοια non ſimpliciter ignorantia eſt, ſed pernicioſus habitus errandi & decipiendi. Svidas, εἴ τις λέγει ἄγνοιαν εἶναι στέρησιν ἐπιστήμης, ἁμαρτάνει, ἔστι γὰρ ἄγνοια ἕξις μοχθηρὰ, καὶ ἡ πατημένη, *ſi quis dicit ἄγνοιαν eſſe privationem ſcientiæ*, *fallitur*, *nam eſt habitus pravus*, *& inducens homines aderrorem*. Significatur jejunio & humili afflictione expiandam animam ab omni intellectus pravitate, & errore quo in peccata prona ruit.

x) 12. *Addidit.*) προσέθηκαν, *addiderunt*, erat in Græco, credo, προσέθηκεν, *addidit*, quia ante & poſt in ſingulari loquitur de peccatore.

PSAL-

PSALMUS IV.

y) 2. *In diverſitate peccatorum.*) Græce ἐν ποικιλίᾳ, rebar ſignificare *in aſtutia* peccatorum. Cum enim Pſalmographus inducat peccatorem in ſenatu ſupremo Judæorum, Synedrio dicto, ut eſt in Græco, & judicis officium agentem, hinc ejus prudentiam, & partes declarare videbatur, cur adeo præſumeret ut primus vellet ſuffragium ferre, hoc notat cum ait: *manus ejus in primis*, prudentiam ejus appellans vafritiem verſipellem, & calliditatem in peccando. ποικίλος enim pro vafro, verſuto, vario, & verſicolore homine accipitur, ut ab Heſiodo in oper. dictus προμηθεὺς ποικίλος, *Prometheus verſutus.*

z) 5. *In ſigno malitiæ.*) Græce ἐν σωτραγῇ, diſcidi hujusmodi, quod unica dictione compactum ἐνσωτραγῃ. Significat σωτραγὴ *ſignum*, & *præceptum*, lubenter verterem *in malitia.* Nam nihil aliud hic notatur quam conniventia & jactus oculorum lasciviis, quibus reciprocatæ libidines inſinuantur. Quo alludens ludit Georgius Piſides Conſtantinop. lib. de opific. admiratus DEI providentiam;

> Εἴπερ δι' αὐτῶν ἐμβαλοῦσα τοὺς ῥύπους,
> Πάλιν δι' αὐτῶν ἐκβαίλῃ τὰ δάκρυα.
> Τὰς εἰσόδους πλύνασα ταῖς διεξόδοις.
> *Sed enim per oculos eum notas turpes trahat,*
> *Rurſus per ipſos lacrymas fundit pias.*
> *Egreſſione ut elmat quæ ingreſſa ſunt.*

Chryſoſt. hom. 3. ad populum hæc ſigna & oculo-

rum

rum allocutiones & responsiones notans dixit, ὄψεσιν εὐμόρφοις ἐπιπηδᾶν, *obtutibus insilire formosis.* Rursus: μὴ φάγῃς ἀκολασίαν διὰ τῶν ὀφθαλμῶν, *Ne devores lasciviam oculis*, probe Clemens Alex. pædag. 3. cap. 11. κλαδαραὶ γὰρ ὄψεις καὶ τὸ ἐνιλλωτὸν ὃ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν βλεφαρίζειν ἐστὶν, ἡδὺν οὐδὲν ἀλλ' ἢ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν μοιχεύειν ἐστὶν, ἀκροβολιζομένης τῆς ἐπιθυμίας δι' αὐτῶν: *lascivæ intuitiones & cernere oculis versatilibus & connitentibus, nihil est aliud quam mœchari oculis, cum per illos cupiditas ineat primæ pugnæ præludia.*

a) 13. *Donec vicit dissipare.*) Vertere poteram *donec vicit, donec dissipavit velut in orbitate.* Malui alteriusmodi, & affectare Hebraismum illum, ut interdum alios, sæpe etiam retinent Septuaginta, & ex eis vulgatus. Psalm. 26. *Credo videre bona Domini in terra viventium.* & Psalm. 71. ὁ θεὸς τὸ κρῖμα σου τῷ βασιλεῖ δὸς κρίνειν τὸν λαόν σου ἐν δικαιοσύνῃ: *Deus judicium tuum regi da judicare populum tuum in justitia.*

b) 18. *A temporibus ejus.*) ἀπὸ κροταφῶν, phrasis hæc & periphrasis somni Septuaginta propria Ps. 131. ἀνάπαυσιν κροτάφοις μου, & ex eis vulgatus. *requiem temporibus meis*, quod in Hebræo non est, nec Chaldaico targum, ubi tantum est אִם־אֶתֵּן שְׁנָת לְעֵינָי לְעַפְעַפַּי תְּנוּמָה: *si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem.* Quamvis Theodotio, pro βλεφάροις transcribat κροτάφοις: monui hæc ut constet, quam sapiat Septuaginta hujus Psalterii interpretatio.

c) 19. *Vacuus.*) Obscure in meo Græco Codice, ut

ut κεῖν@· potius legeretur, ſed absque Dubio κενὸς eſt.

d) 21. *A ferù.*) Quidqvam hujus dictionis perperam ſcriptum erat, ut tantum ſineret legi ἀπολῆρίων, ſed vel cœcus videt legendum ἀπὸ θηρίων.

e) 22. *Eruant.*) Græce ἐκκόψειαν. Illius modi optime verto. Ariſtoph. εἴθ' ἐξεκόπην πρότερον τὸν ὀφθαλμὸν λίθῳ: *utinam oculus prius mihi ereptus ſuiſſet lapide.*

PSALMUS V.

f) 3. *Neſileas a me.*) μὴ παρασιωπήσῃς ἀπ' ἐμοῦ. Ipſiſſima verba LXX. ter repetita, Pſal. 27. 34. & 38. ſtylus eorum proprius, nam in Hebraico deeſt, imo Pſalm. 38. & 39. nihil eſt in Hebræo cui reſpondeat illud *ne ſileas.*

g) 15. *ſi ſecundo fecerit.*) Græce δευτερώσῃ, ejus vis non adeo ſimpliciter Latine exprimi poteſt ſicut Hiſpanice, *ſi aſſegundare.* Vulgatus tamen 3. Regum 18. ejusmodi interpretatur, καὶ εἶπε δευτερῶσατε καὶ ἐδευτέρωσαν, *rurſumque dixit etiam ſecundo facite, qui cum feciſſent ſecundo.* & 1. Reg. cap. 26. quaſi periphraſi uſus, καὶ ὃ δευτερώσω αὐτῷ, *& ſecundo opus non erit.* Hiſpane, *y no aſſegundare.*

h) 16. *Non inflabitur.*) Perperam in Codice quem vidi, ſcriptum hoc φύσαι, conjeci legendum φυσάεται.

PSALMUS VI.

i) 5. *Procellarum naufragani.*) Græc. hujusmodi erat, καὶ σαλῶν θαλασσῶν. Primam vocem non judicavi fuiſſe verbum, ſed nomen, ideo retraxi accen-

accentum, & lego, σάλων. Vox θαλασσῶν *naufragans* verto. Usus est ea Aristot. lib. de mundo, pro obrutus, vel summersus mari.

k) 7. *Deprecatus.*) Sic lego, ex Græco ἐδεήθη, a me restituto, nam barbare, seu inscite a librario inveni exaratum, ut & alia levia quæ omitto.

l) 8. *Exaudivit.*) Similiter hic, & rescribendum ἐισήκουσε.

PSALMUS VII.

m) 4. *Cum mandato illi de nobis.*) Quamvis non recte scriptum in Græco, clare colligitur scriptum, σὺν ἐντολῇ αὐτῶ περὶ ἡμῶν, sensus est, dimittes mortem peculiari mandato ipsi insinuato circa nos, ne nos funditus verrat.

n) 9. *Annunciavero.*) Vix permittit Græcum legi, credo scriptum ἐπαγγείλω.

PSALMUS VIII.

o) 5. *Dissoluta genua mea.*) παρελύθη γόνατά μου, eodem verbo usus Paullus ad Hebræos 12. & Isaias cap. 35. sed vulgatus illic, *dissoluta genua*, vertit, hic, *debilia genua*. Prætuli priorem interpretationem Græco omnino respondentem.

p) 9. *In irritatione.*) Græce ἐν παροργισμῷ, haud paullulum. Nam legendum ἐν ἀπάτῃ λογισμῷ, *in deceptione.*

q) 13. *Et in fluento sanguinis.*) Perperam scriptum a librario ἐν Φέδρῳ * αἵματος, rescribendum omnino est, ἐν ῥείθρῳ, vel ῥείθρῳ αἵματος.

r) 15. *Propinavit illis calicem vini meri.*) Gr. ἐπότισεν

* Leg. ἐν αἰΦέδρῳ.

σεν αὐτοῖς ποτήριον οἴνου ἀκράτου. Totus hic verſiculus Davidicam illam ſententiam reſpectat Pſal. 74. & ſtilus idem ac LXX. ibid. ποτήριον ἐν χειρὶ Κυρίου οἴνου ἀκράτου, *calix in manu Domini vini meri*, quo peccatores ingurgitare dixit; ſed & ex hoc calice πλανήσεως *erroris* ortam quis diceret fictionem Cebetis Thebani in ſua tabula de calice illo, etiam πλανήσεως *erroris*, ubi inducitur mulier ἐν τῇ χειρὶ ἔχουσα ποτήριόν τι. ὁρῶ, ἀλλὰ τίς ἐστιν αὕτη, ἔφην; ἀπάτη καλεῖται, φησιν, ἡ πάντας τοὺς ἀνθρώπους πλανῶσα. εἶτα τί πράττει αὕτη; τοὺς εἰσπορευομένους εἰς τὸν βίον ποτίζει τῇ ἑαυτῆς δυνάμει. ἔστι δὲ τί ἐστι τὸ ποτόν; πλάνη, ἔφη, καὶ ἄγνοια, *in manu calicem quendam tenens. Video, inquam: ſed quæ ea eſt? impoſtura, inquit, quæ omnes homines ſeducit. Et quid agit ea? iis qui in vitam ingrediuntur vim ſuam propinat. Quæ vero eſt illa potio? error, inquit, & ignorantia.*

s) 37. *Tu Deus noſter.*) Prima vox hujus verſiculi deleta; apparet exclamationem aliquam eſſe, forte exclamatio aliqua obſoleta ἐαὶ, quam potius credo ἔα, *Ah*, vel conjunctionem καὶ reſcribendam. illam omiſi, tum quia non integre percepi, tum quia hanc eandem exclamationem vulgatus non expreſſit cap. 1. Marci, quamvis in Græco eſſet ἔα, τί ἡμῖν καὶ σοὶ Ἰησοῦ ναζαρηνέ. Et Latinè omiſſa exclamatione tantum eſt, *Quid nobis & tibi Jeſu Nazarene?*

t) 40. *Laudabilis Dominus.*) Scriptum erat ἀινετὸς, quod ſi non fuiſſet accentu alieno, vertiſſem *liber*, vel *abſolutus Dominus in judiciis ſuis*, ſed accentus ille monſtrat legendum ἀἰνετὸς, *laude dignus*, vel *laudabilis*,

dabilis, firmatur ex ſequentibus cum dicat, *in ore Sanctorum.*

PSALMUS IX.

u) 5. *Non occultabitur.*) ἀ κρυβήσεται, utitur interpres interdum hoc verbo perantiquo & obſoleto κρύβω, ut vel hinc conjici quoquo modo queat, antiquam hanc interpretationem, & fortaſſe convenire in tempore cum LXX. ſicut in aliis, quorum ætate uſitatius hoc verbum, quo utuntur illi, ut Pſalm. 69. ἀπὸ σοῦ οὐκ ἀπεκρύβησαν, *a te non ſunt abſcondita.*

x) 7. *Opera noſtra in electione.*) Multa incuria librarii, ſcriptum videbatur, ἔργα ἡμῶν ἐν εὐλογίᾳ, quaſi diceret *germina noſtra in benedictione*, ſed certiſſimum mihi, potius ſcriptum ἔργα ἡμῶν ἐν ἐκλογῇ, *opera noſtra in electione*, luculentus locus pro libero arbitrio, cujus eximius aſſertor alibi etiam fuit Salomon.

y) 20. *Et adhuc in finem.*) Vox τέλος ſub finem totius Pſalmi ſeparata erat, ut in calce alicujus operis ſcribi ſolet *finis*. Verum neſcio cur in extremo hujus Pſalmi quam aliorum foret appingenda, ideo connecto illam cum ultimo verſiculo retrotracta præpoſitione εἰς, ut ſolet interpres, uti εἰς τέλος.

PSALMUS X.

z) 1. *Qui deviavit a via malitia.*) Græce ἐκυκλώθη ἀπὸ ὁδῶν πονηρᾶς. Vis verbi Græci non exprimitur Latine, eſt *circulatus*, hoc eſt, *circumverſus a via malitiæ*, non omnino ſine alluſione ad ritum il-

lum, quo ut via remeandi aliquo penitus ignoraretur, circumversio fiebat & agitatio circulatim, sic putabant viam illam non repetendam sed perpetuo ignoratam & oblitam: quemadmodum apud Romanos sponsa obtecto flammeo capite, cum e primis ædibus pedem extulisset vertebatur in gyrum, atque in domum sponsi hoc ritu ducebatur, ne sciret vias remeandi in paternas ædes: hac allusione irremeabiles viæ malitiæ pulcherrime ostenduntur, sicut ostendunt Sancti allusione ad alia, quibus Gentiles irremeabile iter significarunt. S. Isacius allusione ad Sirenum incantationem, S. Diadochus ad aquam lethes, Clemens Alex. ad transitum Acherontis. Quædam eorum verba appingam, quamvis digressiuncula divertar. Primus lib. de contemptu mundi c. 52. *Dicitur de Sirene, quod audiens vocem ipsius modulationis, proprii obliviscitur itineris, & cantus dulcedine captus cadens moritur; sic & res anima, cum pervenerit in ipsam dulcedo cœlestis præ modulatione suavitatis verborum Dei.* Idem admonens Diadochus cap. 22. aurei sui operis: *Non enim patitur profundum fidei quod est aqua oblivionis aut curiosis cogitationibus illud contemplemur.* Ad rem est commentatio Turriani nostri ad hunc locum. Denique postremus 3. pædagog. cap. 11. ἀλλὰ ἀποπήδησόν φησιν, μὴ χρονίσῃς ἐν τῷ τόπῳ, ὁ παιδαγωγός· μηδὲ ἐπιστήσῃς τὸ σὸν ὄμμα πρὸς αὐτήν. ἔτως γὰρ διαβήσῃ ὕδωρ ἀλλότριον, καὶ ὑπερβήσῃ τὸν ἀχέροντα: *sed resilias, inquit pædagogus, neque in loco diutius habites, neque in eam tuos defigas oculos. Ita enim aquam alienam trajicies; & transibis Acherontem.*

a) 8. *In lætitiam æternam.*) Græce reſcribendum eſt ἐυφροσύνην. Nam quod inveni σωφροσύνην, inſigne mendum judico.

PSALMUS XI.

b) 6. *Nemora.*) Scriptum erat δρομοὶ; ſed in promptu fuit caſtigatio δρυμοὶ.

PSALMUS XII.

c) 4. *Ignitabulum.*) πύριον. Fateor hanc vocem, qua minime friget pulcherrima hæc metaphora (inculcata etiam a S. Jacobo in ſua epiſt.) in Græco non inveniſſe, ſed loco illius κύριον, quæ nullum ſenſum, aut plane alienum facit, quis non dicat felicisſime reſcribendum πυρίον, *igniarium*, ſeu *ignitabulum*, juxta Solinum, hoc eſt, id quo elicitur ignis, ſcilicet ferrum & ſilex, quæ ignem expuunt colliſa.

PSALMUS XIII.

d) 10. *Memoria eorum amplius.*) Credo ſic legendum, μνημόσυνον αὐτῶν ἔτι, ut ſæpe utitur voce ἔτι, quamvis exaratum in Græco ſit μνημόσυνον αὐτῶν ἐπι. Et ſi ἐπὶ adverbialiter ſumatur ſenſum eundem exprimit, ſed accentus mutatio videtur fuiſſe propter poſitionem poſt caſum, ut ſolet accidere, tunc ſic vertendum, *memoriale ſuper eos*, & ſenſus adhuc idem.

PSALMUS XIV.

e) 2. *Ligna vitæ Sancti ejus.*) Proprium hoc Salomonis adagium, quo ſæpe in Proverbiis uſus eſt.

f) 4. *Non ſic peccatores.*) Initio hujus verſiculi præceſſit vox quædam partim deleta, fortaſſe exclamatio ipſiſſima ac ſupra Pſal. 8. verſ. 37. quam ob eandem rationem præterii.

PSALMUS XV.

g) 6. *Non movebitur.*) Græce *σαλευθήσεται*, verbum hoc vulgatus e LXX. a quibus ſæpiſſime inculcatur, vertit ejusmodi. Pſal. 72. *ὀλίγου μικρὸν ἐσαλεύθησαν οἱ πόδες*, *pene moti ſunt pedes.* Similiter Pſalm. 15. & ſæpe: verum non quamcunque motionem ſignificat, ſed marinam & procelloſam fluctuationem, velut naufragientis.

PSALMUS XVI.

h) I. *In corruptione ſomni.*) Græce invenio *καταφθορᾶ ὕπνου*. Fortaſſe erat *καταφορᾶ*.

i) II. *Cum animadverſis in correctione.*) Peſſime ſcriptum erat, *ἐν τῷ σε παιδεύειν εἰς ἐπιτροφήν*; ſed facilis & certiſſima correctio *ἐν τῷ παιδεύειν*. Illud *εἰς ἐπιτροφήν*, verti *in correctione.* Nam hac ſignificatione interdum accipitur *ἐπιτροφή*, & congruit menti Pſalmographi.

PSAL-

PSALMUS XVII.

k) 6. *Non annuntiavero.*) Partim male ſcriptum, partim deletum fuerat hoc, ubi nil aliud quam ὐκ ἀπαγγείλω legi potuit. Obſervandum in hoc Pſalmo, aliquem Judæum detorquere ſiniſtre poſſe nonnulla ad diſperſionem Judæorum quæ modo eſt facta, & ad expectationem quam modo inaniter retinet futuri Meſſiæ. Sed quid mirum ſi eodem modo alias ſcripturas authenticas pejus depravent: verum ſi attente hujus Pſalmi vaticinium pendatur, totus pugnat contra Judæos, & probe de regno ſpirituali Chriſti prophetat, ac de præcedentibus diſperſionibus, & calamitatibus Judaicis.

l) 7. *Diadema.*) Græce βασίλειον, regia dignitas notatur, & inſigne regium, idcirco ſcripſi *diadema.*

m) 9. *Bellatorum.*) Divinandum erat quid in Græco ſcriptum; videbatur legi ἡρώτων. Ego credo legendum θηρώτων. Nam θηρίας Martis cognomen eſt, quaſi ferus & immitis bellator, quamvis alii voluerunt apud Pauſaniam a Therone nutrice ita dictum.

n) 10. *Inveniant illi.*) Senſum expreſſi (ut aliquando ſoleo) non ipſiſſimam vocem Græcam εὑρεθείη αὐτοῖς, quæ ad verbum eſſet, *inventum ſit illis*, vel *inventus* (ſcilicet Deus) *ſit illis.*

o) 27. *In concione ejus.*) Ἐναίπελλῃ αὐτῦ. Juxta Heſychium ἀίπελλαὶ ſunt στιχοὶ, ἐκκλησίαι, ἀίρχαιρεσίαι, *fana*, *ſacraria*, *cœtus*, *conciones*, atque ἀίπελλαὰς

καὶς vocat ἱερῶν κοινωνὸς. Et apud Plutarch. in Lycurgo ἀπελλάζειν, *concionari* eſt Laconibus. Ita magis ad rem arbitratus reddere *in concione*.

p) 32. *in celebritate.*) Ἐν ἐπισήμῳ. In Pſalm. 2. verti *inſigno*, nunc aptius ſit *in notitia*, ſeu *celebritate*, nempe pro re inſigni in univerſa terra.

q) 47. *Ipſe nitor.*) Poteram transferre *ipſa ſpecies*. Sic conſentiret cum illo Euripidis in Iſagoge Porphyrii celebre, *prima ſpecies digna eſt imperio*, nam propterea innuit Pſalmographus imperium ſuper domum Iſrael conceſſum Chriſto Domino. Id explicat erudite cap. 17. ſuarum annotationum t. 2. Theſauri critici Noſter Bernardinus Realinus, qui prius eruditione floruit, & demum noſtram Societatem * ingreſſus majori ſanctitate, & innumeris miraculis, ſummaque ſanctimoniæ veneratione admirandus; ſed quia fortaſſe εὐπρέπεια denotat *elegantiam* & *vim* ſermonis, nam & eo ſenſu accipi ſolet, & ſequentia favent: *verba ejus ignita ſuper aurum*, verti *nitor*, ut eadem licentia, ac in Græca voce eſt, vel de elegantia oris accipias, vel ſermonis. Et Pindarus, ignem cum auro comparans uſus eſt voce λαμπρέπει, nitorem oſtendens.

r) 48. *Ignita ſuper aurum.*) πεπυρωμένα *nitida* poſſet verti, nihilominus vim Græci expreſſi, nam & ita vulgatus ex LXX. in Pſalm. 117. & Pindarus quoque ignem auro comparavit Ode 1. Olymp. ἄριστον μὲν ὕδωρ, ὁ δὲ χρυσὸς αἰθόμενον πῦρ ἅτε λαμπρέπει νυκτὶ, μεγάνορ ἔξοχα πλάτε: *optima quidem aqua, ſed aurum ardens ignis velut excellit nocte, ſuperbia*

* Jeſuiticam intellige, cui notum eſt Cerdam & Realinum nomen dediſſe.

ſuperbis eximie divitiis. Et in Apocalypſ. cap. 3. *aurum ignitum* ſvadet Deus emere. Nervus & vis ſermonum Chriſti notatur. Nam & Symmachus lib. 3. epiſt. *aurum Tullianum* eloquium & vim orationis Tullii vocavit.

PSALMUS XVIII

s) 2. *Dulcedo.*) χρηστότης. Ex LXX. etiam verſum ejusmodi Pſalm. 67. ἐν χρηστότητί σου τῷ πτωχῷ ὁ θεός, *in dulcedine tua pauperi Deus.*

t) 5. *Ut avertas.*) ἀποστρέψαι. Pervaria tempora hæc vox verti poſſet, quam credo hic Græco more infinitivum eſſe, ita illiusmodi verti.

u) 14. *In mandato ſervorum ejus.*) Alludit ad factum Joſuæ.

CLXXVIII. Colloquium Davidis cum Deo de ſui probatione, *e Talmud Cod. Sanhedrin. fol.* 107. *col.* 2. *init. & Jalkut in* 2. *Sam. c. XI. fol.* 22. *col.* 2. *fin.* Interprete C. V. Georgio Elieſere Edzardo.

RAf Jehuda docuit ex ore Raf: Homo ſedulo caveat quocunque tempore, ut ſeipſum non inducat in tentationem; nam ecce David ſeipſum induxit in tentationem, & lapſus fuit. Dixit ſcil. ad Deum ſanctum benedictum: O Arbiter mundi, quare vocant te Deum Abrahami, Iſaaci & Jacobi, & non vocant te etiam Deum Davidis? Reſpondit ipſi Deus, tres iſti tentati ſunt a me, tu vero nondum es a me tentatus. Regeſit David, O Domine mundi, proba me quoque, & tenta me. Reſpondit Deus, tentabo te, & agam aliquid tecum, (*e quo conſtantia tua appareat.*) Sed quod egi cum tribus Patriarchis, non indicavi illis prius; tibi autem in anteceſſum nunc intimo, me probaturum eſſe te in negocio inceſtus. Confeſtim ergo David, uti legitur 2. Sam. XI. 2. *Circa veſperam ſurrexit de lecto ſuo.* Raf Jehuda ex ore Raf refert, doceri his verbis, quod lectum ſuum nocturnum commutaverit cum diurno, (*i. e. quod rem uxoriam exercuerit interdiu, ut ſatur eſſet concubitus, atque pravæ concupiſcentiæ ſtimulis interdiu non eſſet expoſitus,*) oblitus ſententiæ illius R. Jochananis, qui dicere fuit ſolitus, eſſe in homine exiguum aliquod membrum, quod eſuriat (& *venerem fortius appetat,*) ſi ſatietur, contra autem ſaturum ſit, (& *acqui-*

quiescat,) ſi homo illud faciat eſurire, (*atque ab actibus venereis abſtrahat.*) Atq; hoc eſt, quod ſcriptum eſt ibidem, & *ambulavit in tecto domus regiæ, viditque fœminam quandam lavantem ſe deſuper tecto, quæ erat admodum formoſa.* Bathſeba quidem lavit caput ſuum ſub alveari; venit autem Satan in forma aviculæ, (*inſeditque alveari.*) Quapropter David ſagittam ejaculatus eſt in avem iſtam, confregitque alveare, unde Bathſeba fuit detecta, atque a Davide viſa. Tum ergo (*uti porro habetur* 2. *Sam.* XI. 3. *Miſit David, & inquiſivit in mulierem iſtam, dixitque aliquis: Nonne hæc eſt Bathſeba, filia Eliami, uxor Uriæ Chittæi? Quare miſit David legatos, & accepit eam, cumque illa veniſſet ad ipſum, concubuit cum ea, illa vero ſanctificavit ſe ab immunditie ſua, & reverſa eſt domum.* Ceterum hoc (*quod jam modo de colloquio Davidis cum Deo, hujusque eventu diximus*,) inſinuatur in verbis Pſ. XVII. 3. *Probaſti cor meum, viſitaſti nocte, explora-ſti, ſed non inveniſti (me innocentem & conſtantem,) utinam frenum injectum fuiſſet mihi, ne transgreſſum fuiſſet os meum.* Senſus. Utinam frenum injectum fuiſſet ori illius, qui me odit, ut non dixiſſet talia, (*i. e. ori meo, qui ipſe mihi fui inimicus, ut non dixiſſem, Proba me Deus. Per hoc ipſum enim lapſus ſum.*)

CLXXIX. Colloquium Davidis cum Deo de bonitate amentiæ *ejalkut super* 1. *Sam. XXI. fol.* 18. *col.* 4. *fin. & Medrasch Tehillim super Ps. XXXIV. fol.* 26. *col.* 2. *med.* eodem Interprete.

Dixit David ad Deum sanctum benedictum: o Domine mundi! Quicquid feciſti in orbe tuo, bonum eſt, & ſapientia melior eſt rebus creatis omnibus. At vero amentia ſola eſt excipienda. Quid enim utilitatis eſt ex homine inſano? Ambulat is per ſplateas, lacerat veſtes ſuas, puerique illudunt illi, currunt que poſt ipſum, imo omnis populus eum ridet. Numquid vero hoc jucundum eſt coram oculis tuis? Reſpondit ipſi Deus ſanctus benedictus: o David, tu adhuc vocaberis mercator amentiæ; per vitam enim tuam juro, adfore tempus, quo indigeas illa. Atque hoc eſt quod Salomo dicit Prov. XIII. 13. *qui contemnit rem aliquam, oppignorabitur propter illam.* Nam vox יחבל *Jechabal* habet hic oppignorandi ſignificationem, æque uti Exod. XXII. 25. *Si oppignorando oppignoraveris veſtem ſocii tui.* Dixit ſcilicet Deus ſanctus benedictus ad Davidem, tu excruciaberis adhuc propter amentiam, & preces pro illa conſequenda ad me fundes, donec aliquantulam de illa tibi impertiam. (*Et certe ita accidit.*) Haud cunctatus enim poſthac David, contulit ſe ad Philiſtæos, quemadmodum dicitur 1. Sam. XXI. 11. *Et ſurrexit David, & fugit e conſpectu Saulis, venitq; ad Achis.* Tum vero Deus ſanctus benedictus ad illum: o David, tune audes te

ad

ad Regem Achis conferre? Heri occidiſti Goliathum, & nunc abis ad fratres ipſius, gladium Goliathi tecum ferens, cum fratres ipſius ſint Satellites Regis Achis. Certe nondum eſt abſterſus ſanguis Goliathi, (*ſed in recenti adhuc memoria hæret, quod inter te atque illum eſt geſtum.*) Ipſi qvoqve fratres Goliathi, ſimulatque venerat ad illos David, adierunt Regem Achis, veniamque rogarunt, ut liceret ſibi vicisſim trucidare eum, qui occidiſſet fratrem ſuum. Sed Achis reſpondit ipſis, nonne apertum inter ipſos intercesſit bellum? Et ſi frater veſter illum occidiſſet, nonne id bello fuiſſet factum? Nunc ergo ſimiliter, quando is trucidavit fratrem veſtrum, cogitandum vobis eſt, fratrem veſtrum ita cum ipſo fuiſſe pactum, quando ipſe eſt profeſſus 1. Sam. XVII. 9. *Si poterit pugnare mecum, & percuſſerit me, erimus vobis in ſervos.* Exceperunt autem fratres Goliathi: Si res ita ſe habet, ſurgendum tibi erit e ſolio tuo; nam Regnum ſic ſpectabit ad Davidem, (*tuque eris ejus ſervus.*) Atque hoc inſinuatur per verba 1. Sam. XXI. 12. *Nonne hic eſt David, Rex terræ, nosque erimus ſervi illius?* Tum vero metus incesſit Davidem, incepitqve dicere e Pſal. LVI. 4. *die quo timeo, in te confidam*, ſimulque rogavit Deum, ut ipſum exaudiret hora illa. Deus autem reſpondit ipſi, qvid eſt, O David! qvod a me petis? Regesſit David, ut des mihi pauculum de re iſta, (*quam olim contemſi, i. e. paululum amentiæ.*) Excepit Deus, nonne dixi ad te, qui contemnit rem aliquam, oppignorabitur propter illam? Atqui nunc amentiam a me petis? *vides ergo, quam longe aberraveris in judicio*

tuo de amentia.) Tum David amentem ſe ſimulavit, inſcripſitque foribus, Achis Rex Gath debet mihi centum myriadas, atque uxor ejus myriadas quinque. Erat vero etiam filia Achis inſana, eaque intus furebat atque clamabat, David autem inſaniebat atque clamabat foris. Quare indignatus Achis, num, inquit, ſcitis vos, mihi deeſſe amentes? quemadmodum legitur 1. Sam. XXI. 16. *Num carens inſania ego, quod adduxiſtis hunc, ut inſanum agat coram me?* Liberatus autem David e periculo iſto, gaviſus admodum fuit, quod præ gaudio amentia iterum in ſe exſpiraſſet. Atque hoc eſt quod dicitur Pſal. XXXIV. 2. *Laudabo Deum omni tempore &c.*

CLXXX. Colloquium Dei cum Davide ſuper ædificatione templi, *e Jalkut in 2. Samuel. VII. fol. 21. col. 4. init.* eodem Interprete.

Dixit Dominus ad Nathanem, Ito & dicito ad ſervum meum, ad Davidem, ſic dixit Dominus, num tu ædificabis mihi domum? Non inquam: Nam ſanguinem fudiſti. Quando hæc audivit David, timuit valde, mente ſecum penſitans, quod ineptus eſſet pronunciatus ad ædificandum templum. At R. Juda filius R. Elai monet, Deum ſanctum benedictum ita alloquutum fuiſſe Davidem; o David, ne metuas: Per vitam enim tuam juro, ſanguines illos quos fudiſti, non majoris eſſe in oculis meis, quam ſanguines capreæ aut cervi, de quibus ſimiliter

militer effundendi notio occurrit Deut. XII. 16. *Super terram effundetis illum, ſicut aquam.* Quidam verba Dei ita dicunt habuiſſe; Juro per vitam tuam, ſanguines illos, quos fudiſti, juxta a me æſtimari cum ſanguinibus ſacrificiorum; quia dicitur 1. Chron. XXII. 8. *Sanguines multos fudiſti coram me.* Ubicunque enim occurrunt voces *coram me*, ibi reſpectus eſt ad ſacrificia; quia de illis ſimiliter dicitur Lev. I. 5. *Et mactabit juvencum coram Domino.* Ceterum David ita reſpondit Deo: Si ſanguines quos fudi, ſunt in oculis tuis inſtar ſanguinum ſacrificiorum, quare ergo ego non debeo ædificare templum? Regeſit Deus: Si tu ædificares illud, perſtaret in perpetuum, & nunquam vaſtaretur. Subjecit David: Atqui hoc bonum eſſet. Reſpondit Deus: Coram me eſt manifeſtum atque exploratum, quod Iſraëlitæ olim ſint peccaturi, quodque adeo ira mea ſit incubitura templo, illudque a me devaſtandum, ſalvis tamen Iſraelitis. Ita enim ſcriptum exſtat Thren. II. 4. *In tentorium filiæ Zionis effudit ſicut ignem iram ſuam.* Addidit porro Deus ſanctus benedictus: Per vitam tuam juro, quia tu in animo habuiſti, exſtruere templum, utut filius tuus Salomon id demum ſit in actum deducturus, ego tamen ibi id adſcribam; quemadmodum dicitur Pſ. XXX. 1. *Pſalmus, Canticum initiationis domus Davidis.*

CLXXXI. Tekanoth ſive Conſtitutiones non ſcriptæ, quas ad Moyſem, Davidem & Salomonem Judæi referunt.

MOyſes ut notatur in libro Juchaſin, edidit tres conſtitutiones. 1) Benedictionem cibi * quam tradidit quo tempore deſcendit e cœlo Man. 2) Ordinem Concionandi pro ſingulorum dierum feſtorum ratione de paſcha in paſcha, & 3) Vigilias ſeu Vices ſacerdotales qvas vocant Eleazari & Ithamar. R. Maimonides addit 4) etiam ſtatuiſſe Moyſem, ſeptem dies epularum in nuptiis, & totidem luctus in funere. Prophetæ tempore Moyſis conſtituerunt Legem tribus vicibus per hebdomadem publice legendam, feria ſecunda & quinta & Sabbato. [illegible]decem conſtitutionibus Joſuæ dictum ſupra p. 874. *David* occaſione Ammonis & Thamar unam conſtitutionem ſanxit de ſolitudine, ne quis audeat ſolus cum virgine vel muliere verſari, unde frequentia in illam rem monita Talmudicorum. Vide Ottonis Lexicon Rabbinicum p. 191. Salomonis conſtitutiones tres referuntur, 1) de conceſſa poteſtate ferendi aliquid in domum contiguam die Sabbati, 2) de lotione manuum ad ſancta, & 3) de gradu conſanguinitatis ultra Legem Moſaicam prohibito. Vide Sgambatum p. 313.

CLXXXII.

* Preces ad cibum *Berachath hammazon* quatuor benedictionibus conſtant apud Judæos. Primam tribuunt Moyſi, ſecundam *Davidi*, tertiam Salomoni, quartam Rabbinis, Sgambatus p. 287.

CLXXXII. Davidis ſcutum contra incendia.



Georgius

Georgius Elieſer Edzardi ad Avoda Sara cap. 2. pag. 353.

IN libro סגולות ורפואות de proprietatibus rerum & medicamentis, excuſo Amſt. 1703. 8. inter alia Magica ac ſuperſtitioſa conſilio undecimo, ſvadetur ad incendia reſtinguenda ſumi *maſſa panis (alii dicunt requiri ut de maſſa panis formata ſit placenta) & formari ſuper illam ſcutum Davidis, hujusque ſex angulis inſcribi vox* מ״ור, *medio autem Nomen Dei* אג״לא (i. e. tu es potens in æternum o Jehova,) *tumque projici in ignem, addito dicto Pſal. CVI.* 30. Stetit Pinchaſus & exercuit judicium, atque plaga fuit inhibita: *& altero Exod. XII.* 27. Dicetis, ſacrificium præterireficum hoc eſt Jehovæ, qui præterivit domos filiorum Iſraelis in Ægypto, cum percuteret Ægyptum, noſtrasque domos eriperet. Tum incurvavit ſe populus & adoraverunt.

D. Jo. Benedictus Carpzovius notis ad T. 2. Concionum funebr. p. 1397.

Multa de מגן דור *ſcutum Davidis* fabulantur Judæi, inſculptum ei fuiſſe duplex triangulum, oppoſita ratione ſibi mutuo implexum, cujus quatuor apices in utroque latere quatuor Τετραγραμμάτω literas יהוה, duo reliqui, ſuperius & inferius duas literas nominis divini יה expreſſerint, ejusque ſpacio intermedio quatuor literæ אגלא inſcriptæ fuerint, quas per *Raſchi* teſtes

ſonare

ſonare idem volunt ac אתה גבור לעולם אדני *Tu fortis in æternum, Domine*, de qua nominis hujus Cabbaliſtici אגלא *Agla* interpretatione vide Galatinum *lib. II. de Arcan. Cathol. verit. toto Cap. XV. fol.* 95. Buxtorfium *in Abbrev. Hebr. p.* 21. & *Lex. Talm. fol.* 22. Kabbalam denudatam *part. I. p* 24. De ipſo autem ſcuto Wilh. Schikardum *in Tarich. p.* 54. qui & ſchematismum illius exhibet. Et quoniam Davidem hoc ſcuto telis impervium & invulnerabilem fuiſſe redditum credunt, eodem hodienum ad reſtinguenda incendia utuntur, hanc ſcuti Davidici figuram dicto Moſaico ex *Num. XI.* 2. ויצעק העם אל משה ויתפלל משה אל יהוה ותשקע האש *& clamavit populus ad Moſen, & oravit Moſes ad Dominum, & repreſſus eſt ignis*, cinctam vel maſſæ panis includunt, vel ejus ſaltem cruſtæ extrinſecus creta inſcribunt, atque tribus vicibus circumlatam in flammas conjiciunt. De qua Judæorum ſuperſtitione poſt laudatum Schickardum vide B Geierum *Cap III. de Superſtit.* §. 41 ac Jul Reicheltum *de Amuletis p.* 86. Facit huc & Gentilium conſvetudo, qui Numina in ſcutis depingebant, atque hæc ideo in funere invertebant, ne illorum ſimulacra cadaveris adſpectu polluerentur. Quo illud Servii *in lib. II. Æneid* adducit Aloyſ. Novarinus *lib. XI. Schediasm. cap. XV. fol.* 315. *Lugentium more mucronem, non cuſpidem haſtæ contra terram tenentes: SCUTA etiam inuertentes propter NUMINA ILLIC DEPICTA, ne eorum ſimulacra cadaveris polluerentur adſpectu.*

CLXXXIII. Libri duo Davidis, Florentiæ ante paucos annos jactati.

Andreas Caroli in memorabilibus Sæculi XVII. libro X. p. 718.

ANno 1695. menſe Auguſto, Florentiam ex Ægypto venit quidam dives quadraginta annorum Judæus, *Delphilim Dorra* dictus, contulitque *ſeptuaginta libros*, inter quos *duo* vetuſtiſſimi dicuntur *a Rege Davide* conſcripti, unde pro talibus quaſi cimeliis Judæi Romani & Livorniani, nonaginta millia ſcudorum ei fuerant licitati; ſed illos Dorra dono dedit magno Duci Florentiæ, ubi baptizatus & vicisſim ab hoc menſtrua decem ſcudorum penſione donatus eſt, ſimul ad nutum & ſervitinum habens quosdam Ducis pediſſequos. *Ex relationibus novellis ſive commentariis diurnis, Coloniæ latina lingua edi ſolitis.*

CLXXXIV. Davidis Centum benedictiones. Liber fundamentum Mundi.

SGambatus ex libro Orach Chajim cap. 43. hæc refert in Archivis Vet. Teſt. p. 288. *R. Meier dixit: Centum benedictiones quotidie cuique dicendæ ſunt. Reſpondit R. Natronai, qui fuit caput Academiæ in Mata Machſia, David Rex compoſuit has centum benedictiones. Cauſa cur compoſuerit, hæc fuit. Quotidie moriebantur ex Iſrael plurimi, nec apparebat cauſa. Donec*

nec Spiritu ſancto edoctus Dæuid compoſuit centum benedictiones, quibus DEO ritè perſolutis, malo obviam itum eſt. Idem Sgambatus notat in Bibl. Bavarica extare librum, ſed haud viſum ſibi, *fundamentum Mundi*, quem ad Davidem auctorem Judæi referant.

CLXXXV. NATHAN * Propheta.

Auctor Operis Imperfecti in Matthæum, homiliæ ſecunda extrema.

DUm dicit per Prophetas, non per Prophetam, manifeſtat quod non certam auctoritatem prophetiæ protulit, ſed ſenſum Prophetarum colligens dixit. Nam per omnes Prophetas JEſus Nazarenus vocatur, quod eſt ſanctus. Aut forte legerunt & alios Prophetas ita dicentes, qui non ſunt nobis canonizati. Alii etenim prophetaverunt & conſcripſerunt, ſicut Nathan ** & Esdras.

Ex Apocrypho ſcripto neſcio quo repetitum, quod Epiphanius lib. de vitis Prophetarum T. 2. p. 235. narrat Nathanem ad prohibendum a flagitio Davidem Hieroſolymas properanti obſtitiſſe Beliadem, & cadaver nudum in via objeciſſe. Hujus enim ſepeliendi cauſa dum ibi ſubſtitit Propheta, Rex ea nocte crimen admiſit.

* Ex Nathanis nomine Eupolemus apud Euſebium IX. 30. præparat. Evangel. commentus eſt nomen Angeli Διαναθάν, qui Davidem ab ædificando templo prohibuerit.

** 1. Paralip. XXIX. 29. & 2. IX. 29. XXIX. 25.

CLXXXVI. ACHITOPHEL & MEPHIBOSETH, Davidis Doctores.

Talmudici in Pirke Aboth ſive capitulis Patrum c. VI. §. 3.

QUi diſcit a ſocio ſuo caput unum vel lectionem unam aut verſum unum, vel tantum literam unam, tenetur illi deferre honorem. Etenim invenimus de Davide Rege Iſrael, quod non didicit ab Achitophele niſi tantum duo verba, * & propter illa fecit eum præceptorem ſuum, Doctorem ſuum, notum ſuum, juxta id quod dicitur Pſal. LV. 14. *ſed tu homo eras juxta æſtimationem* (cordis) *mei, dux meus & notus meus.* Argumentum certe eſt a majori ad minus. Si enim David Rex Iſrael qui ſolummodo duo verba didicit ab Achitophele, conſtituit eum Rabbinum ſuum, ducem ſuum, amicum ſuum: qui diſcit a ſocio ſuo caput unum, tractatum unum, aut verſum unum, aut tantum literam unam, quanto magis is, inquam, tenetur ut ſocium ſuum gloria ſive honore afficiat. Non enim eſt vera gloria niſi quæ a Lege proficiſcitur, ſicut dicitur: Prov. III. 35. *Gloriam Sapientes hæreditant*, Et: Prov. XXVIII. 10. *Qui integri ſunt, hæreditabunt bonum.* Confer quæ de

* Duo illa, notante Maimonide fuerunt, ut ne ſolus Legi vacaret, neque ſine comitibus aut abeque veneratione intraret domum diſciplinæ. Vide T 4. Surenhuſ p. 486. De morte Achitophelis quem angina ſuffocatum periiſſe ajunt Judæi, confer interpretes ad 2. Sam. XVII. 23. & Buxtorfii Lexicon Rabbinicum p. 1480.

de *Mephiboſetho* Davidis Doctore in Gemara Berachot c. I. p. 24. & 25. edit. Clariſſ. Edzardi.

CLXXXVII. Numi Davidis & Salomonis nomine inſcripti.

Vide Figuram 4. in Tabula quam habes ſupra ad pag. 414.

TAlmudici in Bava Kama * teſtantur olim obtinuiſſe monetam Hieroſolymis, in cujus una facie ſcriptum דוד ושלמה *David & Salomo*, in altera ורושלם *Hieruſalem*. Atque jampridem teſtatus eſt Jo. Matheſius ** ſibi ejuscemodi numum eſſe, in cujus una facie legerentur verba: דוד המלך ובנו שלמה המלך *David Rex, & filius ejus Salomo Rex.* In altera vero, conſpiceretur porta piſcatoria, adſcriptis verbis: ורושלם עיר הקודש *Hieruſalem civitas ſancta*, ex Eſaiæ LII. 1. Hujusmodi numum memorant quoque Herm. Conringius de numis Hebræorum p. 66. & Wagenſeilius in Sota p. 575. ſed ambo ut fide indignum rejiciunt. *Scilicet, qua ratio erat,* inquit Clariſſ. Wagenſeilius p. 577. *ut David cuſurus numos, in iis filii quem in adminiſtrationis ſocietatem nunquam adſciverat, nomen exprimeret, & Regem illum ſalutaret?* Qui tamen Talmudico fidem habere voluerit teſtimonio, dicere potuerit inter Judæos ſub templo ſecundo obtinuiſſe numos cum

* Verba habes ſupra p. 414.

** Jo. Matheſius in Sarepta, concione XV. adde vitam ejus accurate ſcriptam a Joh. Balthaſare Matheſio abnepote, p. 37.

hujusmodi inſcriptione in honorem & memoriam Davidis & Salomonis non ab ipſis ſed diu poſt illorum tempora a gente Judaica cuſos. Omitto quæ de Salomonis numo cum templi imagine Gabriel de Simeonibus p. 156. atque de alio numo ſimiliter commentitio Davidis & Abrahami Raphael Avellinus in declaratione ſub Anguiſciolæ nomine edita Italice Mediolani paucis foliis A. 1617. *Dichiaratione della Hebraica Medaglia detta Magben David & Abraham, di D. Angelo Gabriele Anguiſſola.* Vide Julium Bartoloccium Bibl. Rabbinic. T. IV. p. 164. & Carolum Joſephum Imbonatum in Bibliotheca Hebræo latina p. 212. ſeq. & 306.

CLXXXVIII. Salomon inventor litterarum Syriacarum & Arabicarum. Libri ſacri Hiramo rogante, Salomonis juſſu Syriace verſi. Liber Salomoni tributus de juſtitia.

Abraham Ecchellenſis in Hiſtoria Arabum parte 2. f. 275.

JAm dictum a nobis eſt *Cahtanum* filium Heberi Arabum gentis parentem & authorem fuiſſe, aut propagatorem, omniumque primum regium capiti impoſuiſſe diadema. Huic defuncto ſucceſſit *Jaarab* filius, qui regioni toti ex ſuo nomine nomen dedit & linguæ, quam non ſolum excolere primus cœpit, ſed characteres & ſcripturam excogitavit, ut Mashudius & alii teſtantur.

Quan-

Quanquam non desint qui arbitrantur *Salomonem* hos inveniſſe characteres, & Belkais reginæ Sabæ, quæ illis eadem ac Arabiæ eſt, tradidiſſe, cum illum in ænigmatis & problematis tentatum venit. Qua ſine dubio traditione opinioneve imbutus ac perſvaſus Cteſiphon S Jacobi Apoſtoli diſcipulus, vel quisquis ille fuit, antiquos Arabum characteres, * quibus plumbeæ illæ laminæ, quæ apud Granatenſium urbem in turre quadam repertæ fuerunt, ſunt exaratæ. Salomonis appellavit in Latina hiſtoriola, quam una cum illis ibidem recondiderat. Huic opinioni præter Arabes ſuffragantur Syri & Chaldæi apud Jeſudad Epiſcopum Hadrenſem in præfatione Elucidationis Geneſeos, ubi poſtquam pluribus contendit, ante Moyſen nullas extitiſſe ſcripturas, nullosque characteres, ſubdit: *Quidam autem ajunt, quod quemadmodum ille* (Moyſes) *primus excogitavit litteras Hebraicas, quibus Legem poſuit, ita Salomon excogitavit characteres aliorum librorum, ſive ſcripturarum, quos tradidit populis a quibus affectus eſt honoribus, & primum quidem Syriacæ linguæ* (characteres) *quos dedit Hiramo Tyri.*

* Inter alia in Regno Granatenſi A. 1588. effoſſa commentitia & Pontificis etiam auctoritate proſcripta monumenta jactatur etiam *liber de eſſentia Dei, quem dicunt Thiſphon, Apoſtoli Jacobi diſcipulus, in ſua naturali lingua Arabica Salomonis characteribus ſcripſit.* Tum *liber de Juſtitia* Salomoni tributus tanquam auctori, & XX. foliis Poſſevino teſte conſtans. Confer Acta Eruditor. T. IV. ſupplementi p. 479. & Acta ſanctorum T. VII. Maji p. 408. Pinodam de rebus Salomonis p. 157.

Andreas Mullerus Greifenhagius de verſione Syriaca librorum Sacrorum p. 26.

Syrorum traditio eſt, Salomonis libros, ceteroſque qui ante ipſum ſcripti fuerant, *Hirami* rogatu, Salomonis juſſu translatos eſſe; reliqua cum Veteris tum Novi Teſtamenti ſcripta ſacra *Abgari* Regis Syri providentia, Adadi vero (ſeu Thaddæi) & aliorum Apoſtolorum cura. Ita *Soadedus* Epiſcopus Hadtenſis refert. Verba ejus legere eſt apud *Gabrielem* Sionitam * præf. Pſalter. Syriac. *Aurorem* præfat. operis Pariſ. *Hottingerum* Theſ. Philol. p. 263. *Ecchellenſem* not. ad Catal. pag. 78. Confer. Gregor. Abulfar. ** Hiſtor. Arab. pag. 100.

Sed

* En tibi Sionitæ verba: *Verſionis Syriacæ antiquitas ea eſt, ut ſecundum receptiſſimam Chaldæorum & Syrorum traditionem coæva ſit Salomoni, ſic enim legimus in libro antiquiſſimo Soadedi Epiſcopi Hadethenſis, veteri charactere in membranis exarato, qui inſcribitur locorum difficilium & locum obſcuriorum in ſacris literis occurrentium elucidatio.* Sacrorum voluminum translatio hunc ordinem eſt adepta. Pentateuchon, Joſue, Judices, Ruth & Samuel, David, Proverbia, Eccleſiaſtes, Cantica Canticorum & Job, translati fuerunt tempore Salomonis, orante exoranteque Hiram, Rege Tyri, ejus amicorum. Reliqui vero libri veteris pariter ac novi Teſtamenti, tempore Abugari Regis Syriæ, cura & ſollicitudine Thadæi aliorumque Apoſtolorum

** *Syri occidentales*, inquit Abulfarajus, *duas habent verſiones, ſimplicem quæ ex Hebraico in Syriacum translata eſt poſt adventum Domini Chriſti, tempore Thaddæi Apoſtoli, vel ut alii dicunt, tempore* Salomonis *filii Davidis, & Hirami; & figuratam ſecundum ſeptuaginta, e Græco in Syriacum traductam, longo poſt incarnationem Salvatoris intervallo.*

4	3	2	1	
Aliud	*Aliud*	*ANGEL.*	*CŌEL.*	*HEBR.*
				א
				ב
				ג
				ד
				ה
				ו
				ז
				ח
				ט
				י
				כ
				ל
				מ
				נ
				ס
				ע
				פ
				צ
				ק
				ר
				ש
				ת

ad pag: 1017.

Sed *Soadedi*, ſi quid tale ſcripſit teſtimonium vel alia traditione ſuccutitur. Ea nempe, quæ vult omnem verſionem *Abgari* tempore confectam eſſe. Hanc *Sionita* refert l.c.

Quodque de Salomonis tempore traditum eſt, nullo negotio refutatur. Siquidem certum eſt, ante Chriſti tempora nullas verſiones inter Judæos notas fuiſſe, præter † Onkeloſi & *Jonathanis* Paraphraſes & Græcam LXX. Walton. *diſſert. de LL. Orient. pag.* 67.

Imo *Jeſudad*, ipſisſimus *Soadedus*, apud *Ecchelenſem* tradit: Alios de *Samaritana* verſione hoc intelligere. vid. *Morinus*.

Quomodo vero *Samaritanum* idem ſit quod Chaldaicum, uti Ecchelenſis contendit, equidem non perſpicio, uti nec qua ſpecie dicatur: *Salomonem Hiramo unas literas Syriacas, à ſe quidem* inventas, tradidiſſe, quod Jeſudad loco citato perhibet.

Idem Mullerus inter Alphabeta ac notas diverſarum linguarum, Berolini 1703. 4. *poſt Auctoris fata editas à B. Seb. Godfrido Starckio, etiam peculiarem tabellam alphabetorum fabuloſorum, atque in his Salomonis Alphabetum exhibet, quod licet commentitium & nullius fidei, tamen ne à curioſis talium deſideraretur, hoc loco una cum cæteris ſubjunxi.*

† Etiam de Onkeloſi & Jonathanis paraphraſibus neutiquam certo conſtat quod tam antiquæ ſint. Vide Jo. Morini Exercitationes Biblicas p. 322. 333. & 342. ſeq.

CLXXXIX. Liber Sapientiæ Salomonis, lingua Hierosolymitana.

Jo. Picus Mirandulanus præfat. ad Heptaplum.

EXtat apud Hebræos Salomonis illius cognomento sapientissimi liber cui sapientia titulus, non qui nunc in manibus est, Philonis * opus, sed alter Hierosolyma quam vocant secreciore lingua compositus, in quo vir naturæ rerum, sicuti putatur, interpres omnem illiusmodi disciplinam fatetur de Mosaicæ legis penetralibus hausisse.

Recte monet Sgambatus p. 529. *Picum quicquid de hoc libro scribit idomne petiisse ex R. Nachmanidis præfatione in Pentateuchum, qui Salomonem ex Mose hausisse confer-*

* Philonem eodem, cujus plura scripta habemus, auctorem esse libri Sapientiæ, minus est verisimile, & genio styloq; scriptorum Philoni ac veterum testimoniis, qui autorem libri Philonem senionem appellant, adversatur. Græce tamen scriptam esse, non versam ex Hebraico, uti Græcam eloquentiam redolere testatus est & suo jam tempore Hebraice repertum à se negavit Hieronymus, confirmat Stephanus le Moyne notis ad varia sacra p. 595. seq. Præterea quæ de hoc & aliis libris ἐκκλησιαστικοῖς sed a Canone Veteris Test. Hebræorum primorumque Christianorum exulantibus, Sirachide, Tobia &c. dixi lib. 3. Bibl. Græcæ cap. 29. & in præfationibus ad eosdem libros Græce & latine à me editos Lipsiæ 1691. 8. Quod vero Pineda p 205. de rebus Salomonis ait Sapientiæ Salomonis Pico memoratæ mentionem fieri libro tertio Theophili Antioch. ad Autolycum, error est, atque apud Theophilum III. p. 120. perinde ut apud Cosmam Indeplevitem XII. p. 342. pro Salomone legendum Solon. Novum & elaboratissimum commentarium in Sapientiam Salomonis exspectamus ab erudito viro D. Jo. Rendtorfio, Hamburgensi.

confirmat, *laudatque* Sapientiam magnam Salomonis, חכמתא רבתא דשלמה *atque ex illa profert hæc*: Non eſt melior nativitas Regis aut Principis, ſimul exitus cujusvis filii hominis & introitus æqualis pariter. Idcirco oravi, & venit mihi ſpiritus Sapientiæ, & vocavi & venit mihi Spiritus intelligentiæ, & complacui mihi in illo plusquam in ſceptris & in ſoliis. —— Et ipſe dedit ſcientiam quæ non eſt falſa, ad ſciendum ubi ſtat mundus, & operationes ſignorum, principia & fines, & media temporum, angulos caudarum, ubi & quomodo faciunt tempora, curſus cœlorum & confirmationes ſtellarum, humores jumentorum & iras ferarum & vires ventorum. Cogitationes filiorum hominum, applicationes plantarum & virtutes radicum & omnem rem abſconditam & omnem rem apertam didici. *Manifeſtum eſt, Nachmanidem hæc loca petiiſſe ex nullo alio libro quam ex Hebraica verſione libri Græci Sapientiæ quem habemus & in quo hæc ambo loca perſpicue leguntur cap. VII. verſu* 5. 6. 7. & 18. 19. 20.

CXC. Ariſtoteles Salomonis plagiarius.

R. Abraham Zacuth Libro Juchaſin. p. 157. *col.* 2.

QUicquid ſolidum eſt in doctrina Ariſtotelis, furtim ablatum eſt e ſapientia Salomonis, ſuper quem pax ſit. Poſtea enim quam Alexander Macedo rerum potitus eſt Hieroſolymis, ſummam rerum concredidit Ariſtoteli præceptori ſuo, ipſosque adeo Salomonis libros. Ea propter

pter quicquid boni ibi invenit, suo ipsius nomine postmodum edidit, admistis tamen quibusdam conclusionibus pessimis, qualis est illa de æternitate mundi. *Confer Tentzelii dialogos A.* 1689. p. 1216. *& Jac. Thomasium de plagio §.* 364. *Hackspanium ad Lipmanni Nizachon p.* 284.

CXCI. Salomonis Epistolæ ad Vaphrem Ægypti, & Hiramum * Tyri Regem.

Ex Eupolemo apud Eusebium præparat. Evangel. IX. 31. *seq.*

ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΣΟΛΟΜΩΝ Ουαφρῆ Βασιλεῖ Αἰγύπτου, φίλῳ πατρικῷ χαίρειν.

SALOMON REX, Vaphræ Ægypti Regi, Amico paterno Salutem.

ΓΙΝΩΣΚΕ με παρειληφότα τὴν Βασιλείαν ὑπὸ Δαβὶδ τοῦ Πατρὸς ἀφ' οὗ Θεοῦ τοῦ μεγίστου, καὶ ἐπι-

NOVERIS me summi Numinis beneficio Regnum a David Patre accepisse, τετα-

* Testatur Flav. Josephus, Epistolarum illarum exempla servata in Tyriorum Annalibus. Ἀναγράφει δ' ἄχρι τοῦ νῦν τὰ τῶν Ἐπιστολῶν ἀντίγραφα οὐκ ἐν τοῖς ἡμετέροις μόνον σωζόμενα βιβλίοις ἀλλὰ καὶ τοῖς Τυρίοις. Lib. VIII Antiqv c 2. pag 258. & lib. I. contra Apionem p. 1042. Eadem ex Josepho Syncellus p. 182. Vide etiam quæ ex Alexandro Polyhistore Clemens Alex. I. Strom. p. 332. Alias, inquit Sgambatus, Salomonis Epistolæ citantur ad Galaaditas, Galilæos, Samaritanos, Moabitas, Ammonitas. Videinfra p. 1023.

Ἐλαχότος μοι οἰκοδομῆσαι Ιερὸν τῷ Θεῷ, ὃς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἔκτισεν· ἅμα δέ σοι γράψαι, ἀποστεῖλαί μοι τῶν σῶν λαῶν, οἳ συλλήσονταί μοι μέχρι ἂν ἐπιτελέσαι πάντα κατὰ τὴν χρείαν, καθότι ἐπιτέταχται.

a quo Templum Deo Cœli Terrarumque Molitori ædificare juſſus fuerim, ſimulque abs te per literas petere, uti ad me ex Regni tui hominibus Fabrisque mittas, qui ſuam mihi operam navent, donec, uti par eſt, cuncta, prout juſſus ego ſum, accurate perfecero.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΟΥΑΦΡΗΣ Σολομῶνι βασιλεῖ μεγάλῳ χαίρειν.

VAPHRES REX Salomoni Regi magno ſalutem.

Ἅμα τῷ ἀναγνῶναι τὴν παρὰ σοῦ ἐπιστολήν, σφόδρα ἐχάρην, καὶ λαμπρὰν ἡμέραν ἤγαγον, ἐγώ τε καὶ ἡ δύναμίς μου πᾶσα, ἐπὶ τῷ παρειληφέναι σε τὴν βασιλείαν παρὰ χρηστοῦ ἀνδρὸς, καὶ δεδοκιμασμένου ὑπὸ τηλικούτου Θεοῦ. περὶ ὧν γράφεις μοι περὶ τῶν κατὰ τοὺς λαοὺς τοὺς παρ' ἡμῖν, ἀπέσταλκά σοι μυριάδας ὀκτώ, ὧν καὶ τὰ

LITERAS tuas ſimul atque perlegi, cum ingentem animo cepi lætiam, tum genialem cum univerſo exercitu populoque meo diem egi, quod a Viro optimo, tantoque Numini probatiſſimo Regnum acceperis. Quod autem a nobis homines fabrosque poſtulas, eorum octoginta millia ad te miſi, quorum etiam natale tibi ſolum indi-

πλήθη

πλήθη ἐξ ὧν εἰσι, διασταφήναι σοι· ἐκ μὲν τῆς Σεβριθίτου νόμου, μυρίους· ἐκ δὲ τῆς Μενδησίου καὶ Σεβεννίτου, δισμυρίους. Βουσιρίτου, Λεοντοπολίτου, καὶ Βαθριθίτου, ἀνὰ μυρίους. Φρόντισον δὲ καὶ δέοντα αὐλοῖς καὶ τὰ ἄλλα, ὅπως εὐτακτῇ, καὶ ἵνα ἀποκαταστάθωσιν εἰς τὴν ἰδίαν, ὡς ἂν ἀπὸ τῆς χρείας γενομένης.

care juvat. Ex Sebrithide Præfectura decem millia, ex Mendesia, & Sebennitide, viginti millia, ex Busiritide, Leontopolitide, & Bathrihitide circiter triginta millia numerantur. Superest ut iis, quæcunque opus fuerint, abunde suppeditari cures, partim ne quid inter eos turbarum excitetur, partim ut ædificatione perfecta, salvi ad suos incolumesque * revertantur.

ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΣΟΛΟΜΩΝ Σιρῶνι * τῷ Βασιλεῖ Τύρου, καὶ Σιδῶνος, καὶ Φοινίκης, φίλῳ πατρικῷ χαίρειν.

SALOMON REX Suroni Tyri, Sidonis, ac Phœniciæ Regi, Amico paterno salutem.

ΓΙΝΩΣΚΕ μὲ παρειληφότα τὴν Βασιλείαν παρὰ Δαβὶδ τοῦ πατρός, διὰ τὸ Θεοῦ τοῦ μεγίστου, ἐπιτεταχότος

NOveris me, summi Numinis beneficio, Regnum a Davide Patre accepisse, a quo Templum DEO Cœli

* Ἱρώμῳ. Forte interpres Græcus legerat regem Σὴρ hoc est *Tyri*, atque inde fecit nomen Regis. Quæ Sgambati conjectura est p. 311.

χότ@ μοι οἰκοδομήσαι
ἱερὸν τῷ Θεῷ, ὃς τὸν ὑρα-
νὸν ϗ τὴν γῆν ἔκτισεν·
ἅμα ϑ̄ ϗ σοι γράψαι,
ἐπιστεῖλαί μοι τῶν ϖαρ᾽
σὲ λαῶν, οἳ συμϖονήσου-
σίν μιν ἡμῖν, μέχρι ἂ
ἐπιτελέσω τὴν ἃ Θεῷ
χρείαν, καθότι μοι ἐπι-
τέταχται. γέγραφα ϑ̄ ϗ
ϖρὸς τὴν Γαλιλαίαν, ϗ Σα-
μαρεῖτιν, ϗ Μωαβῖτιν, ϗ
Ἀμανῖτιν, ϗ Γαλαδῖτιν,
χορηγεῖσϑαι αὐτοῖς τὰ δέ-
ονϑα ἐκ τ᾽ χώρας καθ᾽
μηνα, κόρους σίτου μυ-
ρίους. ὁ ϑ̄ κόρ@ ἐστὶν ἀρ-
ταβῶν ἓξ ϗ οἴνου κόρους
μυρίους· ὁ ϑ̄ κόρ@ ἂ οἴ-
νου, ἐστὶ μέτρα δέκα ϛο ϑ̄
ἄλαιον ϗ ϛὰ ἄλλα χορη-
γηϑήσεσϑαι αὐτοῖς ἐκ τ᾽
Ἰουδαίας, ἱερεῖα ϑ̄ εἰς
ϖρεωφαγίαν ἐκ τ᾽ Ἀρα-
βίας.

Terrarumque Molitori ædificare juſſus fuerim, ſimulque abs te per literas petere, uti ad me ex Regni tui hominibus fabrisq; mittas, qui ſuam nobis operam navent, donec divinum illud opus, prout juſſus ego ſum, accurate perfecero. Cæterum in Galilæam, Samariam, Moabitidem, Amanitidem, & Galaditidem ſcripſi, uti ex regionibus illis, quæcunque opus fuerint, iis affatim ſuppetant; nempe in ſingulos menſes, Cororum tritici decem millia, qui ſinguli Artabas ſex continent; itemque Cororum vini decem millia, qui ſinguli metra decem efficiunt, Oleum autem ac cætera ex Judæa, hoſtias vero, quarum ipſi carnibus veſcantur, ex Arabia ſuppeditari juſſi.

ΣΟΥΡΩΝ ΣΟΛΟΜΩΝΙ
Βασιλεῖ μεγάλῳ χαίρειν.

SURON SALOMONI Regi magno ſalutem.

ΕΤΑΘ

Ευλογητος ὁ Θεὸς, ὃς τὴν γῆν καὶ τὸν οὐρανὸν ἔκτισεν, ὃς εἵλετο ἄνθρωπον χρηστὸν ἐκ χρηστῶν ἀνδρὸς. ἅμα δ' ἀναγνῶναι τὴν παρὰ σοῦ ἐπιστολὴν, σφόδρα ἐχάρην, καὶ εὐλόγησα τὸν Θεὸν, ἐπὶ τῷ παρειληφέναι σε τὴν βασιλειαν. ὅσα δ' ὧν γράφεις μοι περὶ τῶν καλῶν τοῖς λαοῖς τοῖς παρ' ἡμῖν, ἀπέσταλκά σοι Τυρίων καὶ Φοινίκων ὀκτακισμυρίους, καὶ ἀρχιτέκτονά σοι ἀπέσταλκα ἄνθρωπον Τύριον, ἐκ μητρὸς Ιουδαίας, ἐκ τ Φυλῆς τ Δαβίδ, ὑπὲρ ὧν ἂν αὐτὸν ἐρωτήσῃς τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν πάντων, καὶ * ἀρχιτεκτονίαν, ὑφηγήσεταί σοι καὶ ποιήσει. ὅσα δ' τῶν δεόντων καὶ ἀποστελλομένων σοι παίδων, καλῶς ποιήσεις ἐπιστείλας τοῖς κατὰ τόπον Επαίρχοις, ὅπως χορηγῆται τὰ δέοντα.

BENEDICTUS Deus Terræ ac cœli Conditor, qui Virum optimum ac parentis optimi filium elegerit. Literas tuas simul atque perlegi, summam animo voluptatem cepi, Deoque gratias egi, quod Regnum capessisses Quod autem a nobis homines operasque poscis, Tyriorum ac Phœnicum octoginta millia ad te misi, atque inter cæteros Architectum, patria quidem Tyrium, sed Matre Judæa eademque ex Davidis Tribu natum; qui tibi, quæcunque ex eo quæsieris, quæ cœli hujus ambitu continentur, si modo ad Architecturam pertinebunt, ea cum scienter edisseret omnia, tum etiam facile perficiet. Quod supereſt, partium tuarum erit, ad locorum Præfectos scribere, uti huic tantæ hominum multitudini, quæcunque necessaria fuerint, diligenter abundeque provideant.

* τῶν καλῶν.

Ex

Ex Flavio Josepho lib. VIII. Antiq. Judaic. cap. 2. pag. 258.

Σολομὼν εἰρώμῳ βασιλεῖ. ἴσθι μου τὸν πατέρα βουληθέντα κατασκευάσαι τῷ θεῷ ναὸν, ὑπὸ τῶν πολεμῶν καὶ τῶν συνεχῶν στρατιῶν κεκωλυμένον. ὃ γὰρ ἐπαύσατο πρότερον τοὺς ἐχθροὺς καταστρεφόμενος, πρὶν ἢ πάντας αὐτοὺς φόρων ὑποτελεῖς ἐποίησεν. ἐγὼ δὲ χάριν οἶδα τῷ θεῷ τῆς παρούσης εἰρήνης, καὶ διὰ ταύτην εὐχολῶν, οἰκοδομῆσαι τῷ θεῷ βούλομαι τὸν οἶκον. καὶ δι' ὑπ' ἐμοῦ δοῦναι ἔστιν ἔσεσθαι τῷ πατρί μου προεῖπεν ὁ θεός. διὸ παρακαλῶ σε συμπέμψαι τινας τοῖς ἐμοῖς εἰς λίβανον τὸ ὄρος, κόψοντας ξύλα. πρὸς γὰρ τομὴν ὕλης, ἐπιστημονέστερον ἔχουσι τῶν ἡμετέρων σιδώνιοι. μισθὸν δ' ὃν ἂν ὁρίσῃς τοῖς ὑλοργοῖς παρέξω.

Βασιλεὺς εἰρώμου, βασιλεῖ σολομῶνι. τὸν μὲν θεὸν

Solomon Iromo regi: Scito patrem meum, cum voluisset ædificare templum Deo, bellis assiduis impeditum. Neque enim prius a subjugandis hostibus restitit, quam omnes sibi tributarios redderet. Ego vero gratias Deo habeo pro pace, quæ nunc fruimur, & præsentiotio decrevi uti ad extruendum cœlesti Numini domicilium. Id enim a me fabricandam, jam ante patri meo Deus prædixit: quamobrem rogo, ut aliquos una cum meis mittas in montem Libanum, ad materiam cædendam: quandoquidem hanc artem Sidonii melius callent, quam nostrates. Mercedis autem, quanta hujusmodi operariis persolvenda sit, te arbitrum facio.

Rex Iromus regi Solomoni: Gratia Deo, quod

ἀν εὐλογεῖν ἄξιον, ὅτι σοὶ τὴν παλεῶαν παρέδωκεν ἡγεμονίαν, ἀνδρὶ σοφῷ καὶ πᾶσαν ἀρετὴν ἔχοντι. ἐγὼ δ' οἷς τούτοις ἡδόμενος, ἅπαντα ὑπουργήσω τὰ ἐπεσταλμένα. τεμὼν γὰρ, ξύλα πολλὰ καὶ μεγάλα κέδρα τε καὶ κυπαρίσσα, διὰ τῶν ἐμῶν ἐπὶ θάλασσαν καταπέμψω καὶ κελεύσω τοὺς ἐμοὺς σχεδίαν πηξαμένους, εἰς ὃν ἂν βουληθῇς τόπον τὰ αὐτᾶ χώρας πλεύσαντας ἀποθέσθαι, ἔπειθ' οἱ σοὶ ἀποκομίσωσιν εἰς ἱεροσόλυμα. ὅπως ἂν δι' αὐτῶν ἡμῖν αἴσῃ τῶν σίτων. ἃ διὰ τὸ νῆσον οἰκεῖν δεόμεθα, φρόνησον.

tibi paternum principatum tradidit, viro ſapienti & omni virtutum genere predito. Quare cum nihil mihi gratius accidere poterit, voluntati tuæ libens obſequar. Exciſas enim multas & magnas trabes cedrinas atque cyparisſinas, per meos ad mare deducendas curabo: eosdemque jubebo, ut compactis ratibus, ad quemcunque volueris tuæ regionis locum, eas appellant, unde poſt per tuos Hieroſolyma deportentur. Tu vero hanc nobis gratiam repones; ut exportandi ad nos frumenti poteſtatem facias, quo utpote inſulares maxime indigemus.

CXCII. Quæſtiones & ænigmata a Salomone & Hiramo* invicem & a Salomone philoſophis Tyri propoſita.

Flavius Joſephus lib. VIII. Antiquitatum Judaic. cap. 2. p. 267.

Καὶ σοφίσματα δὴ καὶ λόγους αἰνιγματώδεις ἀλλήλοις προβαλόντες ὁ τε Σολομὼν καὶ ὁ Χειρώμης, ἐπὶ πλεῖστον ἐν τοῖς συνουσίαις ἦσαν. ἐδύνατο δὲ οὐδεὶς τῶν πολλῶν τοὺς προτεθέντας λύειν. πολλοὺς δὲ ἔλυσεν ὁ Σολομών. καὶ τοὺς αὐτοὺς ἐκείνους προβαλὼν ἐδύνατο ὁ Χειρώμης λύειν. ἔτι δὲ καὶ ἄλλους ἔπεμπεν ὁ Χειρώμης, οὓς ἐκέλευεν ἐπιλύσασθαι τὸν Σολομῶνα. ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνος οὐδὲν ἐδύνατο, πολλὰ χρήματα ἐζημιώθη τῷ Σολομῶνι, ὡς ἐν τοῖς ἑξῆς δηλώσομεν.

Quæſtiones etiam ænigmaticas Ty-

μαϊ-

* Hiramum hunc cum Hieronymo Ægyptio Hiſtorico confundit Tertullianus c. 19 Apologetici, ut recte notat Voſſius lib. 1. c. 11. de Hiſt. Græc. neque enim placet conjectura Sam. Petiti c. 27. Var. lect.

ματώδεις διεπέμψατο πρὸς τὸν σολομῶνα ὁ τῶν τυρίων βασιλεὺς, ὡς δι' αἰνιγμάτων ὅπως αὐτῷ τὰ τοιαῦτα σαφηνίσῃ, καὶ τὴν ἀπορίας τῶν ἐν αὐτοῖς ζητουμένων ἀπαλλάξῃ. τὸν δὲ, δεινὸν ὄντα καὶ σοφὸν, οὐδὲν τούτων παρῆλθεν, ἀλλὰ πάντα νικήσας τῷ λογισμῷ, καὶ μαθὼν αὐτῶν τὴν διάνοιαν ἀνεφώτισε. μέμνηται δὲ τούτων τῶν δύο βασιλέων, καὶ μένανδρος ὁ μεταφράσας ἀπὸ τῆς φοινίκων διαλέκτου τὰ τυρίων ἀρχεῖα εἰς τὴν ἑλληνικὴν φωνήν.

rius Rex ad Solomonem transmisit, rogans, ut eas explicaret, & dubitationem sibi omnem eximeret. At ille callens hujusmodi rerum ac natura prudentissimus, nihil inexplicatum relinquebat: sed omnia ratione pervincens, & perscrutatus eorum intellectum, apertissime declarabat. Meminit horum duorum regum & Menander, qui e Phœnicum lingua annales Tyriorum in Græcum sermonem est interpretatus.

Idem Josephus lib. I. contra Apionem p. 1042.

ὅτι δ' οὐ λέγω ἐστὶν ὑπ' ἐμοῦ συγκείμενον, ὁ παρὰ τῶν παρὰ τοῖς τυρίοις γραμματέων, παρεθήσομαι μάρτυρα δίον, ἄνδρα παρὰ τὴν φοινικὴν ἱστορίαν ἀκριβῆ γεγονέναι πεπιστευμένον. ὅτ' οὖν τοίνυν ἐν ταῖς παρὰ φοινίκων ἱστορίαις γράφει τὸν τρόπον τοῦτον ἀβιβάλου τελευτήσαν-

Quod autem non fingam de Tyriorum literis, testem producam Dium qui in Phœnicum historia integerrimus approbatus est. Is igitur in Phœniciis historiis hoc modo scribit. Abibalo moriente, filius ejus Hiramus regnavit. Hic partis Orientalis

τῶ, ὁ υἱὸς αὐτῦ ἐν ὠμῶ ἐβασίλευσεν. ὅτῶ τὰ πρὸς ἀνατολὰς μέρη τ̃ πόλεως προσέχωσε, καὶ μεῖζον τὸ ἄστυ πεποίηκε, καὶ τ̃ ὀλυμπίου Διὸς τὸ ἱερὸν καθ' ἑαυτὸ ὂν ἐν νήσῳ, χώσας τὸν μεταξὺ τόπον, συνῆψε τῇ πόλει, καὶ χρυσοῖς ἀναθήμασιν ἐκόσμησεν. ἀναβὰς ᾗ εἰς τὸν Λίβανον ὑλοτόμησε πρὸς τὴν τῶν ναῶν κατασκευήν. τὸν ᾗ τυραννοῦντα ἱεροσολύμων σολομῶνα· πέμψαι φασὶ πρὸς τὸν ἱέρωμον αἰνίγματα, καὶ παρ' αὐτοῦ λαβεῖν ἀξιοῦν· τὸν ᾗ μὴ δυνηθέντα διαλῦσαι, τῷ λύσαντι χρήματα ἀποτίνειν. ὁμολογήσαντα ᾗ τὸν ἱέρωμον, καὶ μὴ δυνηθέντα λῦσαι τὰ αἰνίγματα, πολλὰ τῶν χρημάτων εἰς τὸ ἐπιζήμιον ἀναλῶσαι. εἶτα δὴ ἄβδήμονόν τινα τύριον ἄνδρα τὰ προβληθέντα λύσαι· καὶ αὐτὸν ἄλλα προβαλεῖν, ἃ μὴ λύσαντα τὸν σολομῶνα, πολλὰ τῷ ἱερώμῳ προσαποτίσαι χρήματα. Διῶ

civitates ampliavit, urbem potiorem fecit: & Olympii Jovis templum, quod in insula situm erat, jactis aggeribus urbi adjunxit: & aureis anathematibus exornavit. Ascendens autem in Libanum, sylvas incidit ad templorum ædificationem. Regem vero Hierosolymorum Salomonem misisse dicunt ad Hiramum quædam ænigmata, & poposcisse ab eo, adjecto ut qui non posset discernere, pecuniam solventi persolveret: confessumque Hiramum, non se posse solvere propositas quæstiones, multis pecuniis mulctatum. Deinde Abdemonum quendam, virum Tyrium, propositas solvisse quæstiones: ipsumque alias proposuisse, quas si non solveret Salomon, multas rursus pecunias Hiramo regi conferret. Dius igitur

μὲν

μὴν ὄγδοον περὶ τῶν προειρημένων ἡμῖν μεμαρτύρηκεν.

hoc modo de prædictis teſtimonium perhibuit nobis.

S. Theophilus Antiochenus lib. 3. ad Autolycum pag. 131. 132.

Ἀλλὰ καὶ οἱ ἐξ αὐτῶν τὴν οἰκοδομὴν, ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, ὃν ᾠκοδόμησεν ὁ βασιλεὺς Σολομὼν μετὰ ἔτη πενταπόσια ἑξήκοντα ἐξ τῆς Αἰγύπτου ἐξόδιας τῶν Ἰουδαίων, καὶ οἱ Τυρίοις ἀναγέγραπται, ὡς ὁ ναὸς ᾠκοδόμηται, καὶ ἐν τοῖς ἀρχείοις αὐτῶν πεφύλακται τὰ γράμματα, ἐν αἷς ἀναγραφαῖς εὑρίσκεται γεγονὼς ὁ ναὸς, πρὸ ἐτῶν τῆς Τυρίας τὴν Καρχηδόνα κτίσαι, ἔτεσιν τριάκοντα τέσσαρσιν, μησὶν ὀκτὼ ἀναγράφη ὑπὸ Ἱερώμου τοῦνομα βασιλέως Τυρίων, ὑὸς δὲ Ἀβειμάλου, διὰ δὲ ἐκ παλαιᾶς συμπαθείας τὸν Ἱέρωμον γεγενῆσθαι Φίλον δὲ Σολομῶντος. ἅμα δὲ διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν σοφίαν, ἣν εἶχεν ὁ Σολομὼν· ἐν δὲ

. Præterea Tyrii quoque annotarunt, quomodo & quando ædificatum ſit templum a Salomone in Judæa, quingentis, & ſexaginta annis demum poſt exitum ex Ægypto. Et quidem in antiquitatibus eorum ſervantur monumenta, quæ aperte evincunt, templum Salomonis eſſe poſitum fere centum & triginta annis & menſibus quatuor antequam Carthago a Tyriis ſit condita. Octo annotati ſunt nimirum menſes ab Hieromo, qui rex fuit Tyriorum & filius Abeimali. Nam Hieromus amicus fuit & familiaris Salomoni propter paternam amicitiam. Et-

προβλήμασιν ἀλλήλους συνεχῶς ἐγύμναζον. τεκμήριον δ' ἔστι καὶ ἀνδιγραφα ἐπιστολῶν αὐτῶν φασὶ μέχρι δ δεῦρο σώζεσθαι τοῖς Τυρίοις πεφυλαγμένα. γραμμασί τε ἀλλήλοις διέπεμπον, καθὼς μέμνηται Μένανδρος ὁ Ἐφέσιος, ἱστορῶν τὰ Τυρίων βασιλείας.

iam ſapientia, qua cunctos mortales infra ſe reliquit Salomon, hanc amicitiam conciliavit. Nam quæſtionibus & interrogationibus propoſitis ſe frequenter exercuerunt. Ejus rei manifeſtum ſignum perhibent literæ & epiſtolæ, quæ feruntur adhuc hodie apud Tyrios ſervari. Etiam mutuis literis ſe invicem compellarunt, quemadmodum meminit Menander Epheſius, qui conſcripſit hiſtoriam Tyriorum regni.

S. Hieronymus ad Magnum Oratorem:

Quis neſcit & in Moyſe & in Prophetarum Voluminibus quædam aſſumenta de Gentilium libris, & Salomonem Philoſophis Tyri & nonnulla propoſuiſſe & aliqua reſpondiſſe: Unde in exordio Proverbiorum commonet, ut intelligamus ſermones prudentiæ verſutiasque verborum, parabolas & obſcurum ſermonem, dicta Sapientum & ænigmata, quæ propria Dialecticorum & philoſophorum ſunt.

CXCIII. Quæstiones Salomoni propositæ a Regina Saba.

Mich. Glycas p. 183. Annalium.

Σοβὰ ἔθνος * Αἰθιοπικόν. Τούτων ἐβασίλευσεν ἡ θαυμαστὴ ἐκείνη Σιβύλλα. Μήτε γὰρ νόμον εἰδυῖα, μήτε προφητῶν ἀκούσασα, διὰ δὲ Σολομῶνος τὸν τῆς σοφίας ὕμνησε χορηγόν. Γένοιτο γάρ, ἔφη, ** Κύριος ὁ Θεός σου εὐλογημένος, ὃς ἠθέλησεν ἐν σοὶ δοναί σοι ἐπὶ θρόνου Ἰσραήλ. Ἐν οἷς δὴ τὸν Σολομῶντα ἐπείρασεν αὐτῆ, καὶ δὴ τὸ ἐπενόησεν. Εὐόπλους παιδας ἄῤῥενάς τε καὶ θηλείας ὁμοτρόπῳ στολῇ καὶ κουρᾷ τῇ αὐτῇ καλλωπίσασα, παρέστησεν αὐτῷ, ζητοῦσα ἑκατέρου γένους αὐτῶν διαχρισιν ποιήσασθαι. Ὁ δὲ ἰδὼν τούτους προσάξας τὸ πρόσωπον, ἑκατέρων

Cæterum Sabæi natio sunt Æthiopica. Eorum regina fuit admiranda illa Sibylla: quippe quæ cum legem ignoraret, nec vates audisset, per Solomonem sapientiæ submini stratorem Deum prædicavit. Celebretur, ait, Dominus DEus ille tuus, qui tibi sic faverit, ut te Israelicorum solio imponeret. Hæc inter alia, quibus Solomonem tentavit, etiam hujusmodi quiddam excogitavit. Formosos aliquot pueros, tam mares quam femellas, uniusmodi vestitu & eadem tonsura quum exornasset, Solomoni eos exhibuit, utriusq; sexus dis-

* Hoc variis argumentis confirmat Natalis Alexander in Hist. Ecclesiastica Veteris Test. p. 159. seq.

** 3. Reg. X. 9.

τὴν φύσιν διέγνωκε. τῶν μὲν ἀῤῥένων ἀνδρικῶς τὰς ὄψεις καταψώντων, τῶν δ' θηλειῶν ἁπαλῶς. ἡ δ' ἐκπλαγεῖσα εἶπεν, ὅτι πλείονα ἑώρακα ὑπὲρ ὃ ἤκουσα.

crimen in his ut indicaret, postulans. Tum ille jussis illis facies suas abluere, naturam in utrisque suam deprehendit: quum mares quidem viriliter vultus suos fricarent, feminæ vero molliter ac delicate. Illa vero obstupescens, inquit: Majora vidi, quam auditu acceperim.

CXCIV. Salomonis adjurationes Dæmonum.

Flav. Josephus lib. VIII. Antiquitatum Judaic. c. 2. p. 257.

Τοσαύτη δ' ἦν ἡν ὁ θεὸς σολομῶνι παρέσχε φρόνησιν καὶ σοφίαν, ὡς τε τοὺς ἀρχαίους ὑπερβάλλειν ἀνθρώπους. καὶ μηδὲ τοὺς αἰγυπτίους, οἳ πάντων σοφίσει διενεγκεῖν λέγονται, συγκρινομένους λείπεσθαι παρ' ὀλίγον, ἀλλὰ καὶ πλεῖσον ἀφεστηκότας τῆ βασιλέως φρονήσεως ἐλέγχεσθαι. ὑπερῆρε δὲ καὶ διήνεγκε σοφία καὶ τῶν καθ' αὑτὸν καιρὸν δόξαν ἐχόντων

Anta fuit sapientia & prudentia, quam Solomon divinitus acceperat, ut omnes priscos superaret, atque etiam Ægyptios qui omnium sapientissimi habentur, longe post se relinqueret: præcellebat etiam eos, qui per idem tempus in maxima opinione sapientiæ fuerunt apud Hebræos, quorum nomina non tacebo.

τοῖς

τοῖς ἑβραίοις ἐπὶ δεινότητι, ὧν ἃ παρελεύσομαι τὰ ὀνόματα. ἦσαν δὲ, * Αἰθανὸς καὶ Αἱμανὸς, καὶ Χαλκεὺς, καὶ Δόδανος, υἱοὶ Ἡμαώνου. συνετάξατο δὲ καὶ βιβλία περὶ ᾠδῶν καὶ μελῶν πέντε πρὸς τοῖς χιλίοις, καὶ παραβολῶν καὶ εἰκόνων βίβλους τρισχιλίους. καθ' ἕκαστον γὰρ εἴδους δένδρου παραβολὴν εἶπεν, ἀπὸ ὑσσώπου ἕως κέδρου. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ περὶ κτηνῶν καὶ τῶν τ' ἐπιγείων ἁπάντων ζώων καὶ τῶν νηκτῶν, καὶ τῶν ἀερίων. οὐδὲ μίαν δὲ τούτων φύσιν ἠγνόησεν, οὐδὲ παρῆλθεν ἀνεξέταστον. ἀλλ' ἐν πάσαις ἐφιλοσόφησεν καὶ τὴν ἐπιστήμην τῶν ἐν αὐταῖς ἰδιωμάτων ἄκραν ἐπεδείξατο. παρέσχε δ' αὐτῷ μαθεῖν ὁ θεὸς, καὶ τὴν κατὰ τῶν δαιμόνων τέχνην εἰς ὠφέλειαν καὶ

Fuerunt autem hi: Athanus, Æmanus, Chalceus, Dodanus, filii Hemaonis. Composuit etiam libros Odarum & Carminum quinque supra mille, & parabolarum ac similitudinum libros ter mille. Cuilibet enim speciei plantarum suam adhibuit parabolam, ab hyssopo usque cedrum: idem fecit de pecoribus & cæteris terrestribus animantibus, natatilibusque & quæ per aërem feruntur. Nullius enim horum naturam ignoravit, aut inscrutatam reliquit: sed circa omnes philosophatus est, & scientiam proprietatum earum summam præ se tulit. Quin & eam rem divinitus consecutus est ad utilitatem & mede-

* Αἰμὰν & Αἰθὰν Davidis ψαλτῳδοὶ cum Assapho memorati 1. Chron. XV. 19. Pro cæteris duobus autem versio latina Josephi antiqua male, *Chalgal & Dardanus filii Madmis.* Nam ex 3. Reg. IV. 31. legendum Χαλχαδὸς καὶ Δόρδανος υἱοὶ Μαλανός.

θεραπείαν τοῖς ἀνθρώποις. ἐπῳδαῖς τε συνταξαι μὲν καὶ παρηγορεῖται τὰ νοσήματα, καὶ τρόπους ἐξορκώσεων καταλελοιπεν, οἷς ἐνδύμενα τὰ δαιμόνια ὡς μηκέτ' ἐπανελθεῖν ἐκδιώκουσι. καὶ αὕτη μέχρι νῦν παρ' ἡμῖν ἡ θεραπεία πλεῖστον ἰσχύει. ἰσόρισα γάρ τινα * ἐλεάζαρον τῶν ὁμοφύλων, ὑπὸ Οὐεσπασιανοῦ παρόντα καὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ, καὶ χιλιάρχων καὶ ἄλλου στρατιωτικοῦ πλήθους, τοὺς ὑπὸ τῶν δαιμονίων λαμβανομένους ἀπολύοντα τούτων. ὁ δὲ τῆς θεραπείας τρόπος, τοιοῦτος ἦν. προσφέρων ταῖς ῥισὶ τοῦ δαιμονιζομένου τὸν δακτύλιον, ἔχοντα ὑπὸ τῇ σφραγῖδι ῥίζαν, ἐξ ὧν ὑπέδειξε σολομών, ἔπειτα ἐξεῖλκεν ὀσφραινομένου διὰ τῶν μυκτήρων τὸ δαιμόνιον. καὶ πεσόντος εὐθὺς ἐξ ἀνθρώπου, μηκέτ' εἰς αὐτὸν ἐπανελθεῖν ὁρκίζει, σολομῶνος

lam hominum quæ adverſus dæmones eſt efficax. Incantationes enim compoſuit, quibus morbi pelluntur: & conjurationum modos ſcriptos reliquit, quibus cedentes dæmones ita fugantur, ut in poſterum nunquam reverti audeant: atque hoc ſanationis genus usque plurimum apud noſtrates pollet. Vidi enim ex popularibus meis quendam Eleazarum, in præſentia Veſpaſiani & filiorum & tribunorum, reliquorumque militum, multos arreptitios percurantem. Modus vero curationis erat hic. Admotonaribus dæmoniaci anulo, ſub cujus ſigillo incluſa erat radicis ſpecies a Solomone indicata, ad ejus olfactum per naſum extrahebatur dæmonium: & collapſo

* Eadem è Joſepho narrant Zonaras III. 1. Cedrenus p. 57. Glycas p. 183. &c.

ſe

τε μεμνημένος, καὶ τὰς ἐπῳδὰς ἃς συνέθηκεν ἐκεῖνος, ἐπιλέγων. βελόμενος ὑπεῖσαι καὶ ἐπάξαι τοῖς ἐπαγομένοις τὸν ἐλεάζαρον, ὅτι ταύτην ἐχει τὴν ἰσχὺν, ἐτίθει μικρὸν ἔμπροσθεν ποτήριον πλῆρες ὕδατος ἢ ποδόνιπτρον. καὶ τῷ δαιμονίῳ προσέταττεν ἐξιόντι ἐξ ἀνθρώπου, ταῦτ' ἀνατρέψαι καὶ ἐπαγαγεῖν ἐπιγνῶναι τοῖς ὁρῶσιν, ὅτι καταλέλοιπε τὸν ἄνθρωπον. γινομένου δὲ τούτου, σαφὴς ἡ σολομῶνος καθίστατο σύνεσις καὶ σοφία. διὸ ἦν, ἵνα γνῶσιν ἅπαντες τὸ μεγαλεῖον αὐτοῦ τῆς φύσεως καὶ θεοφιλὲς, καὶ λαθῇ μηδένα τῶν ὑπὸ τὸν ἥλιον ἐξ βασιλέως ὠφελὶ πᾶν εἶδος ἀρετῆς ὑπερβολὴ, ὠφελὶ τῶν εἰπεῖν προήχθημεν.

mox homine, adjurabat id, ne amplius rediret, Solomonis interim mentionem faciens, & incantationes ab illo inventas recitans. Volens dein Eleazarus his, qui aderant, oſtendere ſuæ artis efficaciam, non longe inde ponebat poculum aut polubrum aqua plenum: imperabatque dæmonio hominem exeunti, ut his ſubverſis ſignum daret ſpectantibus, quod reliquiſſet hominem. Quo facto, nemini dubium erat, quanta fuiſſet Solomonis ſcientia & ſapientia. Quamobrem libuit hoc quoque narrare, ut omnibus nota ſit eximia regis hujus natura, quamque charus Deo fuerit, & in omni genere virtutum excellentiſſimus.

Origenes tractatu XXXV. ad Matthæi XXVI 63.

Exiſtimo quod non oportet ut vir qui vult ſecundum Evangelium vivere, adjuret alterum

rum. —— — Quæret aliquis, ſi convenit vel Dæmones adjurare, & qui reſpicit ad multos qui talia facere auſi ſint, dicet non ſine ratione fieri hoc. Qui autem aſpicit JEſum imperantem Dæmonibus, ſed etiam poteſtatem dantem diſcipulis ſuis ſuper omnia Dæmonia, & ut infirmitates ſanarent, dicet quoniam non eſt ſecundum poteſtatem datam à Salvatore, adjurare dæmonia, Judaicum eſt enim. Hoc, etſi aliquando à noſtris tale aliquid fiat, ſimile fit ei quod à *Salomone* ſcriptis adjurationibus ſolent * Dæmones adjurari. Sed ipſi qui utuntur adjurationibus illis, aliquoties nec idoneis conſtitutis libris utuntur, quibusdam autem & de Hebræo acceptis adjurant dæmonia.

Leontius CPol. in mediam Penteceſtem, T. I. Antiarii novi Combefiſiani p. 724.

Τί οὖν; ὁ Σολομὼν οὐκ ἐδεσπόσυσε τῶν δαιμόνων; οὐχὶ πάντας ἐφ' ἓν ὡς ἕνα συνέκλεισεν; οὐχὶ μέχρι τῆ σήμερον ζῶσιν δεδοί-

Quid ergo? Nonne Salomon dominatus dæmonum eſt? Nonne omnes ceu unicum, in unum concluſit? Non-

* Vide quæ de Judæorum adjurationibus Grotius & Hammondus ad Matth XII. 27. Fevardentius ad Irenæum II. 5. Mericus Caſaubonus ad Marci Antonini lib. I. ubi in loco Juſtini Martyris p. 311. docet legendum καταδέσμοις ἀπῶν. Guil. Spencerus ad Origenem contra Celſum p. 17. ſeq. & 53. Antonius Van Dale de Idololatria & ſuperſtitionis origine p. 558. ſeq. & Sam. Basnage Annal. ad A. C. 131. n. 51.

δεδοίκασιν; ἀλλ' ὦ Ἰουδαῖοι μαγγανοδαίμονες. ματὴν ταῦτα προβάλλεσθε· μόνῳ γὰρ ὁ δεσπότης Χριστὸς κραταιῶς τὸν ἰσχυρὸν ἔδησε, καὶ τὰ σκεύη* αὐτοῦ διήρπασε. Σολομὼν γάρ, ὃ μόνον οὐκ ἐδεσποτεύσε τῶν δαιμόνων βασιλικῶς, ἀλλὰ καὶ ὑπ' αὐτῶν ἐδεσπολεύθη πρὸς τὰ τέλη καταφθαρείς.

ne eum hactenus timent? Verum, frustra hæc opponitis, o Judæi, dæmonum devoti præstigiis: solus quippe Dominus Christus potenter *alligans fortem, ejus vasa diripuit.* Salomon autem, nedum regia potestate dominatus est dæmonum, ut ad extremum corruptus, dæmonum se dominationi dediderit.

* Matth XII 29.

Nicetas Choniates in Annalibus lib. IV. de Manuele Comneno c. 7. p. 160.

Τοὺς συκοφάντας μὲν γὰρ ἄλλοις μετῆλθε, καὶ ἄλλῳ μὲν ἄλλην δίκην ἐπέθηκε, τῷ δὲ Ἀαρὼν ἐπεβρισε καλεπώτερον, ταῖς οἰκείαις ἁρπεδόσι περιχυνίσασα. μετ' ὀλίγον γάρ τινα χρόνον, ἀλίσκεται μαγείαις προσανέχων, καὶ προὔκειτο χελώνης ἔκφορον μίμημα, ἔνδον σίγον

Calumniatores quidem alias alii pœnas Deo dederunt, Aarón* vero gravissimas omnium, suis ipse laqueis irretitus. Non multo enim post, eum magiæ studiosum esse, compertum est: & simulacrum testudinis prolatum, in quo erat imago homi-

τῆς

* Hic est Aaron Isacius apud Imp. Manuelem interpretis latini partibus functus, de cujus calumniis adversus Alexium Comnenum dixerat Nicetas p. 158. seq.

ἓ χάλυβ@ ἀνθρωπόμορφον ἔικασμα, πεπεδημένον ἄμφω τὼ πόδε, καὶ τὸ στέρνον ἐλελαμένον ἥλῳ διαμπερές. ἑάλω ἦ καὶ βίβλον Σολομώντειον ἀνελίττων, ἥ τις ἀναπτυσσομένη τε καὶ διερχομένη, καθ' ἑκάστους συλλέγει καὶ παρίστησι τὰ δαιμόνια, συχνάκις ἀναπυθανόμενα, ἐφ' ὅτῳ προσκέκληνται; καὶ τὸ ἐπιταττόμενον ἐπισπευδόντα περαίνειν, καὶ προθύμως δρῶντα τὸ κελευόμενον.

nis, qui ambos pedes habebat in compedibus, & pectus clavo transfixum. Est & *librum Solomonium* evolvere deprehensus, qui cum legebatur, legiones dæmonum adducebat, subinde interrogantium, cur accersiti essent, ac jussa alacriter exequentium.

Gregentius Archi Episcopus Tephrensis in disp. cum Herbano Judæo p. 27. 28.

Ὅτι μὲν ἐταπείνωσε συκοφάντην, ἔχω σοι δεῖξαι, ὅτι οὐχ ἕνα μόνον ἐταπείνωσεν, ἀλλ' ἀπείρους μὲν τυράννους πλοήσας ὑπέταξε. πάντων γὲ τῶν πονηρῶν Δαιμόνων ἐκράτησε, καὶ δεσμίους αὐτοὺς ἠσφαλίσατο.

Quod quidem calumniatorem humiliavit, possum tibi ostendere: quia non unum solum humiliavit, sed infinitos quidem tyrannos animo perculsos & consternatos subjecit: omnes malignos dæmonas suo imperio devictos reddidit, eosque vinculis & catenis constrictos tuto tenuit.

Σολο-

Σολομῶν ἐταπείνωσε δαίμονας; οὐκ οἶδας τί διαγορεύεις. πρὸς καιρὸν μὲν ποφαλίσαλο ἔτυχε ἐν τοῖς ἀγγείοις, καὶ σφραγίσας καλέχωσεν. ἀλλά γε ὸ ηνιχαῦλα μοι σκόπει, ὅτι νοηλῶς καλαπολεμηθεὶς ὑπ' αὐλῶν λῶν δαιμόνων, καὶ ἡλ-ηθεὶς περὶ σωληρίαν αὐλῷ ἐκινδύνευσεν, ὡς ἡ γραφὴ * μαρλυρεῖ.

*3. Reg. XI.

Solomon dæmonas humiliavit? Neſcis quid loquaris. Ad tempus quidem eos vaſis incluſos & ſeptos tenuit, & ſigillo conſtrictos terraq; obrutos occuluit. Sed mecum conſidera, quod mente & ſpiritu profligatus ab ipſis dæmonibus, & devictus, de ſalute periclitatus eſt, quemadmodum teſtatur Scriptura.

Gabriel Naudæus Apologia pro viris doctis Magiæ accuſatis c. 15. p. 326.

Celuy des Exorciſmes Pineda a) ſouſtient ou n'avoir point eſté compoſé par Salomon, ou qu'il l'a eſté du temps de ſon idolatrie: Combien toutesfois qu'il ſoit plus à propos ce me ſemble de croire avec Janſenius, b) Salmeron, Genebrard, Delrio. qu'il a peu preſcrire du temps qu'il n'ignoroit rien par ſa ſageſſe, & qu'il eſtoit tout remply de bonne affection à cauſe de ſa ſainčteté, certaines formules de chaſſer les diables, & exorciſer les poſſedez, qui eſtojent pratiquez parles Juifs, dans S Luc, S. Math. & le 19. des Actes des Apoſtres, & le furent encor depuis, au recit de Joſephe, par Elea-

a) Lib. 3. de rebus Salomonis c. 29. p. 206.
b) In cap. 12. Matth.

Eleazar qui chaſſa le diable du corps d'un demoniaque en preſence de l'Empereur Veſpaſian, non par la vertu d'une racine, qui ne pouvoit rien entant que naturelle ſur les Demons & creatures purement ſpirituelles, mais par la force de ces Exorciſmes, lesquels ſeuls avoient cette puiſſance, comme l'expliquent Delrio, Caſmannus, & beaucoup d'autres.

Jacobus Golius ad Alfraganum p. 18.

Opinatur vulgus (Arabum Muhamedanorum) Salomonem Davidis filium in monte Dubavend (al. Bojuraſphi vel Dohac ſive Zohac (vinctum tenuiſſe contumacisſimum Diabolorum Sachra Elmarid dictum, qui Talmudicis eſt Ashmedai, alii vero a Pheridun, Metaſthenis Pyrithidone, qui ſeptimus imperavit Perſis, hic incarceratum Bujoraſphum, & ſuſpenſum tortumque Perſarum tyrannum.

Confer quæ de Dæmone Asmodi per Salomonem capto & ligato Bartoloccius T. 1. *Bibl. Rabbin. p.* 490. *ſeq. Nicolaus Eymericus in directorio Inquiſitor. parte* 2. *quæſt.* 28. *teſtatur tempore Innocentii Papæ ſexti publice a ſe damnatum & comburi factum* quendam magnum & groſſum librum Dæmonum invocationum, in ſeptem partes diſtinctum, qui intitulatur liber Salomonis, in quo erant ſcripta ſacrificia, orationes, oblationes, & nefaria quamplurima fieri dæmonibus ſolita. *Pineda de rebus Salomonis p.* 107.

CXCV.

CXCV. Salomonis colloquium cum Regulo formicarum. Perſarum de Salomone fabulæ.

Jo. Chardinus inſcriptione Perſia T. X. p. 47.

LEs *Perſans* ne ſont pas beaucoup d' Hiſtoires de *David*, mais ils en ſont ſans nombre de *Salomon*, ſon fils, auqvel ils diſent qve *Dieu* donna le don des miracles plus abondamment qu'à aucun autre avant lui; tellement, que ſi on les en croit, il commandoit aux *Anges* & aux *Demons*, & il étoit porté par les vents dans toutes les Spheres & au deſſus des Aſtres. Toutes les choſes de la nature lui parloient, & lui obéiſſoient, animaux, vegetaux, mineraux; il ſe faiſoit enſeigner par chaque plante, qvelle étoit ſa propre vertu, & par chaque mineral, à quoi il étoit bon de l' employer: il s'entretenoit avec les oiſeaux, & c' étoit d' eux dont il ſe ſervit pour faire l' amour à la Reine de *Saba*, & pour la perſvader de le venir trouver; toutes Fables que l' *Alcoran* à priſes des Commentaires des *Juifs*. Parmi ces *Dialogues* fabuleux de *Salomon*, il y en a un avec le *Roi des Fourmis*, qui porte, que *Salomon* paſſant un jour à la campagne, il reconnut ce *Roi des Fourmis*, le prit, & le mit ſur ſa main; & que comme il le prenoit, ce petit inſecte cria à toute ſa troupe, *Fourmis, retirez vous; de peur que le Trone du Roi Prophete ne vous écraſe toutes*, que *Salomon* ayant demandé à cette Fourmi, après beaucoup d'autres qveſtions, ſi elle

le reconnoiſſoit pour plus grand qu'elle, *Non*, répondit-elle, *Je ſuis un plus grand Roi que vous, parce que vous n'avez qu'un Trône materiel, & que pour moi, votre main me ſert de Trône.*

Plura ejusmodi Herbelotus in Bibliotheca Orientali.

CXCVI. Salomonis libri de gemmis & dæmonibus.

Mich. Glycas parte 2. Annalium p. 183. ex Pſello.

Ἐφυσιολόγησε * ἡ Σολομὼν καὶ περὶ λίθων, οὐχ ὅπως ἐχρώσθησαν μόνον ἢ συνεστάγησαν, ἀλλὰ καὶ ὅπῃ ἑκάστη συμβελεῖ. Τὴν μὲν σωφροσύνης ἔφησε φυλακτήριον, τὴν δὲ πρὸς τὰ θεοδῆ ἀνθέξειν πυρετῶν, ἑτέραν δὲ φυγαδεύειν πνεύματα πονηρά. Ἀλλὰ καὶ περὶ δαιμόνων ἐτέθη βιβλίον αὐτῷ, ὅπως τε καταγόνται, καὶ ἐν οἷοις εἴδεσι φαίνονται, φύσεις δὲ τῶν καὶ ἰδιότητας ἔγραψε,

PRæterea Salomo de gemmis quoque diſſeruit, earumque natura, non tantum quo illæ pacto colores hos vel illos accipiant, vel gignantur & coalescant, verum etiam quis cujuscunque ſit uſus. Aliam enim pudicitiæ cuſtodem eſſe pronunciavit, aliam ſulfureis inflammationibus reſiſtere, aliam malos genios abigere. Quin etiam librum de geniis ſcri-

* Non deſunt qui Phyſiologum *de animalibus*, qui exſtat inter Epiphanii opera, referunt ad Salomonem. Vide notas T. 2. Epiphanii p. 190.

ψε, πῶς τε δεσμεῖνται, καὶ πῶς ἐμφιλοχωρεῖνται ἀπολύονται. Ὅθεν ἔργα τοῖς ἀχθοφόραις ἐπέτακτεν ὑλοτομεῖν τε, ὡς λόγος, ἠνάγκαζε, καὶ καλωμαδὸν τὰ ἄχθη φέρειν παρεβιάζετο, ὡδικωτατά τε πλάγχνα ἢ ἐπῳδαῖς ἢ βοτάναις παρετιθεὶς ἐθεράπευεν. Ἀλλ' ὅγε θεῖος Ἐζεκίας θεῷ ἑαυτὸν ἀνατιθεὶς καὶ πάντα τὰ ἐκεῖθεν προνοίας ἐξαρτήσας, τῶν ὑπὲρ φύσιν τῷ Σολομῶντι φιλοσοφηθέντων ὠλιγώρησεν.

composuit, quo nimirum pacto de sublimi deducantur, & qualibus formis appareant. Eorundem naturas atque proprietates complexus est, tum quo pacto vinculis adstringantur, & certis locis adsveti abigantur. Hinc factum ut operas quasdam gestandorum onerum ipsis imponeret. Nam & materiem, ceu perhibent, eos cædere cogebat, & humeris onera portare. Idem hominum viscera exulcerata, vel carminibus vel herbis adhibitis sanabat. Verum divinus homo Ezechias, qui se totum Deo consecrasset ac mancipasset, ejusque ad providentiam cuncta referret, parvi ea fecit quæ supra naturam Salomo philosophatus esset.

Salomonis Herbarium Arabica lingua, memorat Morhofius lib. 1. polyhist. cap. 6.

CXCVII. Salomonis βιβλος ἰαμάτων ab Ezechia Rege abolitus.

Suidas in Ἐζεκίας.

Φέρεται δέ τι καὶ τοιοῦτον. Ἦν Σολομῶντος βί-

Fertur etiam tale quiddam. Exstabat liber

βλω ἰαμάτων παθῶς παντὸς ἐγκεκολαμμένη τῇ ϗ ναῷ Φλιᾷ. Ταύτην ἐξεκόλαψεν Ἐζεκίας, ὡ προσέχοντω ϗ λαὸς τῷ Θεῷ, διὰ τὸ ταὶς θεραπείαις τῶν παθῶν ἐνθένδε ταὶς πάχοντας αὐτῶς χωμίζεσθϗ, ἐκζητοῦντας αὐτῶν τὸν Θεόν.

quidam Salomonis, remedia omnium morborum continens, qui templi limini inciſus erat. Hunc Ezechias abolevit, quod populus mentem ad DEum non adverteret, ſed quicunque ægri eſſent, morborum curationes inde peterent, neglecta Divini Numinis invocatione.

Juſtinus quæſt. LV. ad Orthodoxos.

Πολλὰ μὲν εὑρῆσθαι καὶ ὑπὸ τῶν εὐσεβῶν ἰαματικὰ τῶν σωματικῶν νοσημάτων, ϗ ὑπὸ Σολομῶνϗ τοῦ βασιλέως μέν.

Permulta quoque à piis ad morbos corporum curandos inventa ſunt remedia, & ab ipſo inprimis Rege Salomone.

Procopius Gazæus ad 3. Reg. IV. 33.

Περὶ τῶν ξύλων) Ταὶς φύσεις ϗ ταὶς δυνάμεις καὶ τῶν βοτανῶν καὶ τῶν δένδρων καὶ τῶν ἀλόγων ὁ Σολο-

Locutus eſt de lignis) De naturis & viribus herbarum, * arborum & aliarum rerum ratio-

* Nonnulli è Judæis putarunt Salomonem ſcripſiſſe Commentarios in Legem Moyſis, atque in eo explicaſſe quæ in lege occurrunt de liguis, beſtiis, avibus, plantis. Vide Sgambatum p. 308.

Σολομῶν ἐφυσιολογησεν. Ἐξ ὧν εἰκὸς καὶ τὰς γεγραφότας ἰατρικὴν, ἐρανίσασθαι πάμπολλα.

nis expertium disputavit. Ex quibus verisimile est illos qui de medicina scripserunt, plurima collegisse.

Eadem referunt non modo Syncellus p. 200. Cedrenus p. 77. & 89. Anastasius quæst. 41. & Glycas p. 182. Hippobytum & Eusebium testem laudantes, sed & Talmudi icodice Pesachim, in Misna cap. 4. T. 2. edit. Surenhusianæ p. 148. quanquam ibi tantum legitur Rex Hiskias supressisse* ספר רפואות *librum Medicinæ. At Maimonides ad illum locum non omisit annotare id de libro* Salomonis *esse intelligendum,* דברי רפואות שלמה *quem perinde à Judæis, ubi in morbum incidissent, fuisse consultum ut à Græcis Hippocratis scripta & Galeni, testatur etiam R. Kimchi ad 2. Reg. IV. 33. & 4. Reg. XX. Confer R. Nachmanidæ & R. Lewi ben Gerson loca apud Sgambatum p. 312.*

CXCVIII. Precationis formula quam ad Salomonem auctorem referunt Judæi.

Wagenseilius in confutatione carminis Lipmanni pag. 222.

FIrmiter persvasum est Judæis, precationem quæ a verbo ישתבח incipit, Regem Salomonem composuisse. Nimirum quia verborum proxime sequentium שמך לעד מלכנו האל

* Παρὰ τῇ Ἐζεκίᾳ κεκαῦθαί φησιν ὁ πολυμαθὴς καὶ πολϋίστωρ Εὐσέβιος. Glycas.

initiales literæ, ſi combinentur, nomen שלמה progenerant; cumque poſt has quatuor voces ſubjiciatur verbum המלך, liquido juraverint, omnia iſta a Salomone ſic expreſſa eſſe, ut ſui perennaret memoria, & ut initium orationis, verba שלמה המלך *Salomo Rex*, referret. Sed, ob tantillam rationem, niſi aliæ accedant, precationem a Salomone profectam eſſe, ſane

—— *credat Judæus Apella,*
Non ego:

cum quotidie multa ejusmodi caſu evenire ac deprehendi ſoleant.

CXCIX. Salomonis Διδαχὴ & Hygromantia ad filium Roboam.

Σολομωνιακά.

SAlomonis monita ad filium Roboamum verſibus politicis Græcobarbaris, Διδαχὴ Σολομῶντος πρὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν Ῥοβοὰμ exſtat in codice Regio Pariſ. 3084. eoque uſus Cangius in gloſſario Græco, in appendice p. 68. 78. &c. unde apparet argumenti moralis eſſe, adeoque diverſa ab Hygromantia Salomonis ad filium Roboamum, de qua Jac. Gretſerus lib. 1. de jure & more prohibendi libros malos c. 10. p. 56. *Vidimus quoque in Bavarica Bibliotheca librum Græcum hoc titulo*: Hygromantia Salomonis ad filium Roboam. *Quod librorum genus procul dubio ſpecioſo Salomonis titulo factum eſt, ac proinde merito ab Ezechia abolitum, merito & ab aliis pio Ezechiæ exemplo abolendum.* Etiam in Bibl. Cæſareæ Codice MS. Philoſophico CLXXIX.

poſt

poſt varia Aſtrologica Lambecius & Neſſelius teſtantur a pagina 124. ad 135. legi Salomonis arcana quædam ſuperſtitioſa ſuppoſititia, ſub titulo: τῶν Σολομωνιακῶν εἰδήσις.

CC. Salomonis Teſtamentum.

HOc Græce MS. habuit Gilbertus Gaulminus, quod nugicanoricrepum & fictum ultimique Græcorum ævi appellat & paſſim ex eo producit fragmenta notis ad Pſellum de operatione Dæmonum. Producam illa fragmenta & ipſe hoc loco, reddamque latine, ut cujus generis ſit illud ſcriptum & argumenti, lector conjecturam facere poſſit.

P. 113. Καὶ ἐκέλευσα παρεῖναί μοι ἕτερον δαίμονα, καὶ εἰσῆλθον πνεύματα συνδεδεμένα εὐμορφατῷ εἴδει, κἀγὼ Σαλομὼν ταῦτα ἐθαύμασα καὶ ἐπηρώτησα λέγων. καὶ ὑμεῖς τίνες ἔστε; οἱ δὲ ὁμοθυμαδὸν ἔφησαν μιᾷ φωνῇ καὶ εἶπον· ἡμεῖς ἐσμὲν τὰ λεγόμενα στοιχεῖα οἱ κοσμοκράτορες τοῦ κόσμου τούτου. ἀπάτη, ἔρις, κλώθων, ζάλη, πλάνη, δύναμις &c.

Et juſſi ego ſiſti mihi alium dæmonem, atque ecce aderant ſpiritus colligati invicem pulchraque forma, & ego Salomo hos miratus interrogavi eos, dixique: Et vos quinam eſtis? Atque illi una voce unanimiter reſponderunt: nos ſumus qui vocamur elementa † & Principes Mundi hujus, Fraus, discordia, Neceſſitas, Turbo, Error, Vis &c.

† Galat. IV. 3. Coloſſ. II. 8.

P. 117. Ἐζοφώθημεν φωτεινοὶ ὄντες τὸ πρότερον.

Caligine oppleti ſumus, cum prius eſſemus lucidi.

P. 119. Ἐμφαίνει θησαυρὸς, ποιεῖ ϑ᾽ καὶ τὸν χρώμενον ἀϑεώρητον, ὑπὸ μηδενὸς ϑεωρούμενον.

Dæmon hic indicat theſauros, facitque ut qui illo utitur inviſibilis ſit & à nemine conſpiciatur.

P. 136. Ἐπυϑόμην ϑ᾽ ἐγὼ τ᾽ δαίμονος, εἰ ἔστιν ϑήλεα δαιμόνια; τ᾽ δέ μοι φήσαντος εἶναι, ἐβουλόμην ἰδεῖν, καὶ ἀπελθὼν ἤνεγκεν ἔμπροσθέν μου τὴν ὀνοσκελῆν † μορφὴν ἔχουσαν ὡραίαν καὶ δέρμα γυναικὸς εὐχρουν, κνήμην ϑ᾽ ἡμιόνου.

Rogavi dæmonem numquid darentur etiam dæmones fœminæ? illoque affirmante, cupiebam videre. Itaque abiens ille adduxit ad me dæmonem cum crure aſinino, cæterum forma perpulchra & cute bella fœminea, & qui pedem haberet muli.

P. 146. Magi memorant δυνάμεις καταργούσας δύναμιν ἐκείνου καὶ ἐκείνου δαίμονος, *poteſtates quæ irritam reddunt poteſtatem hujus vel illius dæmonis*, ut ſæpe in teſtamento Salomonis. Exſtat illud in Codice Regis Chriſtianiſſimi* 1483. Etiam in Bibl. Colbertina, atque apographum ex Bibl. Thuanea legiſſe ſe teſtatur Cangius ad Zonaram p. 9. hoc titulo: Διαϑήκη Σολομῶντος υἱοῦ Δαβὶδ, ὃς ἐβασίλευσεν ἐν Ἱερουσαλὴμ καὶ ἐκράτησεν καὶ ὑπέταξε πάντων αἰρίων καὶ καταχθονίων πνευμάτων δι᾽ ὧν καὶ πάν-

† Ita pro ὀνοσκελῆ.

πάνλα τα ἔργα ☞ ναῦ †† τὰ ὑπερβάλλονλα πεποίηκεν. Καὶ τίνες αἱ ἐξυσίαι αὐλῶν καλὰ ἀνθρώπων, καὶ παρὰ ποίων ἀγγέλων εἶτοι (leg. αὐτοὶ) οἱ δαίμονες καλαεχῦνλαι.

CCI. Libellus de throno Salomonis.

HAbuit & hunc Gaulminus, atque ejus meminit his verbis lib. 2. notarum ad librum de morte Moysis c. 9. p. 339. *Est apud Magos ἐπαοιδῆς incantationis species δεσμὸς Θεῶν seu vinculum Deorum seu Dæmonum dicta, cujus auctorem Salomonem Judæi perhibent. De illa multa diximus ad libellum de throno Salomonis, sive Æthiopicam fabulam, quam his diebus in venatione latinam fecimus. Antiquior Salomone Cainan illa ἐπαοιδῇ usus est ante diluvii tempora.* Æthiopicam fabulam vocat de Ægypti & Æthiopiæ Regina Nicaule, quam ad Salomonem venisse narrat etiam Josephus, quem vide VIII. 6. Antiquitat. p. 269 Adde quæ in hujus narratione reprehendit Bochartus in Chanaan II. 26. p. 154. seq. & varia de illa Regina filioque Salomonis Davide ex ea suscepto, primo Habessiniæ Rege commenta explosa a Natali Alexandro Hist. Eccles. V. T. ætate 5. c. 2. p. 123. edit. in fol. & 160. De throno Salomonis, ejus magnificentia & libris Magicis sub illo occultatis ne quis abuti illis posset, fabulas quasdam scripto-

†† Confer fabulam Judaicam de vermiculo *Schamir*, cujus ope templum Salomon exstruxerit, Buxtorfii Lexic. Talmud. p. 2456. Wagenseil. ad Sota p. 1073. Morin. Exercitatt. Bibl. p. 367. & Michael. ad Gaffarelli curiositates inauditas p. 62. 147.

rum Perſarum & Arabum refert Herbelotus in Bibl. Orientali p. 819. Judæorum D. Mayerus ὁ μαχαίρης in Muſeo miniſtri Eccleſiæ II. p. 48.

CCII. Libri Magici Salomoni tributi.

Alcoranus Surata ſive capite 2.

MUlti eorum qui legem ſcriptam noverant, illam miſſam fecerunt etiam tum, quando DEUS illis ad confirmandas Scripturas receptas ac probatas miſit Prophetam: Sed illi librum divinum poſt terga abjecere, & quaſi illum plane neſcirent, ſecuti ſunt quæ Dæmones docuerunt Regni Salomonis temporibus. Nec tamen in hoc Salomo ipſe peccavit, verum Dæmones peccarunt qui populum docuerunt Magiam, & Angeli duo Arot & Marot qui docuerunt Babylone. —— Ab illis populus didicit divortium viri ab uxore, odiique materiem. Damna intulerunt hominibus permittente Deo, & didicit ab iisdem populus minime utilia ſed perniciosiſsima, Magiam enim tradiderunt iis, qui partem quam habebant in paradiſo, pretio animæ ſuæ vendiderunt, quanquam probe ſcirent ſe peccare, & in Deum antea credidiſſent ejusque Majeſtatem reveriti fuiſſent. *Ad hæc verba Houſſain Vaet ſcriptor Arabs, laudatus Herbelote:* Dæmones hoſtes Soleimanis (*ita Salomonem appellant Arabes*) ſparſerunt in vulgus tractatus varios de ritibus ſacris & ſacerdotio Judaico, admixtis ſuperſtitionibus anilibus, & ex his libris hauſtam fuiſſe totam Soleimanis ſapientiam vulgo perſvadebant. Soleimam vero omnes iſtos libros

arcæ

arcæ incluſos ſub ſolio ſuo defodit, ne quis poſtea iis uteretur. Illo autem mortuo Dæmones, ſive illi magi fuerunt, erutos iterum libros Judæis reddebant, eosque ab ipſo Salomone fuiſſe compoſitos mentiebantur.

Gabriel Naudæus in Apologia pro viris doctis Magiæ falſo accuſatis cap. 15. p. 324. ſeq.

Qvoy qve l' on puiſſe accorder librement de Salomon ce qve j' en viens de dire, ſi eſt ce toutesfois qu'il faut bien prendre garde, de ne ſe tant emanciper què de paſſer outre, & croire trop legerement qv'il ayt voulu en aucune façon ſe divertir de ſes delices & voluptez pour compoſer cette qvantité de livres en Magie, qui ſe trouvent aujourd' huy publiez ſous ſon nom, laquelle eſt ſi grande veritablement. qu'il n' eſt beſoin de rien faire autre choſe pour monſtrer comme ils luy ſont fauſſement attribuez, que de dreſſer un catalogue de ceux la particulierement, qui ont eſte veus & citez par divers Autheurs: car encorque Genebrard a) ne face mention que de trois, & Pineda b) qve de qvatre ou cinq, ſi eſt ce neantmoins qv'il eſt facile de monſtrer qv'il y en a beaucoup d' avantage, ſi l' on veut prendre garde premierement qve Albert le Grand en cite cinq dans ſon Miroir d' Aſtrologie, le premier desquels ſe nomme *liber Almadal*, le 2. *liber quatuor annulorum*, le 3. *liber de novem candariis*, le 4. *de tribus figuris*

a) Libro. 1. Chronol. ad annum diluvii 1460.
b) De rebus Salomon. lib. 3. cap. 29.

figuris ſpirituum, & le 5. *de ſigillis ad dæmoniacos*, & que Tritheme c) fait mention de quatre autres, qui ſont intitulez, le premier, *Clavicula Salomonis ad filium Roboam*, le ſecond, *liber Lamené*, le troiſiesme, *liber pentaculorum*, & le quatriesme, *de officiis ſpirituum* auſquels ſi l'on adjouſte ces trois, ſçavoir celuy de Raziel cité par Reuchlin d), de umbris idearum duquel fait mention Chicus ſur la Sphere de Sacroboſco &c. *Confer infra p.* 1056.

CCIII. Clavis ſive clavicula, annulus, ſera, ſigilla, ſomnia Salomonis.

Alii libri nonnulli, eidem tributi.

FErtur in variis Bibliothecis liber MStus, Salomonis nomine, cujus & ipſe exemplum poſſideo, hoc titulo: *Clavicula Salomonis ſeu Occulta Occultorum, Orationes Semiforas* (Semhamforas) *Liber de ſecretis ſecretorum, ſeptem altitudines & de duodecim altitudinibus Salomonis.* Ad calcem libri leguntur hæc verba: *Explicit ſanctum Almadel Salomonis Regis de ſecretis ſecretorum & de XII. altitudinibus cœli, datis ab Angelo Salomoni Regi Jeruſalem, ſcriptum & com-*

c) Lib. 1. Antipaſi maleficiorum cap. 3.

d) Reuchlinus 1. de arte Cabbaliſtica p. 639. *Nolo addere librum Salomonis ſub nomine Razielis inſcriptum, quia eſt ſtilio Magica.* Idem de verbo mirifico lib. 1. c. 18. *Suſpendunt furciferi præ foribus Voluminum ſplendidos titulos, & modo hunc eſſe librum Enoch, quem divinatorem ante cæteros omnes vetuſtas aſſeruit, modo illum Salomonis mentiuntur, facile indoctis auribus irrepentes &c.*

completum per me Johannem de Flexia ſub anno Domini M CCCC XXXV. XXIII. menſis Februarii. Scriptum plenum videtur nugis canoris, & evocationes ſpirituum crepans, atque Magica promittens myſteria, verum ſub illis latet artificium ſteganographiæ. Confer Guſtavi Seleni ſive Auguſti, glorioſæ memoriæ Ducis Luneburg Cryptographiam & enodationem ſteganographiæ A. 1624. fol. Jo. Caramuelis a Lobkowitz declarationem & vindicationem ſteganographiæ Trithemii & claviculæ Salomonis Germani. Colon Agripp. 1635. 4. & Erneſti Heidelii, Wormatienſis ſteganographiam vindicatam, reſeratam & illuſtratam. Mogunt 1676. 4. Prodiit Clavis Salomonis ſub titulo Theoſophiæ Pnevmaticæ, Germanice A. 1626 4.

Tamen claviculam Salomonis, quemadmodum & Trithemii librum a multis inter Magica damnari contigit, e quibus unum juvat auſcultare Delrionem diſquiſit. Magic. lib. 2. c. 5. qv. 3. *Praetexunt etiam* Salomonis *auctoritatem, cujus quandam* Claviculam, (*quam egregie refutat Baptiſta Segnius lib. de vero ſtudio Chriſtiano c. 7.*) *& aliud* ingens volumen in ſeptem diſtinctum *obtrudunt, plenum ſacrificiis & incantationibus daemonum. Hunc librum Judei & Arabes in Hiſpania ſuis poſteris hereditario jure relinquebant, & per eum mira quadam atque incredibilia operabantur. Sed quotquot inveniri potuerunt exemplaria, juſtiſſime flammis inquiſitores Fidei concremarunt, & utinam ultimum exemplar nacti fuiſſent. Vix dubito aliquod in manus* Jo. Trithemii *incidiſſe, unde & partitionem & materiam ſuae* ſteganographiæ, *periculi & ſuperſtitionis plenisſimae acceperit* &c.

Gil-

Gilbertus Genebrardus in Chronologia ſua, ubi de Salomone: *Libri Salomoni impie attributi ſunt qui inſcribuntur* 1) *Salomonis incantationes*, 2) *Clavicula Salomonis* & 3) Annulus Salomonis. *Nam eorum primus aperte eſt ſceleratus. Medius continet elementa & inſtitutiones Magicas, eſtque velut clavis Magiæ ad Dæmones circulis, characteribus, variis figuris, cerimoniis & hujusmodi abſurditatibus illiciendos, etiamſi ita incipiat:* Initium & finis libri hujus eſt timere DEum. *Tertio doceri ajunt, quo pacto Dæmon in gemmam annuli accerſatur, & illigetur.* De annulo item *audio*, inquit Johannes de Pineda III. 29. * de rebus Salomonis p. 207. *nuperrime in plumbeo quodam Arabico libro, ex illis qui in Granatenſi* ** *monte ſancto inventi ſunt, hujusmodi rem ſcribi, Salomonem aliquando ad balneum ſe præparantem in Jordanis ripa pellicum precibus, annulum quendam, quo alligatam videbatur habere ſapientiam, digito exemiſſe: exemptum vero malo illarum dolo, & nihil minus quam ſapientem & ſanam mentem Salomoni volentium, conjectum in Jordanem: ſtupidum igitur & velut inertem, truncum, manſiſſe Salomonem. Poſtea vero piſcatorum opera ex ventre extracti piſcis, extracto annulo & Salomoni reſtituto, reſtitutam quoque illi ſapientiam fuiſſe.* Fabula conficta ex eo quod Salomo ope annuli ſui apud Joſephum in loco ſupra p. 1034. adducto, mira patraſſe legitur, unde ad eum deinde relata quæ de projecto annulo Polycratis, & in ventris piſce iterum reperto narrant Herodotus III. 41. ſeq. Strabo XIV. p. 638. Svidas in σμάραγδος, aliique.

Liber

* Prodiit opus Lugd. 1609. fol. & Moguntiæ 1613. fol.

** Vide ſupra p. 1015.

Liber ſub Salomonis nomine *de lapide minerali ſive Philoſophico* Decad. II. Harmoniæ Chymico Philoſophicæ, Johanne Rhenano collectore editæ Francof. 1625. 8. p. 309.

Sera Salomonis * dicitur a quibusdam ſyſtema annulorum pari vel impari numero cum dependentibus petiolis connexorum ſingulari ratione, quos rite jungere atque adeo claudere in ejusdem veluti ſeræ ambitu oblongo æneo, vel iterum disjungere atque aperire ſingularis eſt artificii, ad tempus fallendum excogitati. Zanck eiſen vel Nürnberger tandt etiam vulgo appellant. Modum illius expediendi oſtendit Stanislaus Solski S I. in Geometra atque Architecto Polono, Cracoviæ A. 1690. fol. patria lingua edito.

De *Sigillis Salomonis* ſive figuris Hexagonis, ſimilibus ſcuto Davidis quod ſupra p. 1007. exhibui, vide ſis Wagenſeilium in Sota p. 1074.

Somnia Salomonis & Danielis Prophetæ ſomniorum interpretationem Venetiis 1516 4. editam memorat Bartoloccius, & extat illa editio in Bibl. Bodlejana. Conſer quæ infra in Daniele, & quæ de libro R. Gedalia ben Jechija qui ſub titulo † משלי שלמה interpretationes ſomniorum literis conſignavit, docebit nos Clariſſimus Collega noſter Jo. Chriſtophorus Wolfius in Bibliotheca ſua Hebraica, quam cupide exſpectamus.

In decreto Gelaſiano quod refertur in Corpore Cano-

* Vide Acta Erud. T. I. ſupplementi p. 553.

† Alius liber eodem titulo hiſtoriolas ſive fabellas complexus neſcio quo auctore lucem vidit Conſtantinopoli A. 1517. 4.

Canonico distinct. XV. c. 3. *Scriptura quæ appellatur Contradictio Salomonis, Apocrypha.* Ait etiam Sixtus Senensis † ab eodem Gelasio rejici *Claviculam Salomonis*, sed eam in editionibus Decreti Gelasiani quas evolvi non reperi. Allegat sæpenumero, eodem Sixto notante, Ciccus Asculanus in Commentariis ad Sphæram Johannis de Sacrobosco librum quendam sub Salomonis nomine *de umbris Idearum*, in quo nomine appellationes, significationes ac definitiones axium, polorum, circulorum, atque aliarum Astronomicæ sphæræ partium, *ad explicanda magicæ impietatis* (Astrologiæ puta) *mysteria transferuntur.*

De libro מפתח שלמה sive *claricula* meminit R. Gedalia in Schalschelèth hakkabala p. 89. & R. Schabtai in Siphte Jeschinim, adjurationes Dæmonum in illo contineri testatus. Liber Zohar p. 8. & 15. habet aliqua ex libro Salomonis, quæ superstitioni proxima videntur Sgambato p. 314. Archivor. Vet. Test.

Omitto putidas de colloquio Salomonis cum Marcolfo fabellas, & quæ de Locmanno sapiente, Salomonis æquali alibi a me dicta sunt, quem cum Æsopo * atque hunc ob qualemcunque literarum in utroque nomine affinitatem cum Assapho nonnulli stultissime confundunt. De eorum vero sententia qui *librum Jobi* a Salomone conscriptum esse sibi persvasere, ita Vossius II. 3. de Idololatria: *Sane Salomoni tribuit Nazianzenus Orat. IX. ut censet ejus inter-*

† Lib. 2. Bibl. Sanctæ p. 131. Idem repetit e Sixto Possevinus T. 2. Apparatus sacri p. 377.

* Vide si placet quæ notavi in Bibliotheca Græca lib. 2. c. 9. §. 13.

interpres Nicetas, ac Olympiodorus præfat. catenæ ſuæ: imo & Polychronius in Jobi cap. XIII. (ſive XIX. 23.) P. 141. edit. Lugd. 1586. 4. *exaratum ait Moſis Salomonisve opera. Ac pro hac ſententia facere videtur, quod ab Hebræis in Bæva Bathra pereck primo, ubi Hagiographa recenſentur, primus quidem locus detur libro Ruth, quia ſub Judicibus vixerit, alter Pſalmis Davidis, qui ex Ruth natus, tertius Jobo tanquam æquali reginæ Sabæ, quartus ** Salomonis proverbiis, Eccleſiaſtæ ac Cantico Canticorum, atque ita porro. Eodem redit quod ab Athanaſio in Synopſi, Job Cantico Canticorum ſubjungitur, imo & in Concilio Laodiceno can. ult. & quibusdam Græcis† Bibliis vetuſta manu exaratis, quæ in Vaticana Roma adſervantur. In hoc diſſenſu libentius iis acceſſero, qui vel à Moſe ſcriptum cenſeant, vel antea à Jobo ipſo.*

CCIV. Salomo num Philoſophus Scepticus?

DE Salomonis ſapientia* contenti eſſe poteramus ſacris teſtimoniis Cohel. I. 13. & 16. & XII. 9. ſeq. 3. Reg. IV. 30-34. & 2. Paralip. I 12. Sed multa illis addiderunt interpretum curioſitas & vana Judæorum ac Muhamedanorum

** Quoniam Salomonis ſcripta Hagiographis ſemper accenſita ſunt, hinc Salomonem Prophetam fuiſſe negat Euſebius contra Marcellum f. 13. 14.

† Conſer Humfredum Hody de Bibliis Originalibus p. 644. ſeq

* Vidi Pinedam de rebus Salomonis libro III Toſtatum & alios ad 3 Reg. IV. B. D. Jo Ben Carpzovii diſſ de ſapientia Salomonis Lipſ. 1673. Theophili Galei philoſophiam generalem p. 22. ſeq.

rum, ne dicam Christianorum περιεργία. Itaque septuaginta linguarum peritum fuisse tradunt, perinde ut * Ægypti Reges ac Moysen & Josephum, † & intellexisse non modo sermones volucrum, besti-

* De Ægypti Regibus hæc ex libro Rabbinico de rebus a Moyse omissis affert Gaulminus de vita & morte Moysis p. 312. *Quicunque septuaginta linguas edoctus erat, totidem ille regii throni gradus ascendebat, ita ut Regi proximus staret cumque eo verba faceret: qui earum imperitus erat, pro illarum quas sciebat numero totidem ascendebat gradus. Esto vero qui omnes septuaginta non calleret, Regem esse non posse cautum fuit.* Monet me hæc de throno Regum Ægypti fabula, ut de throno Salomonis etiam lepidum Judæorum commentum attexam. Ajunt nimirum Salomone thronum suum conscendente, in singulis gradibus singulos stetisse præcones eique acclamasse, in primo quidem *Judicium ne inclinato*, in secundo *personam ne respicito*, in tertio *munus ne accipito*, in quarto *noli plantare lucum*, in quinto, *noli erigere statuam*, in sexto, *ne mactato bovem*. Confer Schickardi jus Regium Hebr. p. 243. seq. Considente autem Rege, columbam de throno provolasse auream, & arcam aperuisse atque ex ea protulisse Legem, Regique proposuisse ut secundam illam jus diceret. Tum leones duodecim in gradibus throni horrendum cœpisse rugire, ut nemo præsentium causam dicere jussus vera dissimulare vel simulare falsa auderet.

† Jalkut parte 2. fol. XXVIII. col. 2. ex laudati D. Carpzovii interpretatione: *Dicebant Ægyptii: num servus iste regnaret super nos? utique, regerabatur, per sapientiam suam. Quid faciebant illi sapientiam ejus exploraturi? Septuaginta diplomata septuaginta linguis scripta asserebant & deponebant coram eo, quorum unumquodque ille sua lingua legebat. Neque hoc tantum, sed præterea linguam adhuc loquebatur, quam nemo eorum percipere potuerat.*

beſtiarum, inſectorum ſed & dæmonum & ſtrigum, perſpectosque habuiſſe meatus ſubterraneos, tum neſcio quæ miranda & incredibilia potuiſſe efficere. Contra nuper vir acutus Hallenſibus Obſervationibus VIII. 13. ſingularem inſeruit diatribam, in qua contendit Jobum & Salomonem meros fuiſſe Scepticos, atque totius Eccleſiaſtæ Salomonei proram puppimque nihil eſſe aliud, quam *quod nihil ſcitur*. Vidi quæ illi ſententiæ in Salomone ſuo non ſceptico oppoſuit V C. Reinhardus Henricus Rollius. Sed ut ad Sextum Empiricum obſervo, anceps & lubricum eſt cum ſcepticis in arenam deſcendere. Nam ipſi non loquuntur ex animi ſui ſententia, & ubi eos premis urgesque, negant ſe eſſe ſcepticos, ubi demonſtras abſurditatem, jam dogmaticos ſe gerunt & negare res apertas infiriantur. Atque hoc ipſum affirmant eſſe ſceptici, negare ſe qvicquam comprehendere & tamen negare ſe de rebus certis dubitare. Quid itaque Salomon? Quid Jobus? Certe illi non duditabant de vitæ hnmanæ vanitate & miſeria, neqve de differentia inter ſapientiam ac ſtultitiam, pietatem & impietatem, piorum & impiorum pœnas ac præmia. Ac Salomon quidem ſcientia certa rerum plurimarum qvas perqviſiverat, inſtructus, & à DEO edoctus erat, ſed idem agnoſcebat in multis imbecillitatem humani ingenii ſibi permiſſi, ac DEum ducem reſpuentis. Si hoc eſt eſſe ſcepticum, relinqvitur ſolos ſapientes eſſe ſcepticos & ſolos ſcepticos ſapientes. Hoc ſcilicet eſt, qvod volunt illi, qvi non attendunt cum Vayero ſuo ſub iſto vocabulo lon-

ge alia aliorum ſe ingenii animique vitia ſuis rationibus propugnare δογματικῶς. Eſt quoq; dogmatici non ſceptici Philoſophi; contra totum orbem terrarum viros ſanctiſſimos rapere invitos in ſcepticorum conſortium, & non dubitare de hoc non eſſe dubitandum. Quod ſi ajunt aliter ſe ſceptici vocabulum accipere; atque idem hoc illis ſonare, qvod ſapientem Epicharmeum; cui nervi & artus prudentiæ ſunt non temere credere, tamen ſic qvoqve ipſimet dogmatici ſunt, atqve id probant ſcilicet, de quo nemo unquam ſanus niſi forte ſcepticus dubitavit. Dogmaticum qvoqve paradoxon eſt, vix ulli ſceptico perſvadendum, qvod in obſervationibus Hallenſibus T. I. p. 137. negatur Salomo de doctrina ſua unquam quicqvam ſcripſiſſe, & T. V. Obſerv. 13. contra communem Judaicæ & Chriſtianæ vetuſtioris, ac Proteſtantium omnium Eccleſiarum ſententiam, ſolidis argumentis nixam, auctor ſcriptorque libri Sapientiæ affirmatur fuiſſe Salomo, licet illa obſervatio tam pulchra viſa ſit Jeſuitis, ut eam veluti purpureum limbum Memoriis ſuis Trevoltinis A. 1705. p. 241. Gallice in compendium miſſam adtexuerint.

CCV. De Salomonis peccatis, pœna, pœnitentia & ſalute.

TArgum in Cohel. I. 12. *Cum Salomo Rex ſederet ſuper ſolium regni ſui, extulit ſe cor ejus valde ob divitias ſuas, & transgreſſus eſt verbum Domini,* 2) *colle-*

2) Conſer interpretes ad 3. Reg. XI. 4. ſeq. Pinedam de rebus Salo-

collegitque equos: & currus & equites quam plurimos, accumulavit etiam argentum & aurum abundanter, & contraxit affinitatem cum populis alienis. E vestigio invaluit ira Domini in eum, ac deturbavit eum de solio regni sui. Immisit in eum Aschmedai b) Regem Dæmoniorum, qui Salomonem detrusit de throno, atque abstulit de manibus annulum signatorium, hinc ivit vagus & exul per mundum, ad castigationem suam, circumambulans arces, regionem & oppida Israel, flendo & orando dicens: *Ego Ecclesiastes*, Salomonis nomine dictus antehac, *fui rex super Israel in Jerusalem.*

Beda in Judicio de Salomone T. VII. Opp. pag. extrema: *Quamvis peccasset Salomon, tamen egit pœnitentiam scribens proverbia, in quibus ait:* c) Novis-

 sime

Salomonis libro VII. Kircherum T. I. Oedipi p. 301. seq. ubi de Salomonis Idololatria; Hieron. Drexelii Salomonem fatuum ac flagitiosum, T. 2. Opp. & Jo. Zwingeri librum de Rege Salomone peccante ejusque peccata insecutis Dei pœnis Basil. 1699. 4.

b) Schickardus in Tarich p. 58 & Gregorius Michaëlis ad Gassarellum p. 61, qui *Aschmedai* ignem Medorum interpretatur.

c) Proverb. XXIV. 32. ὕστερον ἐγὼ μετενόησα, ἐπέβλεψα & ἐπλήξαμεν παιδείαν. Equidem haud obstante illo loco Tichonius Afer regula IV. *Non dicit scriptura pœnitentiam egisse Salomonem, aut recepisse sapientiam.* Quia tamen non negat illud eadem Scriptura, atque monitum jussu DEi Salomonem. & castigatum 3. Reg. XI. memorat, malo assentiri iis qui bene de eo sperant, cujus calamo Ecclesiam omnis ævi edoceri Deus voluit. Conser Gregorium Michaëlis libro laudato p. 67. seq. Rivetum Andr. T. 2. Operum p. 484. Jo. Lud. Reimeri. Salomonem bifrontem

pec-

sime ego egi pœnitentiam & respexi ubi eligerem disciplinam. —— *Ajunt libri Hebræorum Salomonem quinquies tractum fuisse per plateas Hierusalem, causa pœnitentiæ. Item ajunt eum venisse in templum quod ipse ædificaverat, cum quinque virgis, de quibus quatuor* (dedit) *legisperitis, ut verberaretur ab illis, qui communi dixerunt consilio, quod in Christum Domini manum non mitterent: unde frustratus ab illis, a se depositus est a regno.* Addunt Rabbini d) Solomonem scipione nixum ostiatim mendicasse, & in circulis & compitis Hierosolymorum clamasse: *Ego Salomon fui olim Rex super Israel.*

Pineda

peccantem & pœnitentem, atque de salute æterna Salomonis dissertationes singulares Calebi Dalechampii, B. Chrilliani Chemnitii, Jo. Henr. Heideggeri, D. Jo. Rendtorfii: quas oppones Philippi Harvengii Abbatis Bonæ Spei & Jo. Cognati Canonici Tornacensis diatribis Salomonem ad sempiternas flammas condemnantibus. Certe falsum est quod de Salomone legas in disputatione Gregentii cum Herbano Judæo p. 30. ἅπαντες καταϰριτὸν ἔχουσιν αὐτὸν, *omnes ipsum condemnatum habent.* Longe plurimi enim ut a viris modo laudatis & Pineda libro VIII. de rebus Salomonis demonstratum est, pœnitentiam egisse & Deo reconciliatum agnoscunt, non modo ex Christianis, sed e Judæis quoque, de quibus confer Sis Christoph. Cartwrighti mellificium Hebraicum IV. 4. non itaque opus est cum eodem Gregentio p. 31 salutem Salomonis arcessere exinde, quod Christus ad inferos delatus manum ei porrexisset atque in salutem eum asseruisset. εἰ μὴ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὅτε σταυρωθεὶς καὶ θανὼν κατέβη εἰς τὸν ᾅδην, χεῖρα αὐτῷ σωτηρίας ἔδωκεν, οὐκ ἔχεν ἰδεῖν. *Et nisi Dominus noster JEsus Christus, cum crucifixus & mortuus ad inferos descendit, ei manum salutarem dedisset, nihil omnino haberet.*

d) Confer Natalem Alex. in Hist. Eccles. Veteris Test. p. 123.

Pineda VIII. 2. de rebus Salomonis p. 766. ex libris Arabicis Granatenſibus e) A. 1587. repertis ſed parum certæ fidei profert hoc de pœnitentia ejus teſtimonium: *Et flevit ſcelus ſuum fletu vehementi, & condonatum eſt illi, & obiit fidelis & ſecurus.*

CCVI. Davidis & Salomonis ſepulchra.

Flavius Joſephus VII. 12. Antiquitatum Judaic.

Ἔθαψε. δὲ αὐτὸν ὁ παῖς σολομὼν ἐν ἱεροσολύμοις λαμπρῶς, τοῖς τε ἄλλοις οἷς περὶ κηδείαν νομίζεται βασιλικὴν ἅπασι, καὶ δὴ καὶ πλοῦτον αὐτῷ πολλὴν καὶ ἄφθονον συνεκήδευσεν, ὧν τὴν ὑπερβολὴν τεκμήρασθαι ἄν τις ῥᾳδίως ἐκ τῶν λεχθησομένων. μετὰ δὲ χρόνον ἐτῶν χιλίων καὶ τριακοσίων, ὑρκανῶ ὁ ἀρχιερεὺς, πολιορκουμένῳ ὑπὸ ἀντιόχου τοῦ εὐσεβοῦς ἐπικληθέντος, ἧς ἦ δημηγρίας, βουλομένῳ χρήματα αὐτῷ δοῦναι, ὑπὲρ τοῦ λῦσαι τὴν πολιορκίαν, καὶ

SEpelivit autem Davidem filius Solomon Hieroſolymis magnifice, præter ſolennia illa in Regum funeribus, illatis etiam in monumentum ejus maximis divitiis, quarum magnitudinem facile ſit conjectare ex hoc, quod dicemus. Nam poſt annos mille & trecentos Hyrcanus pontifex oppugnatus ab Antiocho, cognomine Pio, Demetrii filio, volens pecuniam ei dare, ut, abducto exercitu, obſidionem ſolveret, nec valens aliunde ſumere,

e) De his dictum ſupra p. 1015. 1054.

τὴν ϛρατιὰν ἀπαγαγεῖν, καὶ ἀλλαχόθεν μὴ ἐυπορῶν, ἀνοίξας οἶκον τῶν Δαβίδ μνημάτων, καὶ βασάσας ϛρισχίλια τάλαντα μέρος ἔδωκεν Ἀντιόχῳ, καὶ διέλυσεν ὕτως τὴν πολιορκίαν. καθὼς καὶ ἐν ἄλλῳ δεδηλώκαμεν. μεθ' ὃν ἔτων, ἐτῶν πολλῶν διαγενομένων, πάλιν ἡρώδης ὁ βασιλεὺς, ἕτερον ἀνοίξας οἶκον, ἀνείλετο χρήματα πολλά, ἀλλ' οὐ μὴν τοί γε θήκας τῶν βασιλέων αὐτῶν ἐπέτυχεν. ἦσαν γὰρ ὑπὸ τὴν γῆν μηχανικῶς κεκρυμμέναι πρὸς τὸ μὴ φανερὰς εἶναι τοῖς εἰς τὸ μνῆμα εἰσιοῦσιν.

aperta cella monumenti Davidis, * & prolatis inde tribus talentorum millibus, eorumque parte Antiocho numerata, oppugnationis periculo se exemit, sicut & alibi indicavimus. Ac rursum post multos annos elapsos Herodes rex, alia cella aperta, magnam pecuniam sustulit. Ad loculos tamen, qui regum cineres continent, neuter eorum pervenit. Singulari enim arte ita erant sub terram conditi, ut ab ingredientibus monumentum inveniri nequiret.

Idem lib. XVI. c. 11.

Ὁ γὰρ ἡρώδης πολλοῖς τοῖς ἀναλώμασιν, εἴς τε τὰς

Herodes multum pecuniarum domi foris-

τὰς

* Similiter Nitocridis. ut Herodotus lib. I. c. 187. sive ut Stobæus serm. 10. tradit, Semiramidis Reginæ sepulchrum, magnam ex eo pecuniæ vim petiturus aperuit Darius, licet nihil in eo reperit præter exprobrationem suæ avaritiæ. Ob eandem caussam sed itidem incassum Beli tumulum aperuit Xerxes, Ælian. XIII. 3. Var.

ταὶς ἔξω, καὶ ταὶς ἐν τῇ βασιλείᾳ χρώμενος, ἀκηκοὼς ἔτι ταχιον ὡς ὑρκανὸς ὁ πρὸ αὐτοῦ βασιλευς, ἀνοίξας τὸν δαβίδ τάφον ἀργυρίᾳ λαβοι, τριχίλια τάλαντα, κειμήλιων πολὺ πλειόνων. καὶ ἔτι δυναμένων ὡς ἅπαν ἐπαρκέσαι ταῖς χορηγίαις, ἐπὶ πλείονος μὲν δι ἐννοίας εἶχεν τὴν ἐπιχείρησιν. ἐν ᾧ τῷ τότε νυκτὸς ἀνοίξας τὸν τάφον, εἰσέρχεται πραγματευσάμενος ἥκιστα μὲν ἐν τῇ πόλει φανερῶς εἶναι, παρειλημμένος ἢ τοὺς πιστοτάτους τῶν φίλων. ἀποθέσιμα μὲν δὴ χρήματα καθάπερ ὑρκανὸς, οὐχ εὗρεν, κόσμον ἢ χρυσοῦ. καὶ κειμηλίων πολὺν, ὃν ἀνείλατο πάντα· σπουδὴν δ' εἶχεν, ἐπιμελεστέραν ποιούμενος τὴν ἔρευναν, ἐνδοτέρω τε χωρεῖν, καὶ καθ' ὰς θήκας, ἐν αἷς ἦν τὰ δαβίδ, καὶ τὰ σολομῶνος τὰ σώματα. καὶ δύο μὲν αὐτῶν τῶν δορυφόρων διαφθαρῆναι,

que profundens, audito, quod Hyrcanus, qui ante eum regnavit, recluso Davidis sepulcro tria millia talentorum argenti extulisset, superesseque multo plura, quæ possint quantumvis magnis sumptibus sufficere, multo tempore animum habuit idem aggredi. Tunc vero noctu apertum sepulcrum ingreditur, cum prius accurate cavisset, ne hoc resciret populus, assumptis tantum amicorum fidissimis. Depositas tamen pecunias non invenit sicut Hyrcanus, sed mundi pretiosi & aureorum ornamentorum vim magnam inde sustulit. His invitatus ad diligentius scrutandum, interius processit usque ad conditoria corporum Solomonis ac Davidis. Ubi duos satellites amisit, erumpente (ut fertur) exady-

φλογὸς ἔνδοθεν εἰσιοῦσιν ἀπαντώσης, ὡς ἐλέγετο. περίφοβος δὲ αὐτὸς ἐξῆει, καὶ δέος ἱλαστήριον μνῆμα λευκῆς πέτρας ἐπὶ τῷ τοιούτῳ καταστευάσατο πολυτελὲς τῇ δαπάνῃ. ταῦτα καὶ νικόλαος ὁ κατ' αὐτὸν ἱστοριογράφος μεμνῆται δὲ καταστευάσματος, οὐ μὴν ὅτι καθῆλθεν, οὐκ εὐπρεπῆ τὴν πρᾶξιν ἐπισάμενος. ἀμελεῖ δὲ καὶ τἄλλα ἕκαστον τὸν τρόπον χρώμενος τῇ γραφῇ. ζῶντι μὲν ἐν τῇ βασιλείᾳ, καὶ σὺν αὐτῷ μεχαριζόμενος ἐκείνῳ, καὶ καθ' ὑπηρεσίαν ἀνέγραφεν. μόνον ἁπτόμενος τῶν πρὸς εὔκλειαν αὐτῷ φερόντων.

tis flamma contra progressos temere. Quo casu territus exivit, & tactus religione, ad expiandum se in aditu sepulcri, monumentum e candido marmore condidit sumptuosissimis impendiis. Ejus operis & Nicolaus illius temporis scriptor meminit, sed non item de descensu regis, præter decorum id factum existimans: idque more suo fecit. Vivi enim regis hæc auribus dedit, captans gratiam, & ea tantum attingens, quæ ad gloriam illius pertinere visa sunt.

Idem lib. I de bello Judaico p. 711.

Ἀντίοχος δὲ καθ' ὀργὴν ὧν ὑπὸ σίμωνος ἔπαθε, στρατεύσας εἰς τὴν ἰουδαίαν, ἐπολιόρκει τὸν ὑρκανὸν προσκαθεζόμενος τοῖς ἱεροσολύμοις. ὁ δὲ τὸν δαυΐδου τάφον ἀνοίξας, ὃς δὴ πλουσιώτατος

Antiochus autem ob ea, quæ per Simonem passus fuerat, iratus in Judæam ducit exercitum: ibique assidens Hierosolymis, Hircanum obsidebat. Ille autem patefacto sepul-

βασι-

βασιλέων ἐγένετο, καὶ ἀνελόμενος ὑπὲρ τρισχίλια τάλαντα χρημάτων, τόν τε ἀντίοχον ἀπανίσησι τῆς πολιορκίας, πείσας τριακοσίοις ταλάντοις, καὶ δὴ καὶ ξενοτροφεῖν πρῶτος Ἰουδαίων ἐκ τῆς οὐσίας ἤρξατο.

chro David, qui regum ditissimus fuerat, ablatisque inde pecuniæ plus quam tribus millibus talentorum, & Antiocho persuasit, datis ei trecentis talentis ab obsidione discedere, primusque Judæorum privatis opibus alere peregrina cœpit auxilia.

Dio Cassius lib. LXIX. Historiæ Rom. ubi de Judæis ab Hadriano Imp. gravi clade affectis p. 794.

Τῶν τε δὴ λιμῷ καὶ νόσῳ καὶ πυρὶ φθαρέντων τὸ πλῆθος ἀνεξερεύνητον ἦν, ὥστε πᾶσαν ὀλίγου δεῖν τὴν Ἰουδαίαν ἐρημωθῆναι, καθάπερ καὶ πρὸ τοῦ πολέμου αὐτοῖς προεδείχθη. Τὸ γὰρ μνημεῖον τοῦ Σολομῶντος, ὃ ἐν τοῖς σεβασμίοις ἔτοι ἄγουσι, ἀπὸ ταυτομάτου διελύθη τε καὶ συνέπεσε, καὶ λύκοι ὑαιναί τε πολλαὶ εἰς τὰς πόλεις αὐτῶν ἐσέπιπτον ὠρυόμεναι.

Eorum qui fame morbo & igni interierunt, infinita fuit multitudo, ita ut omnis pæne Judæa deserta relicta fuerit. Id eis ante quam bellum gereretur, fuerat denunciatum ex eo, quod monumentum Salomonis, quod illi summa reverentia colunt, sua sponte dissolutum corruerat, quodque lupi & hyænæ multæ in urbes eorum, rugientes atque ululantes introierant.

Ben-

*Benjamin * Tudelenſis in Itinerario.*

Ambiunt Jeroſolyma montes magni: in Tſionis autem monte, familiæ Davidicæ extant ſepulchra, regumque qui poſt eum regnarunt; ſed locus ignotus eſt. Etenim quindecim jam ſunt anni, ex quo fani illius montis Tſionis murus aliquis corruit; ideoque Patriarcha ſacerdoti præcepit, ut fanum iſtud reſtauraret: hæc addens, Deſume lapides ex antiquo Tſionis muro, iis fanum inſtaura.

* Scripſit hic Benjamin tempore Papæ Alexandri tertii & Imperante CPoli Emanuele Comneno A. C. 1173. Qui vero ejus itinerarium legerit, videbit verum eſſe quod Clariſſ. Wagenſeilius in telis igneis Satanæ retuſis p. 374. notat eum in rebus quæ ad gloriam Gentis ſuæ attinent narrandis, non eſſe magna fide dignum, ſed ad veritatis usque corruptionem ſtudioſiſſimum. Conſer B. Theophili Spizelii elevationem relationis Montezinianæ p. 27. ſeq. Itaque & hæc de ſepulchro Davidis narratio fabulam Judaicam ſapere viſa eſt magni judicii viris D. Martino Geiero lib. de luctu Hebræorum c. 6. §. 9. & D. Jo. Benedicto Carpzovio ad Schickardi Jus regium Hebræorum p. 210. Quanquam ex verbis Petri Apoſtoli Actor. II. 29. conſtat, Davidis μνῆμα ſive monumentum ſepulchrale Hieroſolymis celebre olim extitiſſe, unde Hieronymus Epiſt. 17. Marcellam hortatur in Davidis ſecum orare Mauſoleo. Et Gregentius in diſp. cum Herbano Judeo p. 31. ἀκοῦσον οὖν ἔστι τὸ Δαβὶδ ἐν τῇ παλαιστίνῃ, καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν τῷ μνήματι; Alia de ſepulchro Davidis & Salomonis notarunt Pineda VIII. 3. de rebus Salomonis p. 771- 772. ubi monumenti ſubterranei ichnographia à Sebaſtiano Serlio tradita: Conſer Hottingeri cippos Hebraicos p. 24 ſeq Johannem Nicolai de ſepulchris Hebræorum III. 9. p. 160. ſeq. Villalpandum ad Ezechielem T. 1. p. 555. & T. 3. p. 195. Baronium ad A. C. 34. n. 245. &c.

ſtaura. Itaque hic paruit, & operarios pervulgata mercede viginti ferme conduxit, qui lapides e fundamento muri Tſionii eruerunt. Inter hos fuerunt duo amici, fœderis tenaces: quorum cum unus die quodam alterum convivio excepisſet, ſumptoque cibo ambo ad opus rediiſſent; dixit ipſis præfectus, Quare diſtuliſtis adventum? tum reſponderunt, quid iſtuc ad ipſum attineret: qua hora ſocii noſtri ibunt pranſum, nos opus noſtrum perficiemus. In educendis igitur lapidibus, erecto quodam ſaxo ſpeluncæ oſtium repererunt: unde eorum alter alterum alloquutus dixit, Ingreſſi num hic pecunia lateat videamus. Quocirca per ſpeluncæ introitum eousque perrexerunt, donec ad magnum quoddam palatium pervenirent, columnis marmoreis inædificatum, argento auroque obductum: in cujus conſpectu menſa erat & ſceptrum aureum, una cum aurea corona. Quod fuit ſepulchrum Davidis regis Iſraelis. Ad ſiniſtram aliud Salomonis; ſimiliterque omnium regum ſepulchra qui iſtic e ſtirpe Judaica ſepulti fuerunt. Ibidem arcæ clauſæ, in quibus quid contineatur, nemo novit. Qvum vero duo illi viri palatium ingredi vellent, ecce ex antri oſtio ventus turbineus ita eos proſtravit, ut in terram delapſi mortuorum inſtar ibi ad veſperam usque jacerent: qvum exortus alius ventus inſtar vocis humanæ clamaret, Surgentes faceſſite hinc. Qvapropter egreſſi ac inde expulſi & attoniti, ad Patriarcham ſe receperunt: cui omnia enarrarunt. Unde Patriarcha Conſtantinopolim literas miſit, quibus D. Abrahamum

pium

pium Phariſæum (unum ex iis qvi Hieroſolymorum ruinam lugerent) ad ſe evocaret. Iſti cum omnia ex ore duorum illorum expoſuiſſet, qui inde venerant; hoc tulit a D. Abrahamo reſponſum; illa eſſe familiæ Davidicæ ſepulchra, in uſum eorum regum qui ex Juda genus ducerent. Poſtridie cum ad duos illos quidam miſſi fuiſſent, utrumqve in lecto ſuo deprehenderunt decumbentem, ac cum pavore dicentem; Eo non revertemur, quia Deo non libet ulli homini iſtum locum oſtendere. Præcepit ergo Patriarcha, ut locus iſte occluderetur, & ab hominibus ad hunc usque diem occultaretur. Ipſe Abraham Pius omnia hæc mihi narravit.

CCVII. Oraculum parentibus ELIÆ & de Eliſæo redditum.

Chronicon Paſchale p. 161.

Ἠλίας ὁ Θεσβίτης.

Οὗτος ἦν ἐκ γῆς Ἀραβων, φυλῆς Ἀαρων, οἰκῶν Γαλααδ· ὅτι ἡ Θεσβὶς δῶμα ἦν τοῖς Ἱερεῦσιν. Οὗτος ὅταν ἔμελλεν γεχθῆναι, εἶδεν Σβαχὰ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, ὅτι ἄγγελοι λευκοφανεῖς αὐτὸν προσηγόρευον, καὶ ὅτι ἐν πυρὶ αὐτὸν ἐσπαργάνων, καὶ φλόγα πυρὸς

Elias Thesbites.

HIc erat ex terra Arabum, de tribu Aaron, habitans Galaad: nam Thesbis Sacerdotum habitatio erat. Cum is naſciturus eſſet, vidit Sbacha, ejus pater, ab Angelis candidatis illum conſalutari, & in igne faſciis involui, ac ignis flam-

ſi-

ἐδίδου αὐτῷ φαγεῖν. Καὶ ἐλθὼν, ἀνήγγειλεν εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ χρησμός. Μὴ φοβηθῇς, ἔσται γὰρ ἡ οἴκησις αὐτῷ φῶς, καὶ ὁ λόγος αὐτῷ ἀπόφασις· καὶ κρινεῖ τὸν Ἰσραὴλ ἐν ῥομφαίᾳ καὶ πυρί.

mam comedendam ei porrigi, profectusque hæc nunciavit in Hierusalem, eique dixit Oraculum: *Ne timeas, erit illi habitatio lux, & sermo ejus sententia, & judicabit Israel in romphæa & igni.*

Εἰς τὸν Ἐλισσαῖον.

Οὗτος ὁ Ἐλισσαῖος ἦν ἐξ Ἀβελμαοὺλ, γῆς δὲ Ῥουβήν. Καὶ ἐπὶ τούτου γέγονε τέρας, ὅτι ἡνίκα ἐτέχθη, ἐν Γαλγαίλοις ἡ δάμαλις ἡ χρυσῆ ὀξὺ ἐβόησεν, ὥστε ἀκουσθῆναι εἰς Ἱερουσαλήμ. Ὃς καθελεῖ τὰ γλυπτὰ αὐτῶν, καὶ τὰ χωνευτὰ αὐτῶν. Καὶ θανὼν ἐτάφη ἐν Σαμαρείᾳ.

De Elisæo.

Erat hic Elisæus ex Abelmaul, terra Ruben. In eo vero miraculum istud factum est. Cum in lucem editus est, in Galgalis aurea bucula acutam vocem edidit, adeo ut audiretur in Hierusalem: *Hic destruet sculpta illorum, & fusa illorum simulacra.* Mortuusque in Samaria sepultus est.

Eadem fere habet Epiphanius libro de vitis Prophetarum, qui de aliis etiam Prophetis una cum Chronici auctore conferendus, quemadmodum & pseudo Dorothei liber, & Svidas. Etiam auctorem MS. de XVI. Prophetis, allegat Cangius ad Chron. Paschale p. 507. & Simeonem Logothetam in Chronico MS. Porro de rebus Eliæ Prophetæ, singulare exstat volumen paginarum 400. Paris.

Pariſ. 1631. 4. prodromus vaſti operis quod paravit Ægidius Camartus, Ordinis Minimorum Generalis. Eliæ ſpeluncam & aram memorat Benjamin Tudelenſis in itinerario p. 64.

CCVIII. ELIÆ Apocalypſis.

B. Hieronymus Epiſtola centeſima prima ad Pammachium, cum adduxiſſet verba Pauli Apoſtoli 1. Cor. II. 9. ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. *Quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit quæ præparavit Deus iis qui diligunt illum*, hæc ſubjungit: *Solent hoc loco Apocryphorum quidam deliramenta ſectari, & dicere quod de Apocalypſi Eliæ* * *teſtimonium ſumtum ſit, cum in Eſaia*

* Origenes Homil. ult. in Matth. XXVII. 9. *in nullo regulari libro poſitum* illum locum ait, *niſi in ſecreto Eliæ.* Quod ex Origene repetit Zacharias Chryſopolitanus, Harmoniæ Evangelicæ cap. 166. T. 19. Bibl. Patrum p. 937. Ἐκ τῶν Ἠλίου ἀποκρύφων petitam eſſe ſcribit etiam Georgius Syncellus p. 27. Idem annotatum in veteri Codice membranaceo refert Clariſſ. Montfauconus Diarii Italici p. 212. atq; in alibi duobus Regis Chriſtianiſſimi 607. & 1523. quorum meminit Cotelerius ad Patres Apoſtolicos T. 1. p. 347. Prophetæ tribuitur etiam in homilia S. Maximi, quæ inter Ambroſianas legitur. Atque ideo fortaſſis illud teſtimonium, ut ex Apocrypho petitum libro contemſit Hegeſippus, de quo Gobarus apud Photium Cod. 232. p. 472. Ἡγήσιππος μέντοι ἀρχαῖός τε ἀνὴρ καὶ Ἀποστολικὸς ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν ὑπομνημάτων, οὐκ οἶδ' ὅ, τι

Esaiæ * *juxta Hebraicum ita legatur: A seculo non audierunt* † *neque auribus perceperunt.* Idem Hieronymus lib. XVII. in Esaiam, ad hæc ipsa Prophetæ verba: *Paraphrasin hujus testimonii quasi Hebræus ex Hebræis assumit Apostolus Paulus de authenticis libris, in Epistola quam scribit ad Corinthios, non verbum ex verbo reddens, quod facere omnino contemnit, sed sensuum exprimens veritatem, quibus utitur ad id quod voluit roborandum. Unde Apocryphorum deliramenta conticeant,*

quæ

ὅ, τι καὶ παθὼν, μάτην μὲν εἰρῆσθαι ταῦτα λέγει καὶ καταψεύσεσθαι τὰς ταῦτα φαμένας τῶν τε θείων γραφῶν, καὶ τοῦ Κυρίου λέγοντος, (Matth. XIII. 16.) μακάριοι οἱ ὀφθαλμοὶ ὑμῶν οἱ βλέποντες, καὶ τὰ ὦτα ὑμῶν τὰ ἀκούοντα, Sive potius negavit illud Hegesippus jam urgeri adhuc posse post Messiæ adventum.

* Esaiæ LXIV. 4. Cæterum miror judicium Grotii ad Matth. XXVII. 9. scribentis quod locum ab Elia mutuatus sit Esaias.

† Empedocles apud Plutarchum lib. de Poetis audiendis p. 12.

—— ὅτ' ἐπιδερκιὰς ἀνδράσιν, ὅτ' ἐπακουὰς
Οὔς τε νόῳ ἁφικταί —— ——

Grot. —— *Audiri nequeunt, nequeuntque videri Illa, negant & mente capi.* —— ——

Clemens Rom. I. ad Corinthios c. 34. λέγει γάρ. Ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσεν, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ὅσα ἡτοίμασεν τοῖς ὑπομένουσιν αὐτόν. Epistola 2. Clementi tributa sub extremum: ἐὰν οὖν ποιήσωμεν τὴν δικαιοσύνην ἐναντίον τοῦ Θεοῦ, εἰσήξομεν εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ καὶ λημψόμεθα τὰς ἐπαγγελίας ἃς οὖς οὐκ ἤκουσεν, οὐδὲ ὀφθαλμὸς εἶδεν, οὐδὲ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη.

quæ ex occasione hujus testimonii ingeruntur Ecclesiæ CHristi. De quibus vere dici potest † qvod sedeat Diabolus in insidiis cum divitibus in Apocryphis, ut interficiat innocentem. *Et iterum* : * Insidiatur in Apocrypho qvasi leo in spelunca sua, insidiatur ut rapiat pauperem. *Ascensio enim Esaiæ & Apocalypsis Eliæ hoc habet testimonium.* (Qvam Apocalypsin Eliæ vocat Hieronymus, Anastasio Bibliothecario in latina versione Stichometriæ Nicephorianæ dicitur Eliæ Prophetia.)

Loca Constitutionum Apostolicarum, Athanasii in Synopsi & Nicephori qvi in Stichometria opus Eliæ Apocryphum versuum 316. (ita leg. non 3016.) commemorat, habes supra pag. 221. 402. 403. Eupolemus ἔν τινι περὶ τῆς Ἠλίου προφητείας allegatur ab Eusebio IX, 30. præparationis Evangelicæ.

CX.

S. Epiphanius hæresi XLII. T. I. Opp. p. 372. transtans locum Ephes. V. 4. Ideo dicit : Surge qui dormis.

Πόθεν τῷ Ἀποστόλῳ τὸ διὸ καὶ λέγει; ἀλλὰ ἀπὸ τῆς παλαιᾶς δῆλον Διαθήκης. Τοῦτο δὲ ἐμφέρεται ἐν τῷ Ἠλίᾳ.

Undenam illa verba, *ideo dixit*, depromsit Apostolus? Non aliunde utique quam ex Testamento Vetere. Hæc enim apud Eliam ** leguntur.

CCIX.

† Ex Psal X. v. 8.
* Id v 9
** Alii putarunt depromtum esse ex Apocryphis Jeremiæ. Vide quæ infra in Jeremia.

CCIX. ELIAS ſingularum ætatum acta conſcribens. Ejus Epiſtola poſt raptum in cœlos miſſa ad Joramum Regem.

Seder Olam Rabba cap. 17. p. 45. 46.

ANno Achaſiæ ſecundo reconditus eſt Elias, neque comparebit donec veniat Meſſias. Tum enim apparebit, & ſecundo recondetur, neqve videbitur, donec prodeat Gog & Magog. Nunc interim ſingularum ætatum negotia & acta conſcribit. - - Joramo allatæ ſunt literæ ab Elia, cum ſeptem jam anni effluxerant ex qvo Elias reconditus non amplius viſus erat.

R. David Kimchi ad 2. Chron. XXI. 12.*

Et venit ad eum Epiſtola Eliæ Prophetæ) Accidit hoc poſtqvam aſcendit Elias. At revelatum ſibi per ſpiritum Prophetiæ (de impietate Jorami) commiſerat cuidam Prophetarum, ejusque ori indiderat verba Epiſtolæ hujus, præcipiens ut ea in literas redigeret, easque Joramo afferret, nunciaretqve has literas mittere ei Eliam: Ut videlicet Joramus in eam induceretur cogitationem, ac ſi literæ hæ miſſæ ei ſint de cœlo, atque ſic humiliaret cor ſuum, & malum qvod fecerat maximum agnoſceret.

* Matthias Frid. Beckius ad Targum libri 2. Chronicorum p. 207.

Hanc Kimchii expoſitionem amplecti mavult Jo. Meyerus in notis ad Seder Olam p. 919. quam cum Cajetano, Piſcatore & Ligfooto (T. 1 Opp. p. 85.) *alium juniorem Eliam ſtatuere, vel cum Calviſio, Eliæ loco ſubſtituere Eliſam, vel cum B. D. Mich. Walthero & aliis prolepſin ſeu anticipationem hiſtoricam ſuſpicari. Placet illa Kimchii ſententia etiam Emanueli Sa, Torniello in Annalibus, Hieronymo Drexelio in Trismegiſto &c. Vide Jo. Euſebium Nierembergium lib. IX. cap. 18. de Origine S. Scripturæ, Eliæ Ehingeri Hiſtoriam Eccleſiaſticam Sæculi XV. p. 596. & Rev. D. Joannis Andreæ Schmidii diſſ. de libris & Epiſtolis cælo & inferno delatis, Helmſt. 1704. Herm. Wiſſium T. I. Miſcell. p. 234.*

CCX. Elias auctor Eremitarum Carmelitarumque, & Sophorum Perſicorum.

VUlgatiſſimum eſt Eliam venditari pro auctore vitæ Eremiticæ, & qui exemplo ſuo atque inſtituto, Carmelitis quem inde ordinem Elianum appellant, præiverit. Vide Sirmundum ad Sidonium p. 249. Roſweidum ad vitam Pauli, primi Eremitæ (qui circa A. C. 251. deſertum ingreſſus eſt) p. 14. Martinum Antonium Alegre de Caſanate in Paradiſo Carmelitici decoris, Joh. de Silveira in Opuſculis variis, aliosque. Quanquam Ordinem Carmeliticum ſeculo demum poſt natum CHriſtum duodecimo conditum eſſe probarunt Baronius ad A. C. 1181. & noviſſime Papebrochius, multis ambo Carmelitarum conviciis & calumniis inde petiti ac proſciſſi. Etiam auſtera

auſtera Sophorum * Perſicorum ſecta origines ſuas ab Elia repetit, uti ex Gazophylacio linguæ Perſarum P. Angeli a S. Joſeph, Carmelitæ excalceati notavit ** Petrus Bælius.

CCXI. Elias Artiſta ſive Chymicus.

QUemadmodum adventum Eliæ incaſſum præſtolantur † Judæi, ita Chymici quoque

* *Sonfy*, Vide de illa ſecta Jo. Chardini deſcriprionem Perſiæ T. 5. p. 1556. ſeq.

** Nouvelles de la Rep. des Lettres A. 1684. Mars p. 71. *Il rapporte auſſi que le fameux Derviſe Moc-Heles Chef des Sophis a Iſpahan ſoutenoit fermement que leur Origine venoit du Carmel, & d'Elie. Il dit en un autre endroit qu'il y a en Perſe pluſieurs Stations, & pluſieurs Chapelles conſacrées par les Mahometans a la memoire du Prophete S. Elie. Voila qui eut pû entrer dans les Theſes que les Carmes firent ſoutenir à Beziers il y a deux ans, & qui ſont ſi curieuſes, que nous pourrons bien un jour en faire part au public, car on n'en trouble plus.*

† Vide Lightfootum ad Matth. XVII. 10. Cæterum Eliam ante diem extremum adhuc exſpectare juſſerunt etiam plerique ex veteribus Chriſtianis, ut Juſtinus Martyr dialogo cum Tryphone p. 268. & Epiphanius in vitis Prophetarum, ubi de Elia: ὃς πάλιν ἐλεύσεται πρὸ τῆς συντελείας. Nimirum & locum Apocalypſ. XI. 3 huc traxerunt, de quo dixi ad Evangelium pſeudo Nicodemi cap. 25. & præterea putarunt promiſſionem Malachiæ IV. 5. non totam impletam in Johanne baptiſta, ſed uti Johannes fuerit præcurſor primi adventus CHriſti in carnem, ita Eliam ipſum Thesbitem rediturum ante alteram illam magnam diem Domini, ſive adventum ſecundum, ad judicium, quia LXX in Græca verſione habent: ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστελῶ ὑμῖν Ηλίαν

Eliam perfectum artiſtam a Theophraſto Paracelſo promiſſum fruſtra exſpectant exſpectabuntque. Vide Obſervationes ſelectas Hallenſes VI. 23. Nempe ſolenne eſt iisdem Judæis, quos videtur Paracelſus in hoc imitatus eſſe, quoties res difficiles & nodi inextricabiles incidunt, dicere id eſſe relinqvendum עד שיבא אליהו *donec venerit Elias.* Vel ὅταν ἔλθῃ ἐκεῖνος, ἀναγγελεῖ ἡμῖν πάντα Joh. IV. 25.

CCXII.

λίαν τὸν Θεσβίτην. At enim additum vocabulum Θεσβίτης nihil addit rei ipſi & ſententiæ, ut probe notant If. Voſſius Appendice de LXX. Interpretibus p. 108. Nam promittitur illis verbis qui futurus ſit velut alter Elias, & ſpiritu atque Zelo Eliæ Thesbitæ incedens, non Elias ipſe Thesbita, quem ſe eſſe, vere etiam negavit quærentibus Johannes Joh. I. 21. tunc forte neſciens adhuc ipſe quod eſſet Elias ille alter, quem venturum Malachias prædixit. Certe hoc credibilius, quam quod Tryphon apud Juſtinum Martyrem p. 226. Meſſiam nec ſibi ipſi nec aliis cognitum futurum ait, donec veniens Elias ipſum unxerit & omnibus prodiderit. Χριστὸς ὁ εἰ καὶ γεγένηται καὶ ἔστι πῦ, ἄγνωστός ἐστι καὶ αὐτὸς πω ἑαυτὸν ἐπίσταται δὲ ἔχει δύναμίν τινα, μέχρις ἂν ἐλθὼν Ἠλίας χρίσῃ αὐτὸν καὶ φανερὸν πᾶσι ποιήσῃ. Johannem baptiſtam cum Elia collatum vide in Jac. Altingii lib. V. de Shilo, cap. II. & 8. Joannis Tarnovii tribus Eliis, ſive comparatione Eliæ, Johannis & Lutheri, Roſtoch. 1618. 4. Similiter Judæi ajunt rediiſſe in Elia Pinehamm, ut notavi ſupra cap. CLXX. p. 894. Arabes vero & Turcæ unam eandemque animam fuiſſe ajunt Pinehæ, Eliæ & Georgii equitis. Vide Jo. Friſchmuthi diſſ. de nomine, patria & proſapia Eliæ, Jen. 1683. §. 24.

CCXII. Traditio domus Eliæ de Mundo duraturo per sex millia annorum.

Steph. le Moyne, notis ad Epistolam S. Barnabæ T. 2. Var. sacrorum p. 850. seq.

TAlmudici in Tract. Sanhedrin, a) & in Gemara Aboda Sara, b) de quodam Elia, quem Thesbitem c) aliqvi crediderunt, & vaticinatum,

a) Gemara Sanhedrin cap. XI. §. 29. edit. Cocceji. Confer Jo. Morinum p. 361. Exerc. Bibl. & B. Theodori Hackspani Miscell. II. 9

b) Gemara Avoda Sara cap. 1. p. 65. edit. Clarissimi Collegæ mei Georg Eliesers Edzardi, cujus etiam adde notas p. 244 seq & prolegomena p. 14. seq.

c) Ita præter alios Isaacus Vossius, qui ex Apocrypho aliquo scripto Eliæ Prophetæ id acceptum opinatur. *Quod autem Judæi*, inquit c. 8. de Sibyllinis Orac. *id Vaticinium e Schola Eliæ promanasse dicunt, id fortasse ex eo factum, quod desumtum fuerit e libro Prophetiarum Eliæ, quem olim Veteris Testamenti scriptis annumeratum fuisse constat, licet postea Apocryphis ut appellantur, accesserit.* Unde vero constat librum Prophetiarum Eliæ unquam annumeratum fuisse scriptis Vet. Testamenti ab Ecclesia sive Judaica sive Christiana? Fieri tamen potest ut Judæorum traditio omnino veteris illius Eliæ Thesbitæ domui sive discipulis hoc tribuerit, non juniori alicui Eliæ, quia simile aliquid de sex creationis diebus tot millia annorum durationis Mundi præsignantibus Adamum tradidisse Setho, hunc Hanocho, Hanochum Noacho, illum Semo, hunc Hebero, Hebræorum Patriarchis a quo id deinde acceperit Moses Psalmo 90. notat Menasseh ben Israel in Conciliatore ad Genes. VIII. 22. ex libro Zoar, parascha Beresit & parascha Vaicra. Cumque viderent Judæi urgeri se hac traditione a Christianis, ipsi deinde

natum, in hæc verba. תנא דבית אליהו ששת אלפי שנה הוו עלמא שני אלפים תהו שני אלפים תורה ושני אלפים ימות המשיח ובעונותינו שרבו וצאו מהן מה שיצאר. *Traditio eſt Domus Eliæ, ſex mille annis mundum eſſe duraturum. Bis mille annis inane erit. Bis mille annis vigebit Lex. Bis mille annis obtinebit Meſſias; ſed propter noſtra peccata quæ multiplicata ſunt, ex iſtis annis Meſſiæ elapſi ſunt anni Meſſiæ qui jam elapſi ſunt.* Hoc argumentum urgebat Joſua Lurki, ex Judæus, poſtea Hieronymus a Sancta fide. * Hic enim conventum haberi curavit Girundæ, in partibus Catalauniæ,

deinde commenti ſunt Eliam juniorem circa A. 150. ab ædificatione ædis ſecundæ, cui illam tribuerent, atque adeo minoris facerent autoritatis. Vide tamen B. Ægidii Strauchii Pſeudo Eliam Witeb. 1662. atque eruditam diatribam Chriſtiani Reineccii de traditione Eliana Lipſ. 1702.

* Ejus libri 2. contra Judæos leguntur T. 26. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 529. quibus recitatis ad quinque millia Judæorum perſvaſi aut ſupplicionum vel exilii metu permoti Chriſtianæ religioni nomen dediſſe dicuntur. Vide Bartoloccium T. 3. Bibl. Rabbinic. p. 776. ſeq. Wagenſeilium prolegom. ad tela ignea Satanæ p. 77. ſeq. D. Jo. Benedicti Carpzovii introduct. in Theologiam Judaicam p. 88. & Martini Diſenbachii Judæum converſum p. 205. Diſputatio porro Hieronymi hujus cum Judæis fuſe recenſetur in libro R. Salomonis filii Virgæ, cui titulus *Schebet Juda* p. 225. ſeq verſionis latinæ, quam ſubtitulo Hiſtoriæ Judaicæ Amſt. 1651. 4. edidit Georgius Gentius. Non minus autem fallitur vir doctus qui in Appendice ad Melam p. 77. librum *Schebet Juda* putavit eſſe partem Talmudis & a libro Salomonis filii Virgæ diſtinctum; quam alius vir præſtantiſſimus qui Hieronymum a ſancta fide confundit cum S. Hieronymo Stridonenſi.

niæ, coram Pontifice Maximo, Cardinalibus, & Epiſcopis, ubi ex Talmude ſe evicturum pollicitus eſt Meſſiam jam dudum veniſſe. Pontifex coram quo habita eſt collatio, fuit Benedictus XIII. Antipapa. Qui cum Avenioni, Maſſiliæ, Portui Veneris per aliquod temporis intervallum hæſiſſet, anno 1409. Catalauniam venit, Perpiniani diu vixit, & tandem in caſtro Paniſcolæ, deſiit eſſe & Papa, & homo. Cum vero eſſet animi elati, verſipellis, flectere neſcii, & Pontificatus tenacisſimus invaſor, honori ſuo ſe non leviter conſulturum exiſtimavit, ſi haberet coram ſe collationem inter Judæos & Chriſtianos, quosdam ſic ex Judæis ad Evangelium lucrari poſſet, & iſta acquiſitione, jus ſuum Pontificale aſſereret, & ſic viam ſibi pararet ad tranquillam ſedis Romanæ poſſeſſionem. Quæ cum ita ſint, non potuit haberi iſta Collatio anno קיג לפק, Liphrat Caton, numerationis compendiariæ, remotis nimirum millenariis, centeſimo decimo tertio, ut habetur in שבש יהורה Salomonis Filii Virgæ, C. 40. nec anno quinquies milleſimo centeſimo decimo tertio, ut reddidit vir Hebraice bene doctus. Nam iſte computus caderet in annum Chriſti MCXIII. Quo tempore nec Lurchi ſive Hieronymus a Sancta Fide, nec ipſe Petrus de Luna, ſeu Benedictus XIII. Antipapa, erant in rerum natura. Nam Joſua Lurki anno tantum MCCCCXII. Judaismum ejuravit, Medicus Benedicti XIII. Antipapæ, qvi tunc in Catalaunia ſedem ſuam Pontificalem collocaverat. Ideoqve apud Salomonem Virgæ Filium legendum exiſtimarem habitam

collationem Gironæ, anno תיג לפק quadringenteſimo decimo tertio, non vero קיג לפק centeſimo decimo tertio. Proclivis fuit lapſus, & facile ק, quod centum notat, legi potuit pro ת, quæ litera, eſt nota numeri quadringenteſimi, ſic vero omnia quadrabunt. Nam tunc Anno nimir. MCCCCXIII. vivebat Joſua Lurki ſeu Hieronymus a Sancta Fide. Vivebat Benedictus XIII. Pap. Gironæ, erat ibi Judæorum frequentisſima copia, Anno MCCCCXII. Lurki Chriſtianismum amplexus eſt, & ſatis eſt veriſimile, illum zelo ardentem ſtatim poſt converſionem Judæos lacesſiviſſe, & ad iſtam collationem inſtigante Pontifice provocaſſe. Argumento vero petito ex tempore adventus & durationis Meſſiæ utebatur præcipue in iſta Collatione Hieronymus a Sancta Fide. Audiatur ipſe Salomo Filius Virgæ.* *Tertio Die auſpicatur collatio & diſputatio. Sic vero orſus eſt magiſter Hieronymus, & dixit: in Talmude veſtro ſcriptum eſt mundum ſex millibus annorum. Duobus millibus prioribus erit inane. Duobus millibus erit ſub Lege. Duobus millibus erit ſub Meſſia. Hæc verba ſunt clara & perſpicua, quod nimirum duobus poſterioribus millibus debeat venire Meſſias. Quis vero ille eſt niſi ſervator & liberator noſter.* Quod telum declinare contendebant Judæi in collatione dicendo, addi in iſto Eliæ vaticinio quod בעונותנו יצאו מהם שיצאו propter peccata noſtra † dempti ſunt anni adventus

* P. 233. Hiſtoriæ Judaicæ, quam a G. Gentio latine editam dixi.

† Hoc effugium refellit etiam Petavius XVI. 10. de incarnatione. vide ibi p. 669. 671. Campanella Atheiſm. triumphat. p. 153.

tus Mesſiæ qui dempti ſunt & præterierunt. Sed optime regerebat Hieronymus, iſta poſteriora verba non eſſe ab Elia & Auctore Vaticinii, ſed a poſterioribus Rabbinis, qui cum viderent tempora, Mesſiæ adventui deſtinata præteriiſſe, vaticinio hæc poſteriora addiderunt, ut ſic ſententiæ ſuæ & Theſi ſuæ ſervirent & velificarentur. Deinde Judæi eodem quo Manaſſes acumine vim iſtius argumenti tentarunt eludere aſſerendo, Duo millia annorum non eſſe durationem Oeconomiæ & diſpenſationis Mesſiæ, ſed ſpatium in quo Mesſias prodire debebat, & præſentia ſua ſalutari terram cohoneſtare. Sive ergo veniat in principio, vel in medio, vel in fine iſtorum duorum millium annorum, verum erit Vaticinium, nec erit quod de illius implemento jure quis posſit conqueri, Sic. R. Vidal apud eundem Salomonem filium virgæ, in Relatione Collationis. * *Reſpondit Don Vidal, dici duo millia annorum Meſſiæ: & poteſt fieri ut veniat in fine duorum iſtorum millium annorum. Dixit magiſter Joſephus Albus, aſſeruerunt Talmudici Doctores, Duos eſſe temporis terminos adventure Meſſiæ præfinitos, aut tempus quod Deus juravit, aut tempus quo Judæierunt cor de contrito, & ad penitentiam com-*

p. 153. *Et ipſi Talmudiſtæ dicunt ſolem in quarta die creatum eſſe & ideo Meſſiam aſſuturum in quarto millenario -- -- & nihilominus dicunt propter peccata ſua dilatum eſſe adventum Meſſiæ -- -- quaſi Deus fuerit deceptus in tempore adventus Meſſiæ, ſci ſciverit eos peccaturos & impedituros adventum ejus per duo millia annorum.* Sane promiſſio Mesſiæ nunquam a Deo fuit data cum conditione, ſive exceptione peccatorum Iſraelis.

* Ibid. pag. 232.

convertentur. Ac proinde dictum istud Eliæ ab Hieronymo allatum, non determinat certum aliquod tempus adventus Messiæ, & innuit tantum, quod si Judæos peccatorum subeat pœnitudo, veniet Messias initio duorum millium annorum: si in medio illius spatii, peccatorum pœnitentia, se dignos præbuerint, veniet in medio. Si tantum in fine digni inventi fuerint, veniet in fine. Verum non præteribit spatium duorum mille annorum quin veniat Messias. Quæ omnia certe sunt vanissima, & Judæorum contumaciam & perfidiam produnt. Nam † non dicitur quod in principio, vel medio, vel fine, istorum bis mille annorum sit venturus Messias, sed quod totum istud spatium temporis sit Messiæ tribuendum, quod certe fieri non potest nisi per totum istud spatium extiterit Messias. Et sicut tempus תהו inanitatis, duravit a principio mundi usque ad legem; duo millia sub תורה, sub lege, durarunt a primis ipsis legis seminibus & cunabulis, cum circumcisio sigillum legis, data est Abrahamo, usque ad Messiam. Sic duo millia Annorum quæ Messiæ tribuuntur, non sunt accipienda pro principio, medio, ultimo fine, extrema die, imo hora, imo momento, duorum bis mille annorum, sed pro ipsis bis mille annis integris, qui debeant esse ימות המשיה, dies Messiæ, & quorum toto spatio Messias regnare, & ab omnibus celebrari debeat. Secus fieri posset ut illi dies & anni Messiæ ימות המשיה, tantum comprehenderent, vel unicam diem, vel horam,

† Adde Cartwrigthum in fine libri ultimi mellificii Ebr. lib. V. c. 8. & 13. T. 9. Critic. Angl. Abrahamum Ecchellensem in Historia Arabum p. 182. seq. inter scriptores Hist. Byz.

horam, vel momentum, quo ſe terris oſtenderet Meſſias, quo nihil ineptius poteſt excogitari, & minus conveniens, deſcriptioni Regni & imperii Meſſiæ, quod in Sacris literis tam glorioſum repræſentatur, ut omnia terræ Regna & imperia infra illius dignitatem, & durationem jaceant & ſubſidant. Unde recte Hieronymus in eadem collatione regerit, quod Auctor Vaticinii Eliani, voluerit dicere, quod totum ſpatium temporis duorum mille annorum, ſit ſpatium temporis Meſſiæ; quo ultimo bismillenario elapſo, in ſeptimo mundus creatus peribit & vaſtabitur. Quæ ſententia ad Chriſtianos* etiam pervenit, qui ſex diebus creationis, ſex millia annorum ſignificata fuiſſe aſſerunt, quibus elapſis.

Tunc mare, tunc tellus, correptaque Regia Cœli
Ardeat, & mundi moles operoſa laboret.

CCXIII. Elias junior. Libri tres ei tributi.

Sgambatus lib. 2. Archivorum V. T. p. 320.

CIrcumferuntur etiam libri tres Eliæ Prophetæ nomine, סדר אליהו רבא † *Ordo Eliæ major*, סדר אליהו זוטא *Ordo Eliæ minor*, & קנפת אליהו *Spelunca Eliæ*. De quibus quidem libris aper-

* Confer notas ad S. Barnabæ Epiſt. p. 46. 47. in Patribus Apoſtolicis Cotelerii edit. Amſt.

† Bartoloccius T. I. p. 133. & 182. Bibl. Rabbin. teſtatur in Bibl. Vaticana extare MSS. *Eliam magnum & parvum* אליהו רבא וזוטא libros duos in membrana ſcriptos A. 4833. C. 1073. & viſiones aliquot atq; apparitiones Eliæ complexos. Alius eſt commentarius in אורח חיים quem ſub titulo *Eliæ parvi* Pragæ 8. editum memorat B. Groddeckius de ſcriptoribus Rab. Anonymis, in theſauro Pfeiffiano p. 722.

apertum judicium eſt eos non eſſe illius Eliæ Prophetæ, de quo nunc agimus, ſed alterius, qui poſt captivitatem Babylonicam vixit, & cognomento dictus eſt *Hannabi*, id eſt Propheta. Quamvis Hebræi pasſim exiſtiment eſſe hujus Eliæ, & in Chethuboth cap. 2. narretur occaſio, qua libri duo priores editi ſint: *R. Anan. veniebat ad Eliam Prophetam, & ille docebat eum Seder Eliæ. Cum vero neſcio quid perperam admiſiſſet, diſceſſit, egit pœnitentiam, & diu abfuit. Poſtquam rediit, verebatur Eliæ ſe oſtendere. Igitur inſtar arcæ cujusdam parari curavit, in quâ incluſus Eliam docentem audiret. Quousque totum Seder audivit ex eo. Et ea eſt cauſa cur dictum ſit, Seder Eliæ Rabba, & Zuta.* Commentarius Aben. Habib. *Partem quam prius didicerat extra arcam, vocarunt Seder Eliæ Rabba, ſive majorem, partem vero, quam didicit intra arcam, vocarunt Seder Eliæ Zuta, quia minor fuit.* Hæc illi: verum ipſæ horum librorum inſcriptiones docent eos hujus Eliæ antiquioris eſſe non poſſe. Nam tempore Eliæ Prophetæ non dixiſſent *Rabba*, & *Zuta*, quæ ſunt corruptæ jam linguæ verba, ſed *Gadol*, & *Katon*, quæ ſunt pure Hebraica: igitur vel hinc diſce Eliam hunc fuiſſe poſt Captivitatem Babylonicam, cum jam corrupte loquerentur Hebræi. Accedit quod nemo vocatus eſt Rabbi, usque ad Hillelis, & Samai tempora multo poſt Captivitatem, & paulo ante Chriſtum.

CCXIV. ESAIÆ Apocrypha ὅρασις, Aſcenſio ſivè ἀναβατικόν.

Vide locum Conſtitutionum Apoſtolicarum quem dedi ſupra p. 221.

Origenes

Origenes Epistola ad Africanum p. 231.

Ἀλλ' εἰκὸς πρὸς ταῦτά σε ζητῆσαι, τί δήποτε ἡ Φέρεται παρ' αὐτοῖς ἐν τῷ Δανιηλ ἡ ἱστορία, εἰ, ὡς φῂς, τοιαῦτα περὶ αὐτῆς οἱ σοφοὶ αὐτῶν παραδιδόασι; Λεκτέον δὲ πρὸς ταῦτα· ὅτι ὅσα δεδύνηνται τῶν περιεχόντων κατηγορίαν πρεσβυτέρων, καὶ ἀρχόντων, καὶ κριτῶν, περιεῖλον ἀπὸ τῆς γνώσεως τοῦ λαοῦ, ὧν τινα σώζεται ἐν ἀποκρύφοις. καὶ τούτου παράδειγμα δώσομεν, τὰ περὶ τὸν Ἡσαΐαν ἱστορούμενα. καὶ ὑπὸ τῆς πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολῆς μαρτυρούμενα, ἐν οὐδενὶ τῶν φανερῶν βιβλίων γεγραμμένα. περὶ δὲ τῶν προφητῶν διεξερχόμενος, καὶ ὧν πεπόνθασιν, ὁ τὴν πρὸς Ἑβραίους a) γράψας φησίν. Ἐλιθάσθησαν, ἐπρίσθησαν, ἐν φόνῳ μαχαίρας ἀπέθανον· περιῆλθον δὲ ἐν τίνα ἀναφέρηται τὸ, ἐπρίσθησαν;

Sed probabile *est*, insuper te quæsiturum: Cur itaque apud illos in *Daniele* historia illa non habetur; si, ut dicis, talia de illa Sapientes eorum tradunt? Dicendum autem ad hæc: qvod Judæi quæcunque poterant, de iis quæ Seniorum, & Principum, & Judicum, accusationem aliquam continebant; *ea* sustulerint a cognitione populi qvorum nonnulla servantur in libris apocryphis. Et hujus *rei* exemplum dabimus *in iis*, quæ de *Esaia* historice sunt tradita, & epistolæ ad Ebræos testimonio confirmata; *licet*, in nullo libro aperto scripta reperiantur. Nam, ubi de Prophetis, & quæ passi sint, enarrat ille Scriptor Epistolæ ad Hebræos, inquit: *Lapidati*

κατὰ

a) Hebr. XI. 37.

κατά τι ἔθος ἀρχαῖον ὃ μόνον ἑβραϊκὸν, ἀλλὰ καὶ ἑλληνικὸν, πληθυντικῶς λεγόμενον περὶ ἑνὸς σαφές, διότι αἱ παλαιόσεις λέγουσι πεπρίσθαι Ἡσαΐαν τὸν Προφήτην, b) καὶ ἐν

sunt, dissecti sunt, in occisione gladii mortui sunt. Inquiramus enim, De quo dicatur, *dissecti sunt?* (juxta quandam consuetudinem priscam, non solum Hebræam, sed &

b) Tertullianus in Scorpiace c. 8. *David exagitatur, Helias fugatur, Hieremias lapidatur, Esaias secatur, Zacharias inter altare & ædem trucidatur, perennes cruoris sui maculas filicibus assignans.* Idem de Esaia tradunt Origenes tractatu XXVI. in Matth XXIII. 34. (supra p. 814.) & Tom. XI. in Matth. XIII. 57. p. 225. edit. Huetii. *Quin & illud historia narrat, Esaiam* πεπρίσθαι ὑπὸ τοῦ λαοῦ *a populo dissectum fuisse. Quod si quis non recipit hanc historiam, eo quod inter Apocrypha Esaiæ fertur, credat iis quæ in Epistola ad Hebræos hunc in modum scripta sunt:* lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt. *Nam illud,* secti sunt, *ad Esaiam refertur, quemadmodum illud,* occisione gladii mortui sunt, *ad Zachariam occisum inter templum & altare, quemadmodum Servator docuit, adspirans ut opinor suo testimonio Scripturæ, quæ quamquam non fertur in communibus & publicatis libris, probabile tamen est eam extare in Apocryphis, hoc est in his qui secreto leguntur.* Omitto quæ in eandem sententiam plurimi alii veteres, laudati Drusio X. 19. Observ. sacr. Thomæ Gatakero in Adversariis p. 454. Christoph. Cellario ad Prudentium p. 161. & Thomæ Milles ad Cyrillum Hierosol. p. 29. Talmudici in Jebhamot, Jo. Henrico Othone interprete: *Dixit Esaias: Novi quod Rex Manasses non auscultaturus sit quicquid ipsi dixero, si quid protulero ad conciliationem Scripturæ, ille fastuose aget. Dixit ergo, concludam me intra hanc cedrum. Adduxerunt cedrum & serra dissecuerunt eam. Cumque serra os ejus attingeret, exspirabit. Idque idco quod dixerat* (Es. VI. 5.) *Ego habito inter populum impurum.* Abulfarajus p. 43. *Manasses Idolum*

ἔν τινι ἀποκρύφῳ ἕτο φέρεσθαι· ὅπερ τάχα ἐπίτηδες ὑπὸ Ἰουδαίων μεταδιέγνωσται. λέξεις τινὰς, τὰς μὴ προσηκούσας, παρεμβεβλημένων τῇ γραφῇ· ἵν' ὅλη ἀπιστηθῇ.

Græcam, id in plurali numero dicitur, quod de uno manifeſtum eſt.) *Nimirum*, quia traditiones dicunt, *ſectum eſſe Eſaiam Prophetam*: & in quodam apocrypho iſtud habetur, qui forte ſtu-

Idolum quatuor habens facies confecit & coli juſſit. Idem Iſaiam ipſum a ſcelere cohibentem inter binos aſſeres colligatum ſerra diſſecuit, fuit autem ætas Iſaiæ annorum centum & viginti, quorum octoginta quinque Prophetæ munere functus eſt. Gregentius colloquio cum Herbano Judæo p. 19. τὸν Ἡσαίαν ἐπρίσαλε. Iſidorus Peluſiota IV. Epiſt. 205. Ἡσαΐας ὃν ἐπρίζετο ὁ τῶν Σεραφείμ θεωρός. Glycas p. 197. Annal. ubi de Rege Manaſſe: καὶ αὐτὸν ὃν τὸν Ἡσαΐων ξυλίνῳ λέγουσι πρίσαι πρίονι. Idem p 222. ait eodem ſupplicii genere etiam affecturos fuiſſe CHriſtum Servatorem, niſi ad Romanos jus pœnarum capitalium tunc pertinuiſſet. Καὶ δὴ εἰ συνεχωρήθησαν λίθοις ἂν τον χριστὸν ἐθανάτωσαν ἢ ξυλίνῳ καλέπρισαν πρίονι. Vide & ſis Chronicon Paſchale p. 117. 155. &c. Serræ figuram antiquam ſpectandam offert B. Matthias Zimmermannus libro ſiunt non naſcuntur Chriſtiani p 354 ex Aringhi Roma ſubterranea T 2. p. 374. Videtur etiam ex Apocrypho hauſtum quod refert S. Ambroſius in Pſalm. CXVIII, T 1. Opp p. 1124. *Fertur Prophetæ cuidam, & plerique ferunt quod Eſaiæ in cortere poſito cum more immineret, ut urgeretur exitii, dixiſſe diabolum: dic quia non a Domino locutus es quæ dixiſti, & omnium in te mentes affectusque mutabo, ut qui indignantur injurium, abſolutionem in te conferant. Sed ille gratum judicabit pro veritate ſupplicium, quam pro adulatione beneficium.*

dio a Judæis depravatus est; dum voces nonnullas impertinentes scripto illi interseruerunt, ut toti non crederetur.

Idem Homil. I. *in Esaiam.*

Cur non dicamus in præsenti traditionem quandam Judæorum verisimilem quidem nec tamen veram, & solutionem ejus quare non inveniamus? Ajunt ideo Esaiam esse sectum a populo, quasi legem prævaricantem, & extra scripturas annunciantem. Scriptura enim dicit: * Nemo videbit faciem meam & vivet. Iste vero ait: † Vidi Dominum Sabaoth. Moyses, ajunt, non vidit, & tu vidisti. Et propter hoc eum secuerunt & condemnaverunt eum ut impium. Non enim sciebant quia duabus alis velaverant faciem Dei, Seraphim. Vidit Dominum, sed faciem non vidit Esaias, nec Moyses vidit. Posteriora vidit, ut scriptum est, Moyses. Verumtamen vidit Dominum, & si faciem ejus non vidit. Et hic ergo vidit, licet faciem non viderit. Male igitur condemnaverunt Prophetam.

S. Epiphanius hæresi XL. Archonticorum c. 2.

Καὶ ἄτοι γε ὅμως βίβλους ἑαυτοῖς ἐπιλαθογράφησάν τινας ἀποκρύφους, ὧν τὰ ὀνόματά ἐστι ταῦτα, τὸ

Cæterum isti Apocryphos quosdam Libros finxerunt. Equibus duo sunt Sympho-

* Exod. 33.
† Es. 6.

Τὸ μὲν γὰρ Συμφωνίαν, μικρὸν δηθὲν βιβλίον καλοῦσι. Τὸ δὲ μέγα Συμφωνίαν. ἄλλα καὶ ἄλλα τινὰ βιβλία ἑαυτοῖς ἐπισωρεύουσιν. οἷς ἐὰν σωτύχωσιν, ἵνα δώξωσι τὴν ἑαυτῶν πλάνην διὰ πολλῶν βεβαιῶν ἐπισωρεύεσθαι. ἤδη δὲ καὶ τοῖς Αλλογενέσι καλουμένοις κέχρηνται. βίβλοι δὲ εἰσὶν ὅτῳ καλοῦνται, λαμβάνουσι δὲ λαβὰς ἀπὸ τῆς Ἀναβατικῆς Ησαΐου. ἔτι δὲ καὶ ἄλλον τινῶν ἀποκρύφων·

nia nomine, Major videlicet ac Minor. Præter quos nonnullos alios iis quibus cum agunt percenſere ſolent, ut errorem ſuum multis authoritatibus affirmare ac probare videantur. Habent & * quos Αλλογενεῖς, hoc eſt *Alienigenas* vocant, ſic inſcriptos libellos. Item ex Anabatico Eſaiæ, & id genus Apocryphis argumenta depromunt.

Idem hæreſi LXVII. Hieracitarum c. 3.

Καὶ πολλὰ Φλυαρῶν, περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος διεξῆλθε περί τούτου πολλὴν πραγματείαν. βούλεται δὲ τὴν τελείαν αὐτοῦ σύστασιν ποιεῖσθαι ἀπὸ τῆς Ἀναβατικῆς Ησαΐου, δηθὲν ὡς ἐν τῷ Ἀναβατικῷ λεγομένῳ ἔλεγεν ἐκεῖσε, ὅτι ἔδειξέ μοι ὁ Ἀγγελος περὶ πάντων ἔμπροσθεν

Præter hæc Hieracas multa alia de Spiritu ſancto garriens fuſiſſimam de eo diſputationem inſtituit. Sed præcipuum opinionis ſuæ firmamentum ex Libro quodam, qui Anabaticus Iſaiæ inſcriptus eſt, arceſſit, quo in libro ſic loquitur: * Oſtendit

* Eadem ex Epiphanio repetit Nicetas IV. 34. theſauri Orthodoxæ fidei T. XXVI. Bibl. Patrum p. 136.

μοι, καὶ ἔδειξέ μοι, καὶ εἶπε· τίς ἐστιν ὁ ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ. καὶ εἶπα· σὺ οἶδας Κύριε; λέγει, οὗτός ἐστιν ὁ ἀγαπητός. καὶ τίς ἐστιν ὁ ἄλλος ὁ ὅμοιος αὐτῷ ἐξ ἀριστερῶν ἐλθών; καὶ εἶπα, σὺ γινώσκεις. τοῦτέστι τὸ ἅγιον πνεῦμα τὸ λαλοῦν ἐν σοὶ, καὶ ἐν τοῖς Προφήταις. καὶ ἦν, φησὶ, ὅμοιον τῷ ἀγαπητῷ. ἐκ τούτου βούλεται συνιέναι τὸ εἰρημένον, ἀφωμοιώμενος τῷ τιῷ τοῦ Θεοῦ μένει ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκές.

mihi Angelus de omnibus coram me, & ostendit mihi, & dixit: Quis est ad dexteram Dei? Et dixi: tu scis domine Tum ille: hic est dilectus. Et quis est alter ei similis qui à siniſtra venit, & dixi: Tu nosti; Hic est Spiritus sanctus, qui in te loquitur, & in Prophetis. Et erat inquit similis dilecto. Ex hoc loco illam scripturæ sententiam confirmare nititur: * *Assimilatus Filio Dei manet sacerdos in perpetuum.*

* Hebr. VII. 3.

S. Hieronymus in Esaiæ LXIV. 4.

Paraphrasin hujus testimonii quasi Hebræus ex Hebræis assumit Apostolus Paulus de avthenticis libris, in Epistola quam scribit ad Corinthios, a) non verbum ex verbo reddens, quod facere omnino contemnit, sed sensuum exprimens veritatem, quibus utitur ad id quod voluerit roborandum. Unde Apocrypharum deliramenta conticeant, quæ ex occasione hujus testimonii ingeruntur Ecclesiis CHristi — — Ascensio enim Esaiæ

a) I. Cor. II. 9.

Esaiæ b) & Apocalypsis Heliæ c) hoc habent testimonium.

Idem Hieronymus præfat. in Pentateuchum.

In Evangelistis & Apostolis multa de Veteri Testamento legimus, quæ in nostris Codicibus (*LXX. Interpretum*) non habentur, ut est illud: (Matth. II. 15.) *Ex Ægypto vocavi filium meum*, Et: (Matth. II. 23.) *quoniam Nazaræus vocabitur*, Et: (Joh. XIX. 37.) *videbunt in quem compunxerunt*, Et: (Joh. VII. 38.) *flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ*, Et: (1. Cor. III. 9.) *quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, quæque paravit Deus diligentibus se*, & multa alia, quæ proprium σύνταγμα desiderant. Interrogemus ergo eos ubi hæc scripta sint, & cum dicere non potuerint, de libris Hebraicis proferamus. Primum testimonium est in Osee (XI. 1.) secundum in Esaia (XI. 1.) tertium in Zacharia (XII. 10.) quartum in Proverbiis (XVIII. 4.) quintum æque in Esaia (LXIV. 4.) quod multi ignorantes, Apocryphorum deliramenta sectantur, & Hiberas * nænias libris avthenticis præferunt.

b) Incertum fueritne hic liber quem sub titulo: Ἡσαΐου ἀρᾶσεως inter Apocrypha scripta memorat Catalogus in Codice Regio Paris. 1789. teste Cotelerio.

c) Vide quæ supra p. 1072 seq.

* Guil. Rousselius in observatione addita T. 3. versionis Gallicæ Epistolarum Hieronymi Paris. 1707. 8. notat per Hiberas nænias intelligi nugas Basilidianorum & aliorum Gnosticorum Hispaniam turbantium, crepantiumque Ascensionem

Esaiæ

CCXV. Esaiæ colloquium cum Rege Hiskia.

Auctor Operis imperfecti in Matthæum, inter Jo. Chrysostomi Opera Homilia 1. p. 11.

CUm ægrotasset Ezechias in tempore quodam, & venisset ad eum Propheta visitandum, vocavit Ezechias filium suum Manassen, & cœpit ei mandare, quod debeat DEum timere, quomodo regere regnum, & alia multa. Et dixit ad eum Esaias: *Vereor, quia non descendunt verba tua in cor ejus, sed & meipsum oportet per manus ejus interfici.* Quod audiens Ezechias volebat filium suum interficere, dicens *quia melius est me sine filio mori* quam talem filium relinquere qui & DEum exasperet & sanctos ejus persequatur. Tenuit autem eum vix Esaias Propheta dicens: *Irritum faciat Deus consilium hoc*: videns Ezechiæ religionem, quia plus amabat DEum quam filium.

Talmudici in Gemara Berachot, cap. 1. *pag.* 106. *seq. edit. Clarissimi G. E. Edzardi.*

Quis est sicut Deus sanctus benedictus, qui scivit reconciliationem facere inter duos viros probos, Hiskiam & Esaiam? Hiskias dicebat, Veniat Esaias ad

Esaiæ & Apocalypsin Eliæ. Hieronymus contra Vigilantium: *Et quia ad radices Pyrenæi habitas, & vicinumque ex Hiberia, Basilidis antiquissimi hæretici & imperitæ scientiæ incredibilia portenta persequeris.* Vide & Erasmum in adagio, *Hiberæ nænia.*

ad me; ita enim invenimus ſcriptum de Elia, quod venerit ad Achabum, quemadmodum dicitur 1. Reg. XVIII. 2. *Abiit Elias, ut compareret coram Achabo.* Contra autem Eſaias dicebat, veniat Hiskias ad me; ita enim invenimus ſcriptum de Joramo filio Achabi, quod iverit ad Eliſam, (*cum expeditionem una cum Joſaphato Rege Edom ſuſcepiſſet adverſus rebellem Regem Moab*, 2. *Reg. III.* 12.) Quid vero adhæc DEus ſanctus benedictus? Immiſit Hiskiæ morbum (*ſ. caſtigationes*,) dixitque ad Eſaiam, Abi & inviſe ægrotum; quemadmodum legitur Eſ. XXXVIII. 1. *In diebus illis ægrotavit Hiskias lethaliter, venitque ad eum Eſaiæ filius Amoz Propheta, & dixit ad eum, ſic dicit Dominus exercituum, Præcipe domui tuæ, nam morieris & non vives. &c.* Quis ſenſus eſt verborum, *Nam morieris, & non vives?* Reſp. Senſus eſt, Morieris in hoc ſeculo, & non vives iterum in altero ſeculo. (*Hæc ergo Eſaias ad Hiskiam.*) Reſpondit autem Hiskias, Quare tanta pœna mihi immittetur? Regeſſit Eſaias, Quia cœlebs manſiſti, & mandato illi divino Gen. I. 28. *Creſcite & multiplicamini* non es obſequutus. Excepit Hiskias; Ego a matrimonio abſtinui, quia per Spiritum S. prævidi, prodituros ex me eſſe filios degeneres. Sed regeſſit iterum Eſaias, Quid ſcrutaris occulta Dei? Debuiſſes id facere, quod eras juſſus; nam quæ Deo ſunt grata, ea ſunt exſequenda. Tum Hiskias, Eloca mihi filiam tuam, Forte enim mea atque tua pietas efficient, ut bonæ frugis ſoboles ex me naſcatur. Sed Eſaias reſpondit, (*Nimis ſero animum nunc ad matrimonium applicas*;) jam (*enim*) decretum (*mortis*) contra te eſt divinitus conce-

ptum. At Hiskias, o Fili Amoz (*inquit*) desine plura eloqui, & abi. Ego enim ita sum edoctus ab atavo meo (*Davide*,) quod homo non debeat seipsum excludere a gratia Dei (*i. e. de gratia Dei desperare*,) etiamsi anceps gladius jam actu sit faucibus ipsius admotus. (*David enim quando vidit Angelum cum stricto gladio* 2. *Sam. XXIV.* 16. 17. *adeo non desperavit de gratia Dei, ut potius supplex veniam rogaverit, holocausta que & pacifica Deo obtulerit, veniamque peccatorum obtinuerit*) Et convenit cum hoc etiam, quod R. Jochanan & R. Eliesер ambo dixisse memorantur, Etsi anceps gladius sit admotus gutturi hominis, tamen non desperet de gratia Dei, quia dicitur Job. XIII. 15. *Quod si etiam occisurus esset me, tamen in ipsum sperabo.* R. Chanan dicit, Etiamsi somniator quidam aut somniorum interpres dicat ad hominem, cras ipsum esse moriturum, haud tamen desperet de gratia, quia dicitur Prov. V. 6. *Nam sicut in somniorum multitudine etiam vanitates multæ sunt, sic se habent verba multa. Sed Deum time.* Quapropter *Hiskias confestim faciem suam convertit* אל הקיר (*ad parietem*,) *precatusque est Dominum*, (*uti verba habent Es. XXXVIII.* 2.) Quid intelligitur h. l. per קיר? R. Simeon filius Lakisch dicit, indicari voce hac, quod oraverit Hiskias מקירות לבו ex intimis præcordiis suis, (*s. e. parietibus cordis sui*,) quemadmodum scriptum est Jer IV. 19. *Viscera mea! Viscera mea! doleo præcordia mea!* (*s. parietibus cordis mei*,) *&c.* R. Levi dicit, doceri voce hac, quod rogaverit DEUM propter studium in exornandis parietibus templi (*a Salomone*)

ne) olim collocatum. Dixit ſcil. ad DEUM; O Domine mundi, quandoquidem Sunamitidi in vitam revocaſti filium, quæ tamen non niſi exiguum quendam parietem (2. *Reg. IV.* 10.) præparaverat (*Eliſæ*;) multo magis vitam mihi reſtitues, cujus atavus (*Salomon*) templum univerſum auro argentoque obduxit. (*Sequitur debinc in Textu Eſ. XXXVIII.* 3.) *Recordare quæſo Domine, quod ambulaverim coram te in veritate, & in corde ſincero, bonumque in oculis tuis fecerim.* Quid intimatur per verba, *Bonumque in oculis tuis fecerim?* Raf Jehuda ex ore Raf docet, indicari his verbis, quod Hiskias arcte copulaverit pericopam de liberatione ſui atque urbis Hieroſolymæ, *quæ legitur Eſ. XXXVII.* 33. 34. 35. 36.) cum precibus ſuis, (*quæ paulo poſt commemorantur Eſ. XXXVIII.* 2. *ſeqq.*, *atque hoc quidem fecerit ſummo mane, ita ut Schema cum annexa pericopa de ſui atque urbis liberatione recitaverit ante emicantem Solem, preces autem ſtatim poſt ortum Solis ſubjecerit, in eundem prorſus modum, quo ſupra diximus, viros religioſos olim conjunxiſſe Schema matutinum & annexam precationem de liberatione Iſraelitarum ex Ægypto cum precatione octodena.*) Raf Levi autem dicit inſinuari, quod Hiskias abſconderit theſaurum * medicinæ practicæ, (*ſ. celebrem illum librum medicum, in quo adverſus omnes morbos præſcribebatur paratiſſima atque efficaciſſima medicina, & ad quem plerique hominum tum temporis unice confugiebant pro recuperanda valetudine, poſthabita pœnitentia & Divini Nominis imploratione. Abſcondidit enim illum propterea, ut ægroti humana ope & naturali medicina deſtituti eo magis compellerentur*

* Salomonis, de quo ſupra p. 1043. ſeq.

rentur, DEO pro peccatorum venia, proque ſui reſtitutione ſupplicare.) Rabbini docuerunt, Hiskiam ſex feciſſe, e quibus tria fuerint (*a Doctoribus*) approbata, tria autem improbata. Abſcondiſſe (*memoratum*) librum medicinalem, hocque ejus factum fuiſſe approbatum. Comminuiſſe ſerpentem æneum, (*qui populus iſto abutebatur ad idololatriam,*) idque ſimiliter fuiſſe approbatum. Traxiſſe (*ad ſepulchrum*) oſſa (*impii*) patris ſui ſuper lecto (*vili*) e funibus, (*cum Reges alii ſuper lecto pretioſo, argento auroque copioſe diſtincto, fuerint elati; feciſſe autem hoc ipſum propterea, ut DEO conſtaret debitus honos, a Patre ſuo neglectus, utque populus ab imitatione Patris ſui abſterreretur, & ad Divini Nominis reverentiam revocaretur,*) atque hoc itidem fuiſſe approbatum. Tria vero commiſiſſe, in quibus calculum (*Doctorum*) non obtinuerit. Obſtruxiſſe aquas Gichonis (*ſ. Siloæ, qui erat fons quidam parvus prope Hieroſolymam, de quo* 1. *Reg. I.* 33. *ut Reges Aſſyriæ cum exercitu ad urbem venientes aqua deſtituerentur, uti habetur* 2. *Chr. XXXII.* 4.) Sed hoc non fuiſſe approbatum, (*quia officii ipſius erat, DEO fidere, qui opem ſuam, atque protectionem contra Aſſyrios promiſerat Eſ. XXXVII.* 35. *& XXXVIII.* 6.) Amputaſſe fores templi, easque transmiſiſſe ad Regem Aſſyriæ, ſed hoc itidem non fuiſſe approbatum. Denique intercalaſſe menſem Niſan, quando menſis iſte jam inceperat, (*atque communicato cum Principibus ſuis, totoque cœtu conſilio, feciſſe ex illo Adarem ſecundum, quia magna pars Sacerdotum & populi nondum erat ſufficienter ſanctificata ab immunditie iſta, quam ſub Achaſo contraxerunt, adeo ut ſtato tempore Paſcha edere non poſſent, de quo vid.*

2. *Chr.*

2. *Chr.* XXX. 2, 3.) Sed nec hoc fuiſſe approbatum. Numquid autem neſcivit Hiskias Textum illum Exod. XII. 2. *Menſis hic vobis erit caput menſium*; hic inquam Niſan, & non alius Niſan? *Quomodo ergo potuit in animum inducere, intercalare menſem Niſan, quando is jam actu inceperat, ita ut transformaret illum in Adarem ſecundum, & ſequentem menſem faceret Niſan?* Quare dicendum potius, illum erraſſe circa id, de quo notum illud Samuelis dictum loquitur. Samuel enim (*uti ex Baretitha conſtat*) docuit, non licere intercalare annum die trigeſimo Adar, (*ſi is jam actu illuxerit*) quia fieri poteſt, ut dies iſte conſtituatur primus Niſan, (*nempe quando Adar eſt deficiens, dierum tantum* 29. *qualis eſt in annis non intercalatis.*) Hiskias vero ita ſtatuit; Quia fieri poteſt, ut dies trigeſimus Adar conſtituatur demum primus Niſan, nondum illum vocamus (*primum Niſan actu talem, atque hinc licite adhuc a me intercalabitur annus in die hoc, intercalavitque iſtum, cum jam dies iſte trigeſimus Adar illuxiſſet.* R. Jochanan docuit nomine R. Joſe filii Simræ, Si quis (*coram Deo pro obtinendo beneficio aliquo*) alleget (*in ſuis precibus*) propria merita, tanquam cauſſam impulſivam exauditionis, ei DEUS pro cauſſa impulſiva opponit merita aliorum, *poſthabitis meritis ipſius propriis*;) ſi quis autem in ſuis precibus provocet ad merita aliorum. allegat DEus pro cauſſa impulſiva exauditionis merita ipſius propria. Moſes (*in ſuis precibus*) provocavit ad merita aliorum, quemadmodum legitur Exod. XXXII. 13. *Memento Abrahami, Iſaaci & Iſraelis ſervorum tuorum*; hinc Scriptura pro cauſſa collati beneficii allegat propria ipſius merita, ſicuti

ſicuti dicitur Pſ. CVI. 23. *Dixit ſe perditurum illos, niſi Moſes electus ipſius ſtetiſſet in ruptura ante ipſum, ut averteret excandeſcentiam ipſius, ne perderet ipſos.* Contra autem Hiskias provocavit ad propria ſua merite, ſicut ſcriptum eſt 2. Reg. XX. 3. *Memento quæſo, me ambulaſſe coram te in veritate & corde ſincero, & bonum in oculis tuis feciſſe*; hinc Deus ei opponit merita aliorum, (*neglectis ipſius meritis*,) ceu elucet e verbis 2. Reg. XIX. 34. & XX. 6. *Protegam urbem hanc, ad ſervandum eam, propter Me, & propter Davidem ſervum meum.* Atque hoc convenit cum ſententia R. Joſuæ ben Levi, qui dicere fuit ſolitus; Quid ſibi volunt verba Eſ. XXXVIII. 17. *Ecce propter pacem mihi amaritudo erat amariſſima?* Reſp. Id volunt, quod etiam tum, quando Deus ſanctus benedictus ad Hiskiam miſit pacem, (*i. e. quando per Eſaiam ipſi curavit intimari pacem*,) amarum tamen ipſi fuerit, (*quod in conceſſione beneficii hujus prætereantur merita ipſius propria, atque aliena allegentur. Sed ſatis de Hiskia.*

CCXVI. MANASSÆ Regis pœna a DEO immiſſa, & pœnitentis precatio.

Targum 2. Paralipom. XXXIII. 11. ſeq.

FEcerunt autem Chaldæi inſtrumentum æneum, atque perforarunt illud foraminibus hinc inde minutiſſimis, atque incluſerunt Manaſſem in illo, & junxerunt ei circumcirca ignem, quo eum affligente, quæſivit ab omnibus Idolis,

Idolis, quæ fecerat, *auxilium*, non vero ſunt opitulati, non enim in iis eſt utilitas; reverſus itaque eſt, & oravit Jehovam, Deum ſuum, atque humiliavit ſe admodum coram Jehova, Deo Majorum ſuorum.

Ubi vero coram eo oraviſſet, è veſtigio iverunt omnes Angeli, quotquot Præfecti ſunt introitibus Portarum Orationis, quæ in cœlis ſunt, atque occluſerunt propter eum omnes introitus Portarum Orationis, quæ in cœlis ſunt, & omnes feneſtras cancellosque Cœlorum, ne ſuſciperetur Oratio ejus: E veſtigio autem convolutæ ſunt miſericordiæ Domini Mundi, cujus dextra extenſa eſt ad ſuſcipiendum Peccatorem, redeuntes ad timorem ejus, atque rectificantes figmentum cordis ſui per Converſionem; Fecit itaque feneſtram atque foramen in Cœlis ſub Throno Gloriæ ſuæ, atque *ſic* audivit Orationem ejus, atque ſuſcepit petitionem ejus, commovitque Mundum per Verbum ſuum, ut diffinderetur - - - atque inde exiret; Prodiit autem Spiritus ab intra alas Cherubinorum, atque afflavit eum, *Menaſſen*, per Decretum τοῦ λόγου Verbi Domini, ut rediret ad Regnum ſuum Hieroſolymas. Intellexit vero Menaſſe, quod Jehova ſit Deus, qui fecit cœlos, ſigna atque miracula hæc, converſus itaque eſt ex toto corde ſuo coram Jehova, atque dereliquit omnia Idola, neque ſervivit eis *poſthac*.

Scholion

Scholion in Jo. Damaſceni parallelis ſacris T. 2. edit. novæ Clariſſ. Viri Michaëlis le Quien, pag. 463.

Ἱστόρηται δὲ Ἀφρικανῷ, ὅτι ἐν τῷ λέγειν ᾠδὴν τὸν Μανασσῆ, τὰ δεσμὰ διερράγη, σιδηρᾶ ὄντα, καὶ ἔφυγεν.

Memoriæ proditum eſt ab Africano, quod dum orationem Manaſſes funderet, vincula ferrea confracta ſint, & ipſe fugerit.

Eadem profert Lambecius III. p. 39. è Γνωμικοῖς variorum quæ in Bibliotheca Vindobonenſi habentur MSS. Conferenda etiam ſunt quæ Suidas in Μανασσῆς refert è Cedreno, & quæ de Manaſſe auctor Operis Imperfecti in Matthæum homil. I. p. 11. tum Syncellus, Glycas, Eutychius, Abulpharajus & alii Chronicorum ſcriptores. Illa enim utpote prolixiora nolo hic deſcribere, quemadmodum nec repetere ea quæ de precatione Manaſſeæ, quæ adhuc exſtat, copioſè diſſerui lib. 3. Bibliothecæ Græcæ cap. 29, §. 4.

CCXVII. JEREMIÆ Apocrypha.

Num ex iis petita loca Matth. II. ult. XXVII. 9. Epheſ. V. 14. & 1. Petri III. 19. Prophetia Jeremiæ num truncata â Judæis.

SCribit Sgambatus p. 359. Archivorum Vet. Teſt. Origenem fuiſſe in ea ſententia, quod verba Matthæi II. ult. ὅτι Ναζωραῖος κληθήσεται petita ſint è libro Apocrypho Vaticiniorum Jeremiæ, qui memoretur ab Hieronymo in Matth.

Matth. XXVII. & qui fuerit apud veteres Nazaræos. Sed nusquam hoc tradit Origenes, nec quisquam veterum quod quidem meminerim.

Sed de verbis Matthæi XXVII. 9. *Tunc impletum eſt quod dictum eſt per Hieremiam Prophetam dicentem: Et acceperunt triginta argenteos*, &c. Vide Origenis locum, ſupra p. 815. cui aſſentitur Paulus Colomeſius p. 32. Obſervatt. ſacrar.

Hieronymus ad Matthæum: *Legi nuper in quodam Hebraico volumine, quod Nazarenæ ſectæ mihi Hebraus obtulit, Hieremiæ Apocryphum† in quo hæc ad verbum ſcripta reperi. Sed tamen mihi videtur magis de Zacharia* (XI 12.) *ſumtum teſtimonium, Evangeliſtarum & Apoſtolorum more vulgato, qui verborum ordine prætermiſſo, ſenſus tantum de Veteri Teſt. proferunt exemplum.* Unde vero Jeremiæ nomen, quod jam olim omnes Codices & verſiones occupat? quis enim auſit cum Auguſtino III. 7. de conſenſu Evangeliſtar. id referre ad memoriæ lapſum in ſacro ſcriptore? vel ad turbatos Græcos Prophetiarum Jeremiæ codices, cum Stephano le Moyne diſſ. Theolog. ad locum Jerem. XXIII. 6. p. 127. ſeq. vel quis probet in Matthæo Hebraico pro ביד הנביא in manu Prophetæ, ſcriptum ביר הנביא *per Jeremiam Prophetam.* Vel in avthographo Græco unde omnes Codices promanarunt, a Matthæo ſcriptum fuiſſe ΙΕ̄ΡΙΟΥ, pro quo librarii ΙΕΡΙΟΥ poſuerint, cujus generis compendia tam antiqui uſus non eſſe, obſervat Jo. Millius. Incredibilis quoque mihi viſa ſemper eſt Lightfooti con-

† Ex Hieronymo repetit Zacharias Chryſopolitanus T. 19. Bibl. Patrum p. 937.

conjectura, virorum Clarisſimorum * licet calculo approbata, quod nempe Matthæus Jeremiam citaverit pro toto volumine Prophetarum, quoniam in illo primum locum occuparet Jeremias. *Quare non video quid obſtet*, inquit Grotius ad h. l. *quo minus dictum de triginta ſiclis ab Jeremia primitus uſurpatum, per Zachariam repeti Deus voluerit, quod tamen hic citetur primi auctoris nomine, quanquam in libris ab eo ſcriptis non exſtat. At Hieronymus oſtenſum ſibi ait a Nazarenæ ſectæ homine librum in quo id exſtaret ſub Jeremiæ nomine: qui liber privatam continuit annotationem famæ antiquitus traditæ per ora Hebræorum. Tales autem annotationes quia publica auctoritate factæ non ſunt, merito vocantur ἀκανόνιϛοι, neque tamen id obſtat, quo minus in eis multa contineantur & vera & vetera.* Joſephus Medus in fragmentis ſacris, recuſis T 10. faſciculorum Tho. Crenii p. 229. *Suſpicari quis poſſit Spiritum S. capita IX. X. XI. Zachariæ genuino ſuo auctori vindicare voluiſſe. Pluſcula enim in illis ſunt, quæ ſi quis attente conſideret, non tam Zachariæ ætati convenire videantur, quam Jeremiæ. Sed quoniam forſan a Zacharia poſt captivitatem reperta, ejusque teſtimonio & fide primum Eccleſiæ commendata, inde factum ut Prophetiæ ejus adjungeretur.* Et fidentius adhuc p. 260. *Poſtrema capita Zachariæ non erant ejus, utpote cujus tempori res contentæ non conveniunt, unde Matth. XXVII. 9. recte tribuuntur Jeremiæ.* In eandem ſententiam diſputat

* Jo. Sauberti var. lect ad Matthæum p. 227. & Joſiæ Henrici Opitii, in diſſ. de Jeremia inter majores Prophetas primo. Lipſiæ 1705. Vide ſis quæ illi conjecturæ opponuntur a Jo. Friſchmutho in diſſ. ad vaticinium Zachariæ XI 12. cap. 3. §. 10. ſeq. & a Rev. D. Salomone Deylingio parte 1. Obſerv. ſacr. p. 115. ſeq.

disputat IV. Epist. 31. & Hammondus ad Hebr. VIII. 9. Addam & hæc Grotii loco laudato: *Imprimis amat Zacharias imitari locutiones Jeremiæ. Quis enim non videt, quod apud eum est I. 4. sumtum ex Jerem. XVIII. 11. & XXXV. 15. Quod est apud eundem I. 6. ex Threnis Jerem. II. 17. quod est III. 8 ex Jeremiæ XXIII. 5. atque alia ejusmodi. Quapropter etiam dicere solent Judæi, spiritum Jeremiæ fuisse in Zacharia, atque adeo Jeremiam eundem esse & Zachariam.* Franciscus Turrianus suspicatus est Matthæum ista desumsisse ex *ἀναγραφαῖς* Jeremiæ, quarum mentio fiat 2. Maccab. 2. 13. Vide Blondelli Turrianum vapulantem p. 35. & in prolegomenis p. 87. quanquam in Maccabæorum libro tantum memorantur *ἀναγραφαί*, ex quibus aliquid de Jeremia refertur, non *ἀναγραφαὶ Ἱερεμίου*.

In Codice MS. sæculi IX. qui exstat Romæ in Bibl. Monachorum Ordinis S. Basilii, notatur (teste Clariss. Montfaucono in Diario Italico p. 212.) locus Pauli Ephes. V. 14. *ἔγειραι ὁ καθεύδων surge qui dormis, & exsurge a mortuis, & illuminabit te Christus*, petitus esse ex Apocrypho Hieremiæ. Apud Eliam hæc legi scripsit Epiphanius in loco quem dedi supra p. 1074. licet Grotius ad Ephes. V. & ex eo Combefisius ad Hippolytum de Antichristo nota 38. perperam scribunt ad Epiphanio & aliis Jeremiæ illud dictum tribui. Sed Codici illi MS. hoc diserte facienti suffragatur Georgius Syncellus p. 27. *Πλὴν καὶ ὁ μακάριος Παῦλος πανταχοῦ ἐχρήσατό τισιν ἐξ Ἀποκρύφων χρήσεσιν, ὡς ὅταν φησὶν ἐν τῇ πρὸς Ἐφεσίους ἐκ τῶν Ἱερεμίου λεγομένων Ἀποκρύφων, ἔγειραι ὁ καθεύδων*, Hippolytus de Antichri-

ſto c 65. Prophetæ quidem tribuit, ſed nec Eliam nominat nec Jeremiam, ὁ ἼΠροφήτης λέγει, ἔγειραι ὁ καθεύδων καὶ ἐξεγέρθητι ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ χριστός. In Combefiſii verſione male excuſum *Propterea quoque* pro *Prophetâ quoque*. Hieronymus ad Epheſ. V. *Quærat aliquis quisnam ſit iſte qui dicat:* Surge qui dormis & exſurge a mortuis, *aut cujus teſtimonio Apoſtolus ſit abuſus. Et quidem qui ſimplici reſponſione contentus eſt, dicet in reconditis eum Prophetiis & his quæ vocantur Apocrypha, hæc lecta in medium protuliſſe, ſicut in aliis quoque locis illum feciſſe manifeſtum eſt, non quod Apocrypha comprobaret,* * *ſed quomodo & Aratî*

* Similiter Origenes proleg. in Canticum Canticor. *Operoſum eſt & procul ab opere propoſito ſi velimus nunc inquirere quam multorum librorum commemoratio ſiat in Scripturis Divinis, quorum lectio nulla nobis omnino tradita. Sed neque apud Judæos haberi quidem uſum hujuſmodi reperimus lectionum, quæ ſive pro eo quod aliqua ſupra humanam intelligentiam continebant, placuit Spiritui ſancto auferri de medio, ſive quod eſſent de Scripturis his quæ appellantur Apocryphæ, pro eo quod multa in eis corrupta, & contra fidem veram inveniuntur a majoribus tradita, non placuit eis dari locum, nec admitti ad auctoritatem. Supra nos eſt pronunciare de talibus. Illud tamen palam eſt, multa vel ab Apoſtolis vel ab Evangeliſtis exempla eſſe prolata & Novo Teſt. inſerta, quæ in his Scripturis quas Canonicas habemus nunquam legimus, in Apocryphis tamen inveniuntur, & evidenter ex ipſis oſtenduntur eſſe aſſumta. Sed ne ſic quidem locus Apocryphis dandus eſt, non enim transeundi ſunt termini quos ſtatuerunt Patres noſtri. Potuit enim fieri, ut Apoſtoli vel Evangeliſta ſancto Spiritu repleti ſciverint quid aſſumendum ex illis eſſet ſcripturis, quidve refutandum: nobis autem non eſt abſque periculo aliquid tale, præſumere, quibus non eſt tanta ſpiritus abundantia,*

Arati & Epimenidis & Menandri versibus sit abusus ad ea quæ voluerat.

Clarissimi viri Frid. Syllurgius notis ad Justinum Martyrem, Paulus Colomesius in observationibus sacris p. 118. & Jo. Ernestus Grabe p. 253. ad Irenæum, vix dubitant Petrum Apostolum priore Epistola III. 19. in animo habuisse hunc locum Jeremiæ, quem ex ejus Prophetia erasum a Judæis queritur Justinus a) Martyr Dialogo cum Tryphone p. 298.

Ἐμνήσθη ὁ Κύριος ὁ Θεὸς ἅγιος c) Ἰσραὴλ τῶν νεκρῶν αὐτοῦ τῶν κεκοιμημένων εἰς γῆν χώματος, καὶ κατέβη πρὸς αὐτοὺς εὐαγγελίσασθαι αὐτοῖς τὸ σωτήριον αὐτοῦ.

Et commemoratus est b) Dominus sanctus Israel mortuorum suorum, qui dormierunt in terra sepultionis, & descendit ad eos evangelizare salutem quæ est ab eo ut salvaret eos.

Eodem loco etiam hæc ex Hieremiæ dictis rescidisse Judæos d) Justinus arguit, quæ tamen fa-

a) Justinus: καὶ ἀπὸ τῶν λόγων δὲ αὐτοῦ Ἱερεμίου ὁμοίως ταῦτα πεπόηκαν.

b) Latina hæc versio depromta ex interprete Irenæi III. 23. (ubi male Esaiæ tribuitur) Occurrit & idem locus apud Irenæum IV. 39. sub nomine Hieremiæ, & sub nomine Prophetæ IV. 56. 66. & V. 31. Confer Pearsonium ad Symbolum p. 430.

c) Ἅγιος Ισραὴλ pro ἀπὸ Ἰσραὴλ quod habent Justini Codices ex veteri interprete Irenæi recte restituit clariss. Grabius.

d) Justinus: καὶ ἀπὸ τῶν διὰ Ἱερεμίου λελεχθέντων ταῦτα πεποιήκασιν — καὶ ἐπειδὴ αὕτη ἡ πεποίηκεν

tetur in quibusdam adhuc Codicibus relicta, & paucissimis mutatis leguntur adhuc hodie in Codicibus Jerem. XI. 19.

Ἐγὼ ὡς ἀρνίον φερόμενον τοῦ θύεσθαι. ἐπ' ἐμὲ ἐλογίζοντο λογισμὸν λέγοντες. δεῦτε ἐμβάλωμεν ξύλον εἰς τὸν ἄρτον αὐτοῦ, καὶ ἐκτρίψωμεν αὐτὸν ἐκ γῆς καὶ ἡ ἐκ τῶν λόγων τοῦ Ἱερεμίου ἔτι ἐστὶν ἐγγεγραμμένη ἔν τισιν ἀντιγράφοις τῶν ἐν συναγωγαῖς Ἰουδαίων, πρὸ ὀλίγου χρόνου ταῦτα ἐξέκοψαν.

e) Ego sicut agnus sine macula perductus sum ad victimam. In me cogitaverunt cogitationem, dicentes: Venite mittamus lignum in panem ejus f) & *Et ex Hieremiæ responsis hæc reciderunt ——— Et quia resectio ista ex Hieremia adhuc in quibusdam exemplaribus, quæ in Judæorum servantur synagogis, scripta reperitur, nonita diu est cum hæc verba reciderunt.*

e) Latina hæc ex Lactantii IV. 18. respondent lectioni Codicum vulgatorum Græcæ versionis; Ἐγὼ ὡς ἀρνίον ἄκακον ἀγόμενον τοῦ θύεσθαι.

f) Apud Tertull. adversus Judæos: *Et contemnunt eum a terris Sirorum, & nomen illius non memorabitur amplius.* Cæterum quod ad Justini criminationem attinet, qui Judæis impingit quod loca hæc & alia quædam in Christianæ rei odium eraserint, parum illa videbitur verisimilis, cogitantibus alia longe clariora eosdem reliquisse, & maxima semper religione integritatem librorum sacrorum prosequi ac tueri solitos. Igitur credibilius est Codices Græcæ versionis jam privata quorundam Apocryphis se delectantium studio interpolatos, jam librariorum oscitantia mancos fraudi beato Martyri fuisse. Ac de mira exemplarium Græcæ versionis, præcipuæ in Jeremia, confusione non minus certe Christianorum quam Judæorum tribuenda negligentiæ, notæ sunt Origenis querelæ, quibus videnda laudati Grabii diss. de vitiis variis LXX. Interpretum versioni ante Origenis ævum illatis.

γῆς ζώντων, καὶ ὄνομα αὐτοῦ ἔτι μὴ μνησθῇ ἐκεῖτι. eradamus a terra vitam ejus, & nomen alius non erit in memoria amplius.

In Pſeudo Abdia lib. IV. c. 6. laudantur hæc ut Jeremiæ: *Ecce veniet redemtor tuus Hieruſalem, & hoc ejus ſignum erit: Cæcorum oculos aperiet, ſurdis reddet auditum, & voce ſua excitabit mortuos.* Conferlocum Eſ. XXXV. 5. objectum Celſo ab Origene lib. 2. p. 87.

Omitto quæ per memoriæ lapſum Jeremiæ tribuuntur cum aliorum Prophetarum ſint, ut apud Chryſoſtomum in Matth. XXI. 23. editum a Cotelerio III. monument. p. 142. ἄκουε Ἱερεμίου λέγοντος· ἀκούσατέ μου οἱ μισθῦσι χρίσιν οἱ πάντα τὰ ὀρθὰ διαστρέφοντες, quæ verba extant apud Micham III. 9.

Omitto etiam quod quatuor libros Regum a Jeremia ſcriptos eſſe perſvaſum Judæis plerisque quibus aſſentitur Grotius præf. ad libros Samuelis & ad 3. Reg. VI. 1. qui notavit etiam ſub Jeremiæ nomine laudari a Concilio Francofurtenſi.

Pſalmus ſexageſimus quintus Davidis Jeremiæ & Ezechielis nomen præſcriptum gerit, *quod nimirum* (verba Huetii ſunt p. 462. Demonſtrationis Evangelicæ) *ad Pſalmorum Davidicorum formam a Jeremia compoſitum Ezechiel, ad quem fuerat miſſus, aliquibus fortaſſe adjectis vel reſectis, vel mutatis, ad præſentem rerum ſtatum accommodaverit, & populo præcinendum dederit.*

CCXVIII. Apocryphæ de Jeremia & aliis Prophetis narrationes.

S. Epiphanius de vitis Prophetarum, T. 2. Opp. p. 239. seq.

ΙΕΡΕΜΙΑΣ ὁ Προφήτης ἦν ἐξ Ἀναθὼθ, καὶ ἐν Ταφναις Αἰγύπτου λιθοβοληθεὶς ὑπὸ τοῦ λαοῦ ἐτελεύτησεν. κεῖται δὲ ἐν τόπῳ τῆ οἰκήσεως Φαραὼ, ὅτι οἱ Αἰγύπτιοι ἐδόξασαν αὐτὸν εὐεργεληθέντες ὑπ' αὐτοῦ. ἀσπίδες δὲ, καὶ τῶν ὑδάτων θῆρες, ὃς καλοῦσιν οἱ Αἰγύπτιοι b) Νεφώθ. Ἕλληνες δὲ Κροκοδείλους, ἦσαν αὐτοῖς θανατοῦντες, καὶ ἐυξαμένου τοῦ Προφήτου Ἱερεμίου ἐκωλύθη εἰς τὴν γῆς ἐκείνης ὁ θυμὸς τῶν ἀσπίδων, καὶ εἰς τὸν ποταμὸν ὡσαύτως τὰ ἕνεδρον τῶν θηρίων· καὶ ὅσοι εἰσὶν πιστοὶ, ἕως σήμερον εὔχονται ἐν τῷ τόπῳ

HIEREMIÆ Prophetæ patria fuit Anathoth. a) Ipse autem Taphnis Ægypti urbe a populo lapidibus oppressus interiit Situs est in eo loco, ubi Pharao quondam domicilium habuit. Nam Ægyptii ob acceptum ab illo beneficium summum ei honorem habuerunt. Cum enim aspides, & aquatiles bestiæ, quas Ægyptii *nephorb*, b) Græci crocodilos vocant, exitium illis inferrent, orante Hieremia Propheta, tam aspidum in terra furor, & rabies, quam in fluvio belluarum

ἐκείνῳ,

a) Eadem habet Chronicon Paschale p. 156. Quod vero ad genus Prophetæ attinet, Syncellus p. 218 ex Hippolyti fide scribit eum fuisse fratrem Susannæ, & filium Chelciæ sacerdotis summi. qui regnante Josia Legis volumen reperit.

b) leg. Μενεφώθ.

ἐκείνῳ, καὶ λαμβάνοντες τῦ χοὸς, δῆγμα ἀσπίδων θεραπεύουσιν, καὶ αὐτὰ τὰ θηρία φυγαδεύουσιν. ὅθεν ὁ προφήτης σημεῖον ἔδωκε τοῖς Αἰγυπτίοις ἱερεῦσιν, λέγων· ὅτι δεῖ σειοθῆναι πάντα τὰ εἴδωλα αὐτῶν, καὶ συμπεσεῖν τὰ χειροποίητα πάντα, ὅταν ἐπιβῇ ἐν Αἰγύπτῳ παρθένος λοχεύουσα σὺν βρέφει θεοειδεῖ. καὶ ἐγένετο αὐτοῖς. (Διὸ καὶ νῦν τιμῶσι παρθένον λοχὸν, καὶ βρέφος ἐν φάτνῃ τιθέν-

rum insidiæ compressæ sunt. Unde adhuc usque tempus fideles, qui illic sunt, omnes orare in eodem illo loco solent; sumptoque pulvere morsibus aspidum medentur, ac crocodilos fugant. c) Idem vero Propheta sacerdotibus Ægyptiis signum dedit, ac denuntiavit, omnia illorum esse quatienda simulacra, & quæ manu elaborata erant signa ruitura, d) cum virgo

c Addit pseudo Dorotheus de Vitis Prophetarum & Chron. Paschale, Alexandrum M. Jeremiæ reliquias Alexandriam secum asportasse. Confer Svidam in ἀργόλαι. Idem traditum quoque Abulfaraio, Eutychio aliisque.

d) Hinc lapidibus obrutum ab Ægyptiis Jeremiam tradit Syncellus p. 225. 230. Elmacinus p. 128. Isidorus de vita sanctorum &c. Cum antea jussu Zedekiæ in foveam demersus esset Jerem. XXXVIII. 6. Ambrosius II. 9. de Jacob & vita beata: *Negat beatum Esaiam, cum medius secaretur, Jeremiam cum mergeretur.* Gregentius p. 19. disp cum Herbano Judæo: Ἱερεμίαν ἐν Βορβόρῳ ἡκοντίσατε. Sepultum Jeremia in Ægypto tradi non procul Cairo magna urbe, refert Paulus Lucas T. I. itinerarii sui p. 37. Alii supersesse etiamnum & cum Elia rediturum opinabantur. Hinc Joannem baptistam alii pro Elia, alii habebant pro Jeremia. Matth. XVI. 14. *Nam Hebræi*, inquit Grotius, *exspectabant reditum Jeremiæ, ut ex Gorionide apparet. Imo quidam animam Jeremiæ renatam in Zacharia existimabant quomodo animam Phineæ in Elia.*

τες προσκυνῦσι καὶ Πτολεμαίῳ τῷ βασιλεῖ πυθανομένῳ τὴν αἰτίαν ἔλεγον, ὅτι παλαιοπαράδοτον ἡμῖν ἐστι μυστήριον ὑπὸ ὁσίου τ προφήτου τοῖς πατράσιν ἡμῶν παραδοθὲν, καὶ ἐκδεχόμεθα τὸ πέρας τ μυστηρίου ἡμῶν.) ὅτι ὁ προφήτης πρὸ τ ἀλώσεως τ ναῦ ἥρπασεν τὴν κιβωτὸν τ νόμου, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ πάντα, καὶ ἐποίησεν αὐτὰ καταποθῆναι ἐν πέτρᾳ, καὶ εἶπεν τοῖς ἱερεῦσι τ λαοῦ καὶ τοῖς προστυλίοις παρεστῶσιν ἀπεδήμησεν Κύριος ἐκ Σινᾶ

puerpera divino cum infante pedem in Ægyptum posuisset. Nec vana fuit prædictio. (Ob id puerperam virginem hodieque venerantur; & infantem in præsepi jacentem adorant. Cujus rei causam scisscitanti Ptolemæo regi, responderunt: Mysterium illud est, quod a majoribus accepimus, quodque a sancto Propheta est illis editum; cujus nos præstolamur exitum.) Hic ille præterea ante excidium Templi legis arcam, e) quæque

εἰς

e) Syncellus p. 216. ἔυρον ἔν τινι ἐν ἀντιγράφῳ ὅτι μετὰ τὴν τελευτὴν Ἰωσίου Ἱερεμίας ὁ προφήτης κατὰ χρησμὸν θεῖον προσέταξε τοῖς ἱερεῦσιν ἆραι τὸν κιβωτὸν καὶ τὴν σκηνὴν καὶ ἀκολουθῆσαι αὐτῷ. Καὶ ἐξελθὼν τὴν πόλιν ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος ὅπου καὶ ὁ Μωϋσῆς ἀναβὰς εἶδεν τὴν γῆν τ ἐπαγγελίας. Καὶ εὑρὼν σπήλαιον εἰσήγαγεν ἐν αὐτῷ τὴν σκηνὴν καὶ τὴν κιβωτὸν καὶ τὸ θυσιαστήριον καὶ τὴν τράπεζαν καὶ τὴν λυχνίαν, καὶ τὰ λοιπὰ ἅγια σκεύη, φράξας τὴν εἴσοδον. Τινὲς δὲ τῶν σὺν αὐτῷ ἱερέων ἐπέστρεψαν ἐπισημήναντες

τῶν

ἐκ τὰς ὑρεινὰς, καὶ πάλιν ἐλεύσεται ἐν δυνάμει ἁγία. καὶ ἔστο σημεῖον ἔσαι τ̃ αὐτ̃ παρουσίας, ὅτε ξύλον πάντα τὰ ἔθνη προσκυνήσουσιν. εἶπεν δ̃ αὐτοῖς, * ὅτι τὴν κιβωτὸν ταύτην ὄψεις ἀναπλύξει ἔτι ἱερέων ἢ Προφητῶν, εἰ μὴ Μωυσῆς ὁ ἐκλεκτὸς τ̃ Θε̃, ταὶς ἐν αὐτῇ πλάκας ὄψεις ἀναπλώσει, εἰ μὴ Ααρών. καὶ ἐν ἀναστάσει πρῶτον ἡ κιβωτὸς ἀναστήσεται, κ̀ ἐξελεύσεται ἐκ τ̃ πέτρας, κ̀ ταθήσεται ἐν τ̃ ὄρει Σινᾶ, καὶ πάντες οἱ ἅγιοι πρὸς αὐτὴν συναχθήσονται τὸν τόπον. --- εἰπὼν ἕως ἐπιστρέψαι Κύριον τὸν λαὸν αὐτ̃ καὶ ἵλεως γένηται. Confer quæ de *sacro igne* per Ieremiam defosso in monte Nebo, leguntur 2. Maccab. 2. & apud Iosephum Gorionidem lib. I. c. 17. Abulfaraium p. 57. qui de *sacris libris* etiam ab eo absconditis refert p. 46. licet tota illa narratio fabulosa videtur Riveto T. 2. Opp. p. 878. & Reinesio defensione Var. Lect. pag. 52.

in ea continebantur, eripuit, atque in saxum absorpta condidit. Tum adstantibus populi Sacerdotibus, ac Senioribus dixit: *Dominus e Sina in cœlum abiit, indeque cum sancta virtute revertetur. Atque hoc signum adventus illius erit: cum videlicet lignum † gentes omnes adorabunt.* De hinc adjeceit: *Arcam istam Sacerdotum, aut Prophetarum nemo reserabit, præter electum DEI Moysen: tabulas vero, quæ in illa sunt, unus Aaron expandet. In resurrectione porro prima omnium exurget arca, &*

† Crucem intellige.

* Augustan. MS. τὴν δ̃ κιβωτὸν ταύτην ὄψεις ἐκβαλλει, εἰ μὴ Ααρών, καὶ ταὶς ἐν αὐτῇ πλάκας ὄψεις ἀναπλύσει ἱερέων ἢ Προφητῶν εἰ μὴ Μωυσῆς, &c.

ται ἐκεῖ ἐνδεχόμενοι τὸν Κύριον, καὶ τὸν ἐχθρὸν φεύγοντες ἀνελεῖν αὐτὸς θέλοντα. καὶ ἐσφράγισε τὴν πέτραν ἐν τῷ δακτύλῳ τὸ ὄνομα Κυρίου, καὶ γέγονεν ὁ τύπος ὡς γλυφὴ σιδήρου, καὶ νεφέλη ἐσκέπασε τὴν πέτραν, καὶ οὐδεὶς νοεῖ τὸν τόπον ἐκεῖνον, (ἀλλ' ὅτε ἀναγνῶναι τὸ ὄνομα ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης, καὶ) ἕως τῆς συντελείας τῶν αἰώνων τοῦτο. καὶ ἔστιν ἡ πέτρα ἐν τῇ ἐρήμῳ, ὅπου ἡ κιβωτὸς πρῶτον γέγονε, μεταξὺ τῶν δύο ὀρέων, ἐν οἷς κεῖνται Μωυσῆς καὶ Ααρών. ἐν ᾗ ταῖς νυξὶν νεφέλη ὡς πῦρ γίνεται ἐν τῷ τόπῳ ἐκείνῳ κατὰ τὸν τύπον τῶν ἀρχαίων, ὅτι ὁ μὴ παύσεται ἡ δόξα τοῦ Θεοῦ ἐκ τοῦ νόμου αὐτοῦ.

ex illo saxo prorumpet; atque in monte Sina collocabitur: Tum ad eam sancti omnes confluent, ibique Dominum expectantes, hostem, qui sibi necem molitur, effugient. His dictis digito suo Dei nomen imprimens lapidem obsignat, eaque figura f) perinde ac si cœlata ferro esset inhæsit. Ac tum nubes saxum illud obduxit. Neque quisquam aut illum locum novit, aut ad hanc diem legere potuit, neque ad mundi finem unquam poterit. Est illud saxum in ea solitudine situm, ubi arca primum extitit, inter illos montes, in quibus Aaron, ac Moyses jacent. Noctu vero nubes loco illi instar ignis incumbit, ad eorum similitudinem, quæ priscis temporibus acciderunt.

f) In pede montis Horeb incognita quædam scriptura hodieque lapidi incisa visitur, quam homines illius regionis ajunt esse relictam a Jeremia, ad indicandum locum ubi arcam reliquerat. Vide Wagenseilii tela ignea Satanæ p. 441.

runt, ut illud significetur, Dei gloriam nunquam a lege sua recessuram. g)

Videndi præterea de Propheta Jeremia Papebrochius in Actis sanctorum ad Calendas Maji T. 1. p. 5. seq. & T. 7. p. 524. ubi de templo, memoriæ ejus consecrato. Hottingerus in thesauro philolog. p. 473. seq. Huetius in demonstratione Evangelica p. 436. & Herbelotus in Bibliotheca Orientali in *Irmia*.

Prætereo de industria consimiles de aliis Prophetis traditiones & narrationes Apocryphas, de quibus consulet lector ubi lubebit Epiphanium & Dorotheum * de viris Prophetarum, aliosque p. 1071. jam laudatos mihi scriptores, tum Isidorum Hispalensem libro de vita & obitu sanctorum qui DEO placuerunt, atque incerti auctoris argumenta in duodecim Prophetas, quæ Græce leguntur ex Hœschelii ** editione in Criticis Anglicanis

g) Addit Chronicon Paschale p. 157. Διὰ τοῦτο ἔδωκεν ὁ Θεὸς τῷ Ἱερεμίᾳ χάριν, ἵνα τὸ τίλος τοῦ μυστηρίου αὐτοῦ αὐτὸς ποιήσῃ, ἵνα γένηται συγκοινωνὸς Μωϋσέως καὶ Ἀαρών. Καὶ ὁμοῦ εἰσιν ἕως σήμερον, ἐπειδὴ ὁ Ἱερεμίας ἐστὶν ἐκ σπέρματος ἱερατικοῦ.

* Exstat e Wolfg. Musculi versione in Bibliotheca Patrum T. 3. edit. Lugd. p. 422.

** Subjunxerat illa argumenta Hoeschelius Augustæ Vindel. 1602. 4. Adriani Isagogæ S. Scripturæ, libello lectu dignissimo, quem propediem cum versione & notis eruditis vulgandum speramus ab amico nostro Christophoro Woltereck, Glukstadiensi. Ille Adrianus Cassiodoro ac Photio memoratus, idem mihi videtur cum Adriano Monacho, ad quem Epistola S. Nili. II. 60. edit Allatianæ, ubi eum laudat a diligenti lectione ac studio Sacrarum literarum.

nis Tomo VIII. Græce vero ac latine edita sunt à Conrado Rittershusio in asse fatidico, sive Duodecim Prophetis minoribus, latina Metaphrasi Poetica expositis, Ambergæ 1604. 8.

CCXIX. BARUCH ET HABACUC.

IN Athanasii synopsi S. Scripturæ & in Stichometria Nicephori post libros Veteris Test. post ἀντιλεγομένους (Sapientiam Salom. Sapientiam Sirachi, Esther, Judith, Tobiam, Maccabæorum libros IV. Πολεμαϊκὰ, Psalmos Salomonis & Susannam) inter Apocrypha memorantur Βαρὺχ, Ἀμβακούμ, Ἐζεχιὴλ καὶ Δανιὴλ ψευδεπίγραφα. De Ezechiele dicturus sum proximo capite. *Baruchi* scriptum tantummodo noto diversum hoc loco intelligendum videri ab eo quod Græce hodie habemus, quodque in eadem Nicephori stichometria inter libros ἐκκλησιαζομένους memoratur statim post Jeremiam, traditurque fuisse στίχων septingentorum. *Habacuci* autem nomine nihil aliud denotari existimo, quam quod inter fragmenta Danielis legimus de Dracone Bel, cujus hæc fuit inscriptio lecta etiam Hieronymo præf. in Danielem: Προφητεία τοῦ Ἀββακοὺμ υἱοῦ τοῦ Ἰούδα ἐκ Φυλῆς Λευΐ. Ἄνθρωπός τις ἦν ἱερεὺς ὀνόματι Δανιὴλ, υἱὸς τοῦ Ἀβδᾶ, συμπότης τοῦ βασιλέως τοῦ Βαβυλῶνος &c. Mentio historiæ de Dracone Babylonico etiam apud Gorionidem, & in Beresit Rabba sect. 68. Videndus quoque Ælianus XI. 17. Hist. animal. *Danielis* denique ψευδεπίγραφον puto a duobus his scriptoribus

bus innui carmen trium puerorum. Onirocritica enim, quæ intelligi ab Athanasio suspicatur illustris Huetius, dubito a tam antiquo tempore supposita Danieli fuisse. Porro de cæteris in synopsi ac stichometria memoratis vide si placet quæ dixi lib. 3. Bibliothecæ Græcæ cap. 29.

CCXX. ANANIÆ, AZARIÆ & MISAEL Libellus de jejunio.

TAlmudici in tractatu de Sabbato c. 1. *Anania & socii scripserunt Megbilla Taanith.* Confer Sgambatum p. 368.

CCXXI. EZECHIELIS * Prophetia Apocrypha.

FLavius Josephus X. 6. Antiqv. & ex eo Jo. Zonaras T. 1. Annalium p. 79. testatur Ezechielem duos libros scripsisse: *ἀλλὰ καὶ ὁ Προφήτης Ἰεζεκιήλ ὁ πρῶτος μετὰ τοὺς δύο βιβλία γράψας καταλέλιπεν. Sed & Propheta Ezechiel, qui primus* (ante Jeremiam) *duos libros de hoc argumento* (clade & miseria populi Israelitici) *scriptos reliquit.* Hæc Josephi cum commemorasset alter Josephus Christianus, Hypomnestici scriptor, ** subjungit: *ἓν δὲ μόνον ἐπιγινώσκομεν εὑρίσκεσθαι. Nobis non nisi unum inveniri compertum est.* Atque Josephus ipse Judæus

* De longe junioris Ezechielis Poetæ Judæi Tragici ἐξαγωγῆς sive dramate eductionis populi Israelitici ex Ægypto, dixi lib. 2. Bibliothecæ Græcæ lib. 2. cap. 19.

** Vide supra p. 913.

dæus dum 1. in Apionem p. 1036. libros ſacros viginti duos commemorat, non niſi unum Ezechielis librum in illo cenſu computavit. Neque vero unquam plures exſtitiſſe, ſed unum longiorem Prophetæ librum in duas fuiſſe diviſum partes, ita ut poſterior a capite quadrageſimo inciperet, eſt conjectura eruditorum Virorum Stephani le Moyne notis ad Varia ſacra p. 338. 341. & Huetii p. 461. demonſtrat. Evangel. Aliter tamen ſenſiſſe videtur Athanaſius ſynopſeos Scripturæ auctor & Nicephorus in στιχομετρία qui Ezechielis ψευδεπίγραφον commemorant. His accedunt quod loca quædam a veteribus ſub Ezechielis nomine afferuntur, quæ in Prophetia ejus ſacra & Canonica incaſſum quæſiveris.

Ἐν ᾧ ἐυρω σε, ἐν αὐτῷ καὶ κρινῶ σε, εἶπεν ὁ Θεός. *In quo ſtatu te invenero, in ipſo judicabo te, inquit Dominus.* Hæc ἡ τῆ Ἐζεκιὴλ Φωνὴ dicitur Joanni Climaco in ſcala Paradiſi gradu 7. p. 159. & in vita B. Antonii c. 15. Prophetæ etiam tribuit Athanaſius junior qv. 36. ad Antiochum. Adde Grabii notas ad T. 1. Spicilegii Patrum ſæculi I. p. 327. Cotelerium T. 1. monument. Eccleſiæ Græcæ p. 821. ſeq. & Codicem meum Apocryphum Novi Teſt. p. 333.

In quacunque hora ingemuerit Peccator, ſalvus erit, apud Luciferum Calaritanum & alios allegatur, atque Ezechieli tribuitur. Conſer Rich. Simonis novas obſervationes ad textum & verſiones Novi Teſt. c. 20.

Tertullianus de Carne Chriſti c. 23. *Legimus apud Ezechielem de vacca illa quæ peperit & non peperit.*

Τέξεται

τέξεται ἡ δάμαλις, καὶ ἐρεῖσιν ἃ τέτοκεν. Ita locum hunc producit Epiphanius hæresi XXX. c. 30. Ad eundem alludit Clemens Alex. VII. Strom. p. 756. Confer. Jo. Eusebium Nierenbergium lib. X. de origine S. Scripturæ c. 25. & 27. & Stephanum le Moyne libro laudato p. 333. seq.

Idem Clemens I. Pædagogi c. 10. Φησὶ γὰρ διὰ Ἰεζεκιήλ. Ἐὰν ἐπιστραφῆτε ἐξ ὅλης καρδίας, καὶ εἴπητε Πάτερ, ἀκούσομαι ὑμῶν, ὡσπερ λαῷ ἁγίῳ. *Dicit enim per Ezechielem: si conversi fueritis ex toto corde vestro, & dixeritis Pater, audiam vos tanquam populum sanctum.* Integriorem hunc locum producit Clemens alter Romanus c. 8. Epistolæ I. ad Corinthios: μετανοήσατε οἶκος Ἰσραὴλ ἀπὸ τῆς ἀνομίας ὑμῶν. Εἶπον τοῖς υἱοῖς τοῦ λαοῦ μου, ἐὰν ὦσιν αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν ἀπὸ τῆς γῆς ἕως τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐὰν ὦσιν αἱ πυρρότεραι κόκκου, καὶ μελαίνεραι σάκκου, καὶ ἐπιστραφῆτε πρός με ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, καὶ εἴπητε, Πάτερ, ἐπακούσομαι ὑμῶν ὡς λαῷ ἁγίῳ. *Resipiscite domus Israël ab iniquitate vestra. Dic filiis populi mei, si peccata vestra a terra ad cælum usque pertingant, si cocco rubriora & cilicio nigriora fuerint, & ad me ex toto corde conversi fueritis, & dixeritis, Pater, tanquam populo sancto aurem vobis præbebo.* Plurimum huic loco tamquam vere Prophetico tribuit Colomesius in observationibus sacris p. 82. & ad Clementis Epistolam p. 20. putatque ad eundem respicere Johannem in Apocalypsi XVIII. 5. & VI. 12.

Possit etiam aliquis conjicere, ex Apocrypho Ezechielis libro petiisse Epiphanium, & Dorotheum quæ de illius rebus habent, in Canonico Prophetæ volumine neutiquam reperienda. Sed veri-

verisimilius est uti in aliis Prophetarum vitis, ita in Ezechielis quoque, ista hausisse è, Judæorum traditione.

CCXXII. Ezechiel an Nazaratus Assyrius quem audivit Pythagoras. Bibliotheca ad Ezechielis sepulchrum.

ZAratum (Zabratum vel Zaratam aut etiam Nazaratum alii appellant) Assyriorum Philosophum qvem auscultavit Pythagoras cum Propheta Ezechiele quidam olim eundem esse existimarunt quod refert & merito rejicit Clemens Alex. 1. Strom. p. 304. Quemadmodum & Pythagoram ad Judæos penetrasse negat Lactantius IV. 2.

Memînit Benjamin Tudelensis in itinerario suo Bibliotheca librorum primi & secundi templi, quam extare in ripa Euphratis apud sepulchrum Ezechielis Prophetæ ait. Fabulosum hunc auctorem omnes habent. Sed tamen*

Petrus

* Adde testimoniis supra p. 1068. adductis hoc Reinesii p 233. Var. lect. *Etsi narrationes istius Benjaminis, præsertim ubi regna quædam Israelitarum in remotissimis regionibus & inaccessis solitudinibus, de quibus si quid mentiatur, periculum non erat deprehendi, & felicissimum in istis Utopiæ beatæ collimitiis complicum suorum statum ebuccinat, & res Græcorum Romanorumbe figmentis majorum suorum interpolatas obtrudit lectori minimum fidei mereantur: in aliis tamen gentilium* (suorum) *rebus, de quibus cur aliquid fingeret, caussa nulla erat, tuto ipsi creditur, maxime testimoniis aliunde adminiculato.* Cæterorum de Ezechielis sepulchro vide etiam sis Epiphanium T. 2 Opp. p. 241. & de Propheta ipso Acta sanctorum ad X. April. T. I. p. 857.

Petrus della Valle in itinerario ſuo hujus ſepulchri meminit, quod adire neſcio quibus obſtaculis impeditus, neglexit, licet de Bibliotheca nihil. Hæc Morhofius lib. 1. Polyhiſtoris c. 6. Cui adde hæc Wagenſeilii in Sota p. 717. *Supereſt in hunc usque diem Nobiliſſimo Petro de la Valle tom. 1. Itin. epiſt. 17. teſte, haud procul a ruderibus veteris Babyloniæ, ſepulchrum Ezechielis Prophetæ, quod Judæi magna colunt cærimonia, & ubi preces fundere, in ſolemni habent more poſitum. Proinde, ſi non omnia, ſaltem aliqua eorum, quæ de hoc ſepulchro nobis refert Benjaminus in Itinerario, vera ſint, oportet: Sic vero legitur in editione Cl. P Empererii p. 77, ſeqq.*

A Naphha tres paraſangæ numerantur, ad B. Ezechielis Prophetæ Synagogam in ripa Euphratis: ubi e regione Synagogæ LX turres ſunt, & inter ſingulas eſt Synagoga. In illius atrio librorum ſacrorum theca eſt; & poſt Synagogam Ezechielis filii Buzi Sacerdotis ſepulchrum: cui magna pulcherrimique operis teſtudo impendet, quam conſtruxit Jechonias Judæorum Rex, cum XXXV. Judæorum millibus, qui eum ſequebantur, cum ab Evilmerodacho e carcere dimiſſus eſſet. Hic locus, una ſui parte flumen Chobar reſpicit; altera vero Euphratem. Cæterum Jechonias omnesque qui eum comitati ſunt, in pariete ſculpti viſuntur: Jechonias, primo loco Ezechiel ultimo. Is locus ad hunc usque diem quadamtenus Sanctuarium eſt: huc enim e locis remotiſſimis precandi cauſa confluunt, inde ab anni initio, ad feſtum expiationis usque, magnaque gaudia agitant. Quin etiam exulum caput, & Synedriorum Præſides, Bagdado huc profecti,

per agros ad duodecim usq; milliaria, tentoria disponunt: & eodem mercatores Arabes veniunt; magnusque est confluxus, quem Nundinarum voce denotare solent. Ibi productum magnum librum, quem Ezechiel Propheta sua scripsit manu, legunt expiationis die. Super Ezechielis sepulchro die noctesque ardet lampas, inde ab eo tempore, quo eam ipse accendit; & hactenus elychnia identidem mutant, oleumque addunt qui eum sequuti sunt. Ibidem sancta quædam magnaque domus libris plena, ubi etiam cum e prima, tum e secunda æde libri servantur: & quicunque liberis carent, illic libros suos consecrant. Judæi etiam, qui eo ad preces e Persia & Media conveniunt, pro se regionum istarum incolis, vota ad Ezechielis Prophetæ Synagogam deferunt. Quin etiam Magnatum inter Muhammedanos filii, eo ad precandum veniunt, ob ardentem B. Ezechielis Prophetæ amorem: locumque vocant habitaculum elegantiæ vel pulchrum. Eo omnes Arabes, ad preces congregantur. *Paulo contractius, quædam tamen, quæ in istis deesse videntur addendo etiam, hæc extulit Baal Schalschelet Hakkabala p. 20. a.*

Scriptum reperitur in Itinerario R. Benjaminis, idemque in Chronico Johannis Inglesii * confirmatur, Ezechielem diem obiisse supremum vivente Nebucadnezare, & sepultum esse in Babylonia, inter Euphratem, & Chaborem fluvios. Cæterum, cum rerum potiretur Evilmerodach, liberaretque Jehojakimum e carcere, abiit Jehojakim comitatus XXXV. millibus Judæorum, conditque fornicem super sepulchro Ezechielis

Pro

* Anglici.

Prophetæ, atque in hunc usque diem, insculptus ibi conspicitur Jehojakim, cum Ezechiele & cohorte virorum. Hic pariter condiderunt Synagogam ingentem, juxta illum fornicem, e regione vero Synagogæ LX. quasi turres sunt, & inter quamque earum deprehenditur Synagoga. In atrio Synagogæ Ezechielis, arca est (*Codicum sacrorum*,) & retro atque a tergo Synagogæ, est Sepulchrum Ezechielis, quæ omnia junctim vocantur Synagoga Ezechielis. Porro dicavit Jehojakimus Synagogæ Ezechielis, agros & vineas quos Evilmerodach ei ad vitæ sustentationem donaverat, estque is locus Judæis sacro-sanctus, atque illuc, inde ab extremitatibus Orbis, ad Preces fundendas, solent confluere. Cum illuxit Dies Expiationis, producitur Pentateuchus membranaceus, scriptus manu ipsius Ezechielis, ex eoque prælegitur. Atque super Sepulchro, suspensa lucerna est, indesinenter ardens. Porro, est ibi ædificium magnum ex piorum oblationibus conditum, multis libris, qui primi & secundi Templi excidium evasere, refertum. Et vero, Ismaëlitarum Propheta (*Muhammedes*,) cum in his locis imperaret, confirmavit Synagogæ huic, omnes reditus, in diem usque præsentem vigente privilegio.

CCXXIII. Vita * DANIELIS & Prophetia Apocrypha.

Chronicon Paſchale p. 159. ſeq.

Δανιὴλ ὗτος ἦν ἐκ φυλῆς Ιούδα, τῶν ἐξεχόντων τῆς βασιλικῆς ὑπηρεσίας. Αλλ' ἔτι νήπιος ὢν ἤχθη ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ ἐκ τῆς Ιουδαίας εἰς τὴν Χαλδαίων. Εγεννήθη δὲ ἐν Βαθηρὼμ τῇ ἀνωτέρᾳ, καὶ ἦν ἀνὴρ σώφρων, ὥστε δοκεῖν τοὺς Ιουδαίους εἶναι αὐτὸν εὐνοῦχον.

Erat Daniel ex tribu Juda, ex præcipuis Regis miniſtris. Admodum puer ductus eſt in captivitatem ex Judæa in terram Chaldæorum: natus eſt autem in Betherom ſuperiori, adeoque caſtus fuit, ut Eunuchus ab Judæis exiſtimaretur.

Πολλὰ ἐπένθησεν ὗτος τὸν λαὸν, καὶ ἐπὶ τὴν πόλιν Ιερουσαλὴμ. καὶ ἐν νηστείᾳ ἤσκησεν ἀπὸ πάσης τροφῆς ἐπιθυμητῆς, σπέρματα τῆς γῆς ἐσθίων. Καὶ ἦν ἀνὴρ ξηρὸς, καὶ παῦρος, τὴν ἰδέαν ὡραῖος, ἐν χάριτι ὕψιστος. Οὗτος πολλὰ ηὔξατο ὑπὲρ

Is plurimum deflevit pro populo, & pro Hieruſalem, vitamque egit in ciborum omnium deſiderabilium abſtinentia, terræ duntaxat ſemina comedens. Vir erat ſiccus corpore & gracilis, forma decorus, gratia præſtantiſſimus.

* Danielis effigies Commentariis in Danielem a Cornelio a Lapide e Menologio Baſilii Imp. præfixa, non eſt Danielis Prophetæ, ſed Danielis martyris ſub Licinio paſſi, de quo Græci 10. Jul. Conſer Reineſii Varias Lect. p. 232. qui etiam cum Benjamino Tudelenſi, mavult credere Prophetam ſepultum Suſis, quam ut ſcribunt Epiphanius, Pſeudo Dorotheus & Chronici Alex. ſive Paſchalis auctor, Babylone.

ξ Ναβυχοδονόσωρ, ὡς παρακαλῶν αὐτὸν Βαλτάσαρ τὸν υἱὸν αὐτοῦ, ὅτι ἐγένετο θηρίον * καὶ κτῆνος, ἵνα μὴ ἀπώλυται. Ην γὰρ τὰ ἔμπροσθεν ὡς βοῦς σὺν τῇ κεφαλῇ· καὶ οἱ πόδες σὺν τοῖς ὄπισθεν λέων. Ἀπεκαλύφθη δὲ τῷ ὁσίῳ ἀνδρὶ τοῦ μυστηρίου τούτου, ὅτι κτῆνος γέγονε διὰ τὴν ἄλογον αὐτοῦ φιληδονίαν, καὶ σκληροτραχηλίαν, καὶ ὅτι ὡς βοῦς ὑποζύγιον γενήσεται τῇ Βελιάδ, λέων δὲ διὰ τὸ ἁρπακτικὸν καὶ τυραννικὸν, καὶ θυριώδης ἐν τρόπῳ. Ταῦτα ἔχουσιν οἱ δυνάσται ἐν τῇ νεότητι, ἐπὶ τέλει δὲ ὄντες γίνονται, ἁρπάζοντες, ὀλεθρεύοντες, πατάσσοντες, ἀναιροῦντες, τυραννοῦντες, ἀσεβοῦντες, τὰς δὲ ἡττων ἁμοιβὰς ὡσεὶ ἐν χειρὶ Θεοῦ ἀπολαμβάνοντες. Ἐγνω δὲ διὰ τοῦ Θεοῦ ὁ ἅγιος, ὅτι ὡς βοῦς ἤσθιε χόρτον, καὶ ὅτι οὐκ ἐγένετο αὐτῷ ἀνθρωπί-

Hic ſæpius Deum precatus eſt pro Nabuchodonoſor, filii Baltaſar ſvaſionibus, cum beſtia & jumentum factus eſt, ne periret. Antrorſum enim capite bovem, pedibus vero & parte poſteriori leonem referebat. Revelatum eſt autem viro ſancto iſtud myſterium: eo quod ex irrationali voluptatis amore, ac refractario ingenio, in jumentum evaſit, & quod veluti bos, jumentum Beliæ factus eſt: in leonem autem, ex illius rapacitate, tyrannide, ac ferinis moribus, cujusmodi quidem vitiis, qui rerum potiuntur, dum juvenes ſunt infici ſolent, ſub vitæ vero extremum, feræ evadunt, dum rapiunt, vaſtant, feriunt, occidunt, tyrannorum more, ac impie vivunt, quorum

* Dan. IV. 30. ſed ibi de furore Nebucadnezaris ſermo, non de metamorphoſi phyſica.

νης φύσεως τροφῆς ἐπιθυμία. Διὰ ἕτο καὶ ὁ αὐτὸς Ναβυχοδονόσωρ, μεταὶ τὴν πεῦσιν τ τροφῆς ἐν καρδίᾳ ἀνθρωπίνῃ γινομένῳ, ἐκλαυσε καὶ ηξίωσε Κύριον, πᾶσαν τὴν ἡμέραν καὶ νύκτα τεσσαρακονταεις δεομένῳ. Δαίμων δὲ ὑπεγίνετο αὐτῷ, καὶ ἔλαυθανεν ὅτι γέγονεν ἄνθρωπ. Ἠρθη δὲ ἡ γλῶσσα αὐτῦ τ μὴ λαλεῖν, καὶ νοῶν εὐθὺς ἐδάκρυεν, καὶ ὀφθαλμοὶ αὐτῦ ἦσαν ὡς νεκρὸν κρέας ἐν τῷ κλαίειν, πολλοὶ δὲ ἐξιόντες ἐκ τ πόλεως ἐθεώρων αὐτόν.

tandem pœnas a judice Deo recipiunt. A Deo porro edoctus vir ſanctus, ut bovem fœnum comediſſe dixit, nullamque ipſi fuiſſe naturæ humanæ idonei alimenti cupiditatem. Propterea idem Nabuchodonoſor, poſt ciborum concoctionem, cum cor hominis haberet, plorabat, & Dominum ſingulis diebus ac noctibus quadragies deprecabatur. Dæmon vero ad eum accesſit, cum hominem eſſe ignoraret. Elevata eſt ejus lingua, ita ut non potuerit loqui, quod cum intelligeret, ſtatim lacrymabatur, & oculi illius erant ſicut caro mortua dum fleret. Multi autem urbe egreſſi ipſum ſpectabant.

Ο δὲ Δανιὴλ μόνῳ οὐκ ἠθελεν ἰδεῖν αὐτόν, ὅτι πάντα τὸν χρόνον τ ἀλλοιώσεως αὐτῦ ἐν προσευχῇ ἦν ὑπὲρ αὐτῦ. Ἔλεγεν γὰρ, ὅτι, Πάλιν ἄνθρωπ γενήσεται, καὶ τότε ὄψομαι αὐτόν. Καὶ ἠπίστουν αὐτῷ.

Solus vero Daniel illum videre noluit, cum toto iſto transformationis tempore aſſidue pro illo preces funderet. Ajebat enim: *In hominem rurſum evadet, tum illum videbo.* Quod plerique minime credebant.

Ο Δα-

Ο Δανιὴλ ὧν τὰ ἑπτὰ ἔτη, προσευχόμενος πρὸς τὸν ὕψιστον, ἤτησεν γενέσθαι ὡς εἶπεν καιρούς, ἐποίησεν γενέσθαι μῆνας ἑπτά. Καὶ τὸ μυστήριον τῶν ἑπτὰ καιρῶν ἐτελέσθη ἐπ' αὐτόν. Ὅτι ἀποκαλύψας ἐν ἑπτὰ μησὶ, ὡς ἦν τὸ πρὶν, τὰ ἓξ ἔτη καὶ πέντε μῆνας. Ὑπέπεσεν Κυρίῳ, καὶ ὡμολόγει τὴν ἀσέβειαν αὐτοῦ, καὶ πᾶσαν τὴν ἀνομίαν αὐτοῦ, καὶ ἀπέδωκεν αὐτῷ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, καὶ ὅτε ἄρτον, ὅτε κρέα ἔφαγεν, ὅτε οἶνον ἔπιεν, ἐξομολογούμενος Κυρίῳ, ὅτι Δανιὴλ προσέταξεν αὐτῷ ὀσπρίοις βρεκτοῖς, καὶ χλωροῖς ἐξιλεώσασθαι Κύριον. Διὰ τοῦτο ἐκάλεσεν αὐτὸν Βαλτάσαρ, ὡς τὸν υἱὸν αὐτοῦ. Ἠθέλησεν δὲ αὐτὸν συγκληρονόμον καταστῆσαι τῶν τέκνων αὐτοῦ. Ἀλλ' ὁ ἔσιος εἶπεν· Ἱλεώς μοι ἀφεῖναί με κληρονομίαν πατέρων μου, καὶ μὴ κοληθῆναί με κληρονομίας ἀσεβῶν. Καὶ τοῖς ἄλλοις βασι-

Daniel igitur fusis precibus, ab altissimo petiit ut septem anni, ea quæ dixerat tempora fierent, ac impetravit ut ad menses septem redigerentur. Tum vero septem temporum mysterium in eo adimpletum est. Nam cum post septem menses pristinam formam recepisset, sex anni & quinque menses subtracti sunt, Ille autem ante Dominum procidit, impietatem, omnemque iniquitatem suam confessus, reddiditque ei Dominus regnum suum; neque panem, neque carnes comedit, nec vinum bibit, confessus Domino. Quippe præceperat ipsi Daniel, ut leguminibus aqua tinctis, & viridibus Dominum placaret. Propterea ipsum appellavit Balthasar, perinde auxilium suum. Sed & una cum liberis suis hæredem in-

λεῦσι Περσῶν πολλὰ ἐποίησεν τερατεῖα, ὅσα οὐκ ἐγεγράφησαν. Οὗτος ἦ ἀπέθανεν, καὶ ἐτάφη ἐν τῷ παλαιῷ τῷ βασιλικῷ μόνος ἐνδόξως. Καὶ αὐτὸς ἔδωκε τέρατα ἐν ὄρεσι τοῖς ὑπεράνω τῆς Βαβυλῶνος, ὅτι, Ὅτε καπνισθήσεται τὸ ἐν Βορρᾷ, τότε ἥξει τέλος Βαβυλῶνος· ὅτε ἦ καὶ ἀναλαλὰς ὕδωρ καθαρὸν ἐξελεύσεται, τότε ὁ Θεὸς ἐπὶ γῆς ὡς ἄνθρωπος ἀναδέξεται πάσας τὰς ἀνομίας τοῦ κόσμου εἰς ἑαυτόν, ἐν τῷ ἀναστολοπίζεσθαι αὐτὸν ὑπὸ τῶν ἱερέων τοῦ νόμου. Καὶ εὐθὺς Πνεῦμα χάρις ἐπὶ τῆς γῆς ἐκχυθήσεται εἰς πάντα τὰ ἔθνη. Ὅταν ἦ ἐν πυρὶ καίεται, τότε τέλος ἔσται πάσης τῆς γῆς. Ἐὰν ἦ ἐν τῷ νότῳ ῥεύσει ὕδατα, ὑποστρέψει ὁ λαὸς εἰς τὴν γῆν αὐτοῦ. Ἐὰν ἦ αἷμα ῥεύσει, φόνος ἔσται τοῦ θηρίου ἐν πάσῃ τῇ γῇ. Καὶ ἐκσεισμήσῃ ἐν εἰρήνῃ ὁ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ.

stituere velle se testatus est. Verum vir sanctus dixit: *Absit, ut ego relicta paterna hereditate incircumcisorum hereditatem attingam.* Apud alios porro Persarum Reges multa miranda edidit, quæ non descripta sunt. Obiit ille, & in spelæo Regio magnifice solus sepultus est. Quin etiam prodigia fecit in superioribus Babylonis montibus, quando dixit: *Cum fumigabit quod est in Aquilone, tunc instabit finis Babylonis. Cum vero ab Oriente adveniet aqua munda, tunc DEus in terra tanquam homo recipiet in se omnes iniquitates mundi, dum in crucem agetur a Sacerdotibus legis. Statimque Spiritus gratia in terra effundetur in omnes gentes. Cum vero igne conflagrabit, tum finis totius terræ adveniet. Cum autem in Austro fluent aquæ, revertetur populus in terram suam. Si autem*

autem ſanguis fluat, cædes erit Beliæ per totum mundum. Obiit in pace ſanctus Dei.

Johannes Malala p. 198 *Chronographiæ.*

Ὁ δὲ προφήτης Δανιὴλ εἰσῆλθε πρὸς τὸν βασιλέα Περσῶν Κῦρον, καὶ λέγει αὐτῷ· Εἰπέ μοι, εἰ νικῶ Κροῖσον τὸν βασιλέα Λυδῶν. Καὶ ἀνεβάλετο δὲ εἰπεῖν ὁ Δανιήλ· καὶ ἀγανακτήσας κατ' αὐτοῦ ὁ βασιλεὺς, ἐβάλεν αὐτὸν εἰς λάκκον λεόντων. Καὶ μαθὼν ὅτι οὐδὲν ἔπαθεν ὑπὸ τῶν θηρίων, ἀνήνεγκεν αὐτὸν, καὶ προσέπεσεν αὐτῷ, λέγων· ἥμαρτον εἰς

Daniel autem Propheta ingreſſus eſt ad Cyrum,* Perſarum regem; qui dixit ei: Scire à te vellem, utrum ego Cræſum, Lydorum regem, devicturus ſum, necne. Cumque Daniel reſponſum differret, iratus rex, projici eum juſſit in foveam leonum. Edoctus vero, eum nihil à Leonibus perpeſſum; educi eum juſſit; & ad pedes ejus pro-

* Joſephus IX ult. p. 386. teſtatur Alexandro Magno etiam oſtenſum Danielis librum in quo Græcum Perſarum imperio exitium allaturum ſcripſiſſet. Idem XI. 1. tradit Cyro Regi lectam Eſaiæ Prophetiam atque, id etiam teſtatum eundem fuiſſe edicto in hanc ſententiam: καὶ δὴ τάδε προεῖπεν ὄνομα δι' τῶν προφητῶν, καὶ ὅτι τὸν ναὸν αὐτῷ οἰκοδομήσω ἐν Ἱεροσολύμοις ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ χώρᾳ. Joſepho fidem habendam negat Antonius van Dale, quem Videſis libro de Arillea p. 100. ſeq.

1. Ἔβαλεν αὐτὸν εἰς λάκκον λεόντων) Imo nec ob hanc cauſam, nec ab hoc rege, ſed à Dario Medo; Babyloniæ rege, in foveam Leonum conjectus eſt Daniel. vide Dan. cap. 5.

σε. ἀλλ' εὐξαι τῷ Θεῷ σου, καὶ εἰπέ μοι, εἰ δύναμαι ἀνθίστασθαι τῷ ἁρπαγι τούτῳ, καὶ ὑπερηφάνῳ Κροίσῳ· ὅτι πᾶσαν τὴν γῆν ὑπέταξε, καὶ οὐκ ἐκορέσθη. καὶ ὁ Δανιὴλ εὐξάμενος, εἶπεν αὐτῷ· ἴστι νικᾷς τὸν Κροῖσον, καὶ λαμβάνεις αὐτὸν αἰχμάλωτον. Περὶ σοῦ γὰρ εἶπεν ὁ Θεὸς, 2 ἐποίησα πάντα τὰ ὁρώμενα ταῦτα, διὰ τοῦ προφήτου Ησαΐου. οὕτως λέγει Κυρίῳ ὁ Θεὸς 3 τῷ χριστῷ μου Κύρῳ. κ. τ. λ.

cidens, in te (inquit) peccavi: ſed Deum tuum invocato, & dicas mihi; an ego vires ſuſtinere poſsim rapacis hujus, & ſuperbi Crœſi, qui terra tota occupata, nec dum ſatiatus eſt. Daniel itaque Deum precatus, reſpondit ei: Et Crœſum vinces, & ipſum captivum habebis. De Te enim Deus, qui viſibilia hæc omnia condidit, per Prophetam ſuum Eſaiam, * iſta locutus eſt. Sic dicit Dominus unctο meo Cyro &c.

CCXXIV. Conjectorius Danielis, ſive ſomniorum interpretatio ſub Prophetæ illius nomine jactata.

Jo. Sarisberienſis lib. II. Policratici de nugis Curialium & veſtigiis Philoſophorum cap. 17.

QUiſquis ſomniorum ſequitur vanitatem, parum in Lege DEI vigilans eſt, & dum fidei facit

2. Ἐποίησα πάντα τὰ ὁρώμενα) Cedrenus, ὁ ποίησας πάντα: rectius.

* Eſ. XLV. 1.

3. Τῷ χριστῷ μου Κύρῳ) Scr. τῷ χριστῷ μου.

facit diſpendium, perniciosiſsime dormit — — Plane ſi ſermo proferatur ambiguus, & cujus multæ ſunt ſignificationes, nonne merito parum doctus videbitur, quisquis ex eo citra discusſionem ſenſuum ſibi aliquid pertinacius ſvadebit — — Unde putet *conjectorium* qui nomine *Danielis* inſcribitur, autoritatis & veritatis robore deſtitutum, cum res ſingulas ſingulis ſignificationibus arcet. De quibus non videtur latius exequendum, cum tota hujusmodi ſit tam inepta traditio, & vagus conjectorum liber per curioſorum manus impudenter discurrat. Habuit ſane Daniel gratiam interpretandi viſiones & ſomnia, quam ei Dominus inſpirabat: ſed abſit ut vanitatem hanc in artem redegerit vir ſanctus, qui lege Moyſi prohibitum eſſe noverat, ne fidelium quis ſomnia ſequeretur.

Onirocritica Danielis damnari in decreto Gratiani, ſcribunt viri doctiſsimi, quod in editionibus quas conſului haud reperio.

In Frid. Sylburgii Catalogo MSS. Græcorum Bibl. Palatinæ p. 98. *memorantur* Onirocritica Danielis Prophetæ *ordine Alphabetico.*

In Catalogo Codicum Anglo Saxonicorum MSS. Bibl. Bodlejanæ T. 2. *theſauri linguarum ſeptentrionalium V. C. Georgii Hickeſii p.* 88. Libellus de ſomniorum diverſitate, latine cum interlineari Saxonica. *Continet interpretamenta ſomniorum CCXXIX. Incipit:* De ſomniorum diverſitate ſecundum ordinem abcdarii Danielis Prophetæ. *Deſinit in his verbis:* In pomario ambulare anxietatem gravem ſignificat.

Similis

Similis liber nugicanoricrepus lingua Gallica exſtat in Bibliotheca Regia Berolinenſi, ex quo hoc ſpecimen nobiscum communicavit eruditissimus theſauri illius præfectus Maturinus Veyſſerius la Croſe:

Ci comence lexpoſicionn des ſonnges ſolom ceo qe Daniel le Prophete le fiſt, & en eſcripture le muſt de aſſeurer tute gent de ſonnge Warie lentendement ci peut homme lire apertement.

Dieu omnipotent qe tutes choſes crea qvant homme fourma a ſa ſemblance. Si crea alme parfite ſage & reſonable & an corps domme la aſſembla. & per ceo entent homme reſon & leſt le mal & prent le bien. & rend loenge a Dieu ſon creatour. Lalme qe iointe eſt al corps per qvei homme eſt reſonable & ſiet les aventures qe ſont a venir al alme. Souent ly monſtre per ſonnge les biens ou les mals qe ſont auenir grant temps apres. Et per ceo qe checun homme de IIII. ans en amount peut ſonnger ſolom le dit de Ariſtotle & ſonnges monſtrent verreiment les auentures qe ſont auenir, per ceſt escript a ma Dame Alice de Courtenei & a tous ſages per ceo qil trouerount les expoſicions des tute manere de ſonnges.

Jugement des ſonnges.

Jugement des ſonnges en moutz des maners ſe varient ſolom labite & la dignete des perſones & ſolom diverſe temps & diverſes houres. Car un mesme ſonnge autrement ſignefie au Roi qe a un meen homme. autrement a homme de Religion qe a ſeculer. autrement a clerk qe a Lay. autre-

ment

ment a riche qe a poure. autrement a homme qe a femme. autrement a pucele qe a autre femme. Sachez qi veſt noir draps en ſonnge ſignefie anguiſe & travail &c.

Finis libri, qui conſtat XLIX. foliis & CLXXXXVI. capitibus.

Dit avons les expoſicions de ſonnges ſolom ceo qe troue avons en eſcript per les expoſicions de ſages Philoſophes de Inde de Perſe de Egipte, & qi emprent garde de la ſignifiannce des choſes qe ſont deuant exponns. & dites il poura per ceo exponndre touz res ſonnges qe avenir pourront.

Jci finiſſent les expoſicions des ſonnges.

Sgambatus p. 378. Archivor. Vet. Teſt.

Onirocritica Danielis, antiqua impoſtura. Legitur & latino carmine hujusmodi liber inter vulgi nugas, de quibus operæ pretium non eſt plura hic addere.

En quoque ſpecimen Conjectorii Danielis, verſibus Germanicis.

Künig Tyro Von Schotten und Fridbrand ſin Sun.

In Paraneticis veteribus Goldaſti p. 273.

1. Got hat Wunder manigvalt,
Daniel zeigt er einen Walt,
Der duht in volle Lobelan,
Darinne zwene Bôme ſtan,

Den

Den tolden man der Höhe jach,
Das man in den Landen ob allen Bömen verre
ſach.

2. Als man die Morgen-Zit vernam,
Ein Balſem-Smak an ſie bekam,
Mit Lûſten das er liſe gie,
Jetweder Böm den Smak empfie,
Der eine wart grûn und breit,
Der ander ful und dürre gar, wie was der Smák
an ſie geleit.

3. Der grûne und der da dûrre ſtat,
Jeglichs Böm ein Voglin hat,
Suſt iſt der ander Wald uberal.
Jeglich ris vol der Voglin Schal,
Von den Smake nement ſie die Kraft,
Der dûrre Böm und öch ſin Vogel jemer mit
jamer ſint behaft.

4. Daniel uns das beſinnet hat &c.

Goldaſtus in notis p. 354.

Danïeli Prophetæ jam olim priſci illi ſapientes inventa ſua proſcripſere, non quod ejus eſſe vellent, ſed ut venerando ejus nomine populo commendarent. Quo in numero ponunt narrationes de Suſanna, Belo, & Dracone Babylonico, quæ an ejus eſſent dubitavit antiquitas. Argumenta dixit Julius Africanus, * nequicquam Adamantio refutante. Nam ſi ſunt ejus, cur in Ebræo Avtographo non reperiuntur? cur apud Jonatham Uzielis Chaldæum Paraphraſten? Sed unica

* Confer ſi placet quæ dixi lib. 3. Bibl. Græcæ c. 29. §. 7. & lib. V. c. I. p. 222. 270. *

ca Theodotionis translatione, D. Hieronymo teſtificante? Qvia vero piorum hominum & orthodoxorum monumenta non indigna cenſuit quæ in ſe legerentur Eccleſia, illis indignata, qui ſpurciſſimis & impudentiſſimis nugis ſanctum Danielis nomen profanare, penſi non habuere, cujus generis ſunt: *Liber viſionum Danielis Prophetæ, Ammonitiones quas ei Angelus monſtravit*; *Interpretationes ſeu, omnia revelata ab Angelo miſſo a Deo*, & haud ſcio quæ inſuper nugamenta, homine Chriſtiano & orthodoxo aliena. Videntur autem ex libro Viſionum eſſe, quæ huc proponit & explanat Tyrol, cum in Ammonitionum non exſtent. *Hactenus Goldaſtus.*

Angelus a S. Joſeph præf. ad Pharmacopœam Perſicam p. 19. *Ramle* * Perſæ *vocant illam artem* ſcientiam Danielis *quæ eſt quædam Cabbala Geomantiam & Pyromantiam conglobans, autoritate & uſu in Perſide celebris, cujus profeſſores non deſpicabiles, & in Civitatum quadriviis & foris obvii, ut mulierculis & rudi plebi reſponſa vendant circa poſtulata quæcunque occulta aut futura.* Bartholomæus Herbelotus in Bibliotheca Orientali p. 283. & p. 709. cum docüiſſet *Raml* a Perſis, Arabibus, Turcis dici quæ nobis eſt Geomantia, addit ejus inventorem ab aliis Orientalibus jactari Edrin ſive Enochum, ab aliis Prophetam Danielem. Idem p. 7. *Abdalla fils de Salam auteur des queſtions faites a Mahomet ſur le ſujet de Prophetie, eſt auſſi auteur de* Odhmat al mancul an Danial al Nabi, *qui eſt un ouvrage tiré d' un livre Apo-*

* Ab hoc vocabulo eſt ῥάμπλιον, titulus libelli Aſtrologici Perſarum, de quo Cangius in gloſſario.

Apocryphe du Prophete Daniel, *dans le quel les livres d'* Adam *ſont citez ſur l'hiſtoire de la creation du Monde. Cet ouvrage de Ben Salam ſe trouve dans la Bibliotheque du Roy, n.* 410. Idem p. 283. *Les Orientaux attribuent a Daniel l'invention de la Geomantie, qu'ils appellent* Reml, *& un livre qui a pour titre* Oſſoul al Tabir, *les principes de l'Oneirocritique, ou del explication des ſonges. Il y a dans la Bibliotheque du Roy n.* 410. *un livre intitulé* Odmat &c. *qui contient des des predictions reçues par tradition du Prophete* Daniel. *C'eſt un ouvrage plein de fauſſetez, que les Muſulmanns ont fabriqué ſur le fondement des veritables Prophecies de Daniel.*

CCXXV. Prognoſticon Danielis lingua Syriaca.

INter libros MStos Orientales quos Seb. Tegnagelius Bibliothecæ Vindobonenſi legavit, Lambecius lib. I. p 171. memorat Syriace ſcriptum prognoſticon Apocryphum ſingulorum annorum ſub Danielis Prophetæ nomine.

CCXXVI. Viſiones Danielis.

Luitprandus Diaconus Ticinenſis legatione ad Nicephorum Phocam Imp. CPol. pro Ottone M. Anno C. 968.

SEd cur Imp. Nicephorus Phocas exercitum nunc in Aſſyrios duxerit, quæſo advertite. Habent Græci & Saraceni libros quos ὁράσεις ſive viſiones Danielis vocant, ego autem Sibyllinos, in quibus ſcriptum reperitur quot annos Im-

Imperator quisque vivat, quæ ſunt futura eo imperante tempora, pax an ſimultas, ſecundæ Saracenorum res an adverſæ. Legitur itaque, hujus Nicephori temporibus Aſſyrios Græcis non poſſe reſiſtere, huncque ſeptennio tantum vivere: poſt cujus obitum Imperatorem iſto deteriorem (ſed timeo quod inveniri non posſit) & magis imbellem debere ſurgere, cujus temporibus adeo prævalere debent Aſſyrii, ut in Chalcedoniam usque, quæ diſtat Conſtantinopoli haud longe, poteſtative cuncta debeant obtinere.

Confer Theoph. Raynaudum in erotematis de bonis & malis libris p. 34. Barthium ad Rutilii II. 52. & Meurſii Cangiique Gloſſarium Græcum in ὁράσεις qui Cangius putat Luitprandum per hæc viſiones Danielis intelligere Oracula, qualia extant Leonis Philoſophi de Imperatoribus CPol. editæ â Rutgerſio V. 8. Var. lect. & cum Lambecii notis inter ſcriptores Byz. quæ adeo Danielis nomine appellatæ ſint, non ac ſi Prophetam illum auctorem habeant, ſed quod ſint veluti gemina Danielis viſionibus. Sed memorat quoque idem Cangius ad Zonaram p. 12. è Codice MS. Bibl. Regiæ Pariſienſis librum Danielis ὀπτασῖον, à LXX. Interpretibus Græce ut fingunt verſum, de quibus non male illum Luitprandi locum posſis accipere.

Πτολεμαῖος ὁ Φιλάδελφος ὁ βασιλεὺς Αἰγύπτου ὑπῆρχε βασιλεύσας ἔτη λή. Ἐν τῇ αὐτοῦ βασιλείᾳ ὅτε Ἑβραίους καταδουλωσάμενος εἰς τὴν ἑλληνίδα μεταβαλεῖν ἠνάγκασε φωνὴν ἐκ τῶν

Ptolemæus Philadelphus Ægypti Rex fuit regnavitque annos duo dequadraginta. Hic regno ſuo Hebræos cum ſubjeciſſet, coëgit eos in Græcam linguam transferre omnes divinas

Ἑβραϊτιδος πάσας τὰς θείας γραφὰς, καὶ ποιησάντες τὴν ἑρμηνείαν ἄνδρες οἱ ἐν σοφίᾳ ὡδὲ τοῖς Ἑβραίοις ἐπαιρόμενοι. Ἐν τούτοις ἅπασιν ἦν καὶ ἡ βίβλος ἡ ΔΑΝΙΗΛ τοῦ προφήτου ὈΠΤΑΣΙΩΝ ὑπάρχουσα βίβλος θαυμασὴ καὶ ἔγκριτος, τὰ ἐπερχόμενα ἀναγγέλλουσα μέχρι τῆς συντελείας τοῦ κόσμου, καὶ τὰ τύχην τῶν συμβαινόντων αἰθερίων τεράτων. Ἐν ταῖς ἡμέραις Κώνσταντος τοῦ βασιλέως Κωνσταντινουπόλεως, ἐγγόνου τοῦ Ἡρακλείου, Μααβίας ὁ τῶν Ἀράβων ἀρχηγὸς μετὰ δυνάμεως πλήσης ἐξελθὼν, καθῆλθε μέχρι καὶ τῆς Ῥόδου, τὴν γῆν τῶν Ῥωμαίων λῃζων, ὃς καὶ ταύτην καθέσυρεν, καὶ πᾶσαν τὴν ὠφελίαν ταύτης ἐλεηλάτει. Ὁ δὲ βασιλεὺς ταῦτα ἀκούσας, λαὸν συνα-

scripturas, factaque est eorundem a viris sapientia inter Hebræos præstantibus interpretatio. Inter hæc sacra scripta * fuit etiam visionum Danielis Prophetæ liber probatus & admirandus, quo eventura ad Mundi usque consummationem ex prodigiis quæ in æthere contingunt, indicantur. Temporibus Constantis qui Heraclii nepos CPoli imperitavit, Maabias Arabum Dynasta cum valida manu progressus Rhodum usque, ditionem Romanorum perpopulabundus vastavit, omnemque oram maritimam raptavit, spoliavitque. Imperator his auditis contraxit copias, ingressusque Phœnicem

θροί-

* Non omittendum quod Epiphanius lib. de mensuris ac ponderibus sect. 10. præter libros sacros Veteris Test. ait etiam versos a LXX interpretibus fuisse libros 72 Apocryphos. Confer Humfredum Hody de Bibliorum textibus Originalibus p. 177.

θρόισας ἦλθεν εἰς Φοίνικα, κἀκεῖθεν τὸν Μακαβίαν ἀντιτάξασθαι, καὶ πόλεμον συνάψας, ἡττῶνται Ῥωμαῖοι. Ὁ δὲ αὐτὸς Κώνσας μόλις διασωθεὶς ὑπέστρεψεν ἐν τῇ πόλει μετ' αἰσχύνης. Ὁ δὲ Μακαβίας ἐπαρθεὶς τῇ νίκῃ ἐπῆλθε καὶ ἐδαφίσας τὴν πρόχωρον μέχρι καὶ αὐτῆς τῆς Κωνσταντινουπόλεως. ὃς καὶ τὴν ΒΙΒΛΟΝ ταύτην ἐντυχὼν, καὶ τὰ γεγραμμένα θαυμάσας, δοὺς τοῖς Ἄραψιν μεταφράσαι τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ, μείνας ἐν τοῖς μέχρι καὶ τὴν σήμερον. Ἐν δὲ τῷ ς ψνγ ἔτει ἐντυχὼν τήνδε Ἀλέξιός τις ἀπὸ Βυζαντίων δοῦλος αἰχμάλωτος ὑπαρχων βασιλεῦσι, Ἀράβων τὰς γραφὰς καὶ τὴν διάλεκτον ἀμφοτέρων γινώσκων, καὶ τὴν διήγησιν ἀναγνούς, ἐπόθησε δὲ φράσαι ταύτην ῥωμαΐδα καθὼς ὑπόκειται συμμαρτυροῦντα καὶ συμφωνοῦντα *αἴγλων τὴν τῶν Ἀράβων πεζικὴν γλῶτταν, ὃς καὶ ἔυξησε δὲ διορηθῆναι αὐτῷ

ut Maabiæ bello obsisteret, pugnam cum eo commisit. Sed Romani victi, Constans ipse vix evasit, & cum ignominia in urbem reversus est. Maabias vero elatus victoria per omnem vicinam regionem ad CPolim usque vastationem fecit, idemque incidit in hunc librum & scripta in eo miratus, Arabibus in linguam suam convertendum dedit, in qua etiam hodie adhuc exstat. Anno autem 6753. (CHristi 1145.) Alexius quidam Byzantius servus captus ab Imperatore, Arabum & literas & dialectum callens lecto libro in Romanam † linguam eum convertere desideravit &c.

† Græcam intellige, prima scilicet Græca quæ fingitur ex Hebraico versione pridem perdita.

ωῆς θεῦ προθυμίας ☧ εἰς τέλ☩ ταύτην ἐξάγεω &c.

Methodii quoque CPolitani Patriarchæ A. C. 846. denati revelationes, quæ Methodio Patarenſi in quibusdam Codicibus male tribuuntur * ſub Danielis viſionum nomine veniſſe olim video, quoniam Lambecius lib. VI. de Bibl. Vindobon. p. 41. teſtatur in illa exſtare manu exaratum ſcriptum hoc titulo: Ἡ τελευταία ὅρασις ☧ μεγάλω Προφήτω Δανιὴλ, ἥτις λέ☧ ☧ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Μεθοδίω Πατάρων ἐφανερώθη ἡμῖν. *Magni Prophetæ Danielis viſio ultima per S. Methodium Patarorum* (in Lycia Epiſcopum) *nobis manifeſtata.* Incipit: Τάδε λέγει Κύρι☩ παντοκράτωρ. Οὐαί σοι γῆ, ὅταν τῶν ἀγγέλων τὸ σκῆπτρον βασιλεύσῃ ἐν σοὶ, τότε κ. τ. λ. *Hæc dicit Dominus omnipotens. Cum Angelorum ſceptrum inte imperitaverit, tunc &c.*

CCXXVII. SOPHONIÆ Prophetia Apocrypha. Ahasveri Regis mirabilia urbium. Ezechiæ Pontificis maximi hymni & Hoſanna.

Clemens Alex. V. Stromatum. p. 585.

Ἆρ' οὐχ ὅμοια ταῦτα τοῖς ὑπὸ Σοφονίου λεχθεῖσι τῷ προφή-

AN non hæc ſunt ſimilia iis, quæ dicta ſunt à Propheta a) τῷ

* Vide quæ dixi lib. V. Bibl. Græcæ cap. 1. p. 258.

a) Paulus Colomeſius notis ad Epiſt. I. Clementis Romani p. 20. hæc deſumſiſſe Clementem putat ex Sophoniæ Prophetia vel Apocalypſi, quam στίχων ſexcentorum inter libros Apocryphos memorat Synopſis Scripturæ Athanaſiana, & Canon Scripturarum Nicephoro Patriarchæ CPol. tributus (vide ſupra p. 403.) & MS. Bibl. Baroccianæ.

τω; Καὶ ἀνέλαβέν με πνεῦμα, καὶ ἀνήνεγκέ με εἰς ὄρανὸν πέμπτον, καὶ ἐθεώρουν ἀγγέλους καλουμένους κυρίους· καὶ τὸ διάδημα αὐτῶν ἐπικείμενον ἐν πνεύματι ἁγίῳ, καὶ ἦν ἑκάστου αὐτῶν ὁ θρόνος ἑπταπλασίων φωτὸς ἡλίου ἀνατέλλοντος· οἰκοῦντας ἐν ναοῖς σωτηρίας, καὶ ὑμνοῦντας θεὸν ἄῤῥητον ὕψιστον.

Sophonia? *Et assumpsit me Spiritus, & sustulit in quintum cœlum, & contemplabar Angelos, qui* Domini b) *vocabantur, & diadema eorum impositum in sancto Spiritu, & erat sedes uniuscujusque eorum septuplo major luce Solis orientis, habitantes in templis salutis, & laudantes Deum ineffabilem, altissimum.*

Mirabilia Urbium, librum Hebræum Assuero sive Ahasvero Regi adscriptum in Bibliotheca Bavarica, memorat Sgambatus p. 393. nescio qua fide vel qualem, nam ipse alibi testatur se illius Bibliothecæ Codices haud inspexisse.

Ab *Hezechia* Pontifice maximo, quem adierit & donis honoraverit Alexander Magnus, hymnos sacros compositos & Hosanna, traditur in Chronico Samaritanorum, quod ab Eduardo Bernhardo transmissum Lipsienses Actis Eruditorum inseruere A. 1691. p. 169.

b) Cum hoc loco idem Colomesius in Observationibus sacris p. 139. confert quod Paulus Apostolus Coloss. I. 16. Angelorum genus Κυριότητας memorat.

CCXXVIII. Scriptura in ZACHARIÆ Prophetæ ſepulchro reperta. Liber Zachariæ alterius, qui pater fuit Joannis Baptiſtæ.

Sozomenus lib. IX. Hiſt. Eccleſ. cap. ult.*

ΧΑφαὲρ ζαχαρία, κώμη ἐστὶν ἐν ὁρίοις ἐλευθεροπόλεως τῆς παλαιστίνης· ἐπεμελήθη δὲ ταύτην καλήμερός τις ὁμόδουλος τῷ ἀγρῷ· ἔυνους μὲν τῷ κεκτημένῳ· χαλεπὸς δὲ καὶ δύσκολος, καὶ πρὸς τοὺς ὁμόρους ἀγροίκους ἄδικος· τοιούτῳ δὲ ὄντι ὕπαρ ἐπιστὰς ὁ προφήτης, ἑαυτὸν καταμήνυσε· καὶ κτήματος τινὰ ἐπιδείξας, ἄγε δὴ ἐνθάδε ὄρυξον δύο πή-

CHaphar Zachariæ, vicus eſt in finibus Eleutheropolis, urbis Palæſtinæ. Hujus Procurator erat Calemerus quidam, addictus glebæ: domino quidem ſuo fidus: ſed gravis ac morosus, & erga finitimos ruſticos injuſtus. Hujusmodi cum eſſet, tamen Propheta vigilanti apparens, ſeipſum manifeſtavit. Oſtenſo-

χεις,

* Eadem refert e Sozomeno Nicephorus XIV. 8. qui capite 9. etiam ſubjungit narrationem de invento S. Stephani corpore, quam Sozomeniani capitis titulus promittit, caput ipſum deſiderare nos patitur. Illas Stephani reliquias Theodoſium Hieroſolymis CPolim ſecum detuliſſe Theodoſio XVII. & Feſto Coſſ. teſtatur in Chronico Marcellinus Comes. Vere igitur ſcripſerat Sozomenus in præf. Hiſtoriam ſe usque ad Annum Theodoſii decimum ſeptimum produxiſſe, neque libri quidam Sozomeni poſteriores interciderunt, ut viſum Baronio ad A. C. 439. 4. & Theoph. Raynaudo. Vide Combefiſii Bibl. Concionatoriam T. I. p. 16. 17. & T. 7. p. 582.

χεις, ἔφη, ἀναμέτρησας ἀπὸ τ αἱμασιᾶς ἐπὶ τὸν κῆπον, ᾗδε τὴν ὁδὸν τὴν ἐπὶ βιθθερεβιν τὴν πόλιν ἄγουσαν· εὑρήσεις ὃ λάρναξ διπλῆν, ξυλίνην τὴν ἔνδον, ἐν μολυβδίνῃ τῇ ἔξωθεν· ἀμφὶ ὃ τὴν λάρνακα, ὑέλινον σκεῦος πλῆρες ὑδάτων καὶ δύο ὄφεις μεγέθει μετρίους, καὶ πράους κ ἀβλαβεῖς, ὡς δοκεῖν χειρωθεὶς εἶναι· καθὰ ὃ τὴν σύνταξιν τ προφήτου ᾠδήγησεν καλήμερος ἐπὶ τὸν δηλωθέντα τόπον, ὡσδὴ τ ἔργου εἴχετο· ὑπὸ ὃ τοῖς προειρημένοις συμβόλοις ἀνακαλυφθείσης τ ἱερᾶς θήκης, ἀνεφάνη ὁ θεῖος προφήτης, λευκὴν στολὴν ἠμφιεσμένος, οἷά γε αἷμα κ ἱερεὺς ὤν· ὑπὸ ὃ τοὺς πόδας αὐτοῦ ἔξωθεν τ λάρνακος, παιδίον ἔκειτο βασιλικῆς ἠξιωμένον ταφῆς· εἶχε μὲν γὰρ, ἐπὶ μὲν τ κεφαλῆς, χρυσοῦν στέφανον. χρυσᾶ ὃ τὰ ὑποδήματα, καὶ τὴν ἐσθῆτα τιμίαν· ἀπορῶν

que quodam horto; Hic, inquit, fodito, mensura duorum cubitorum ducta a maceria in hortum, secus viam quæ ducit ad urbem Bitthereban. Reperies autem arcam duplicem: interiorem quidem ligneam; plumbeam vero exteriorem, & circa arcam vas vitreum aqua plenum: duos item angues mediocri magnitudine, mites atque innoxios; ita ut mansueti esse videantur. Igitur Calemerus ex Prophetæ mandato ad locum monstratum profectus, manum operi admovere cœpit. Cumque juxta signa quæ supra retulimus, sacra capsa aperta fuisset, apparuit divinus Propheta, alba veste indutus, quippe qui sacerdos etiam, ut opinor, fuisset. Porro sub pedibus illius, extra arcam tamen, infans jacebat regia sepultura honora-

ὃ τῶν τότε σοφῶν καὶ ἱερέων περὶ τούτου τοῦ παιδίου, τίς τε εἴη καὶ πόθεν, καὶ ὅ χαρίεν τοιάδε ἠμφίεσο, λέγεσθαι Ζαχαρίαν τὸν ἡγούμενον τὸ ἐν γεραίροις μοναχικῆς σωφροσύνης, ἑβραϊκά καὶ παλαιᾶ περιέχειν γραφῇ, ὑπὸ τῶν ἀκριβολογουμένων· εἰδήλου δ' ὡς ἡνίκα Ζαχαρίαν τὸν προφήτην ἀνεῖλεν Ἰωὰς ὁ τῶν Ἰουδαίων βασιλεὺς, ὑπὸ εἰς μακρὰν περὶ τὸν οἶκον χαλεπῇ ἐχρήσατο συμφορᾷ· ἑβδόμῃ γὰρ ἡμέρᾳ τοῦ ἀναιρέσεως τοῦ προφήτου, ἐξαπίνης αὐτῷ μέλα κέχρισμένος ὁ παῖς ἀπολώλει· συμβαλὼν δ' κατὰ θεομηνίαν τῷ τοιούτῳ παθήματι περιπεσεῖν, ὑπὸ τοῦ ποδὸς αὐτῷ τὸ μειράκιον ἔθαψεν ἀπολογούμενος τοιούτῃ ὑπὲρ ὧν εἰς αὐτὸν ἥμαρτε· καὶ τὰ μὲν, ὧδε ἔγναν· ὁ δ' προφήτης καίπερ πρὸ πλείστων γενεῶν ὑπὸ χθὼν κείμενος, σῶος ἀνεφάνη, ἐν χρῷ κεχαρισμένος, εὐθύρρις, γενειάδα μείζονα καθειμένην ἔχων,

tus. Habebat enim auream coronam in capite: aurea item calceamenta & veſtem pretioſam. Cumque ſapientes & ſacerdotalis ordinis viri de hoc puero ambigerent, quisnam & unde eſſet, & quam ob cauſam ejusmodi veſte amictus eſſet, ajunt, Zachariam qui tum monaſterio in Geratis præerat, in vetuſtum quendam Hebræorum librum, non tamen Canonicum, incidiſſe. Scriptum erat in eo libro, Joas regem Judæorum, cum Zachariam Prophetam interfeciſſet, non multo poſt domi acerbiſſima calamitate perculſum fuiſſe. Septimo enim die poſt necem Prophetæ, filius ipſi jucundiſſimus repentina morte interiit. Cumque eam calamitatem Dei indignatione ſibi invectam eſſe conjiceret, puerum ſub pe-

τὸν

τὴν ὀ κεφαλὴν βραχυτέραν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὀλίγον ἐν βάθει ταῖς ὀφρύσι καλυπτομένους.

dibus Prophetæ humari præcepit: hoc modo satisfaciens pro his quæ adversus Prophetam commiserat. Atque hæc quidem ita accepi. Cæterum Propheta, licet multis ante ætatibus sup terra conditus fuisset, integer nihilominus apparuit, ad cutem tonsus, naso recto, barba modice promissa, capite breviore: oculos habens paululum cavos, & superciliis obtectos.

Alterius Zachariæ, qui Pater Johannis Baptistæ fuit, liber στίχων quingentorum inter Apocrypha Veteris testamenti memoratur in antiquis stichometriis atque in Synopsi S. Scripturæ Athanasiana. Vide supra p. 402. seq.

CCXXIX. ESDRÆ תקנות Constitutiones & Benedictiones, precesque.

TAlmudici in Baba Kama fol. 75. 1. referunt Esdram constituisse hæc decem:

1. Ut institueretur publica legis lectio diebus septimanæ secundo & quinto. 2. Ut in Sabbatho ad *Mincham* legeretur. 3. Sancivit ablutionem gonorrhaicis. 4. Sessionem Judicum in civitatibus diebus hebdomadæ secundo & quinto. 5. Permisit Aromatàriis ut circumire possent per urbes, ad Israelitarum decus. 6. Præcepit ut lavarent (vestimenta) die quinto septimanæ, propter gloriam Sabbathi. 7. Ut pinserent & coquerent panem vesperi, qui Sabbathum antecedit,

tecedit, ut הפרוסה fruſtum dari poſſet pauperibus in Sabbatho. 8. Indulſit allii eſum nocte Sabbathum præcedente, quia gignit amorem & tollit cupiditates. 9. Ut mulier accincta eſſet בסונר *Succinctorio poſteriori & interiori*; (ad ſcandalum evitandum.) 10. Conſtitutum eſt, unamquamque mulierem tribus diebus ante ſuam purificationem ſe pectere & mundare debere, &c.

Præter has decem conſtitutiones, referri ad Esdram a Talmudicis etiam hæc obſervat Jo Henricus Otto in Lexico Rabino Philologico p. 175.

Eſras magnopere reſtitit Sadducæorum hæreſi in diebus ſuis pullulaſcenti, & ut aliquod ſymbolum poneretur, quo Orthodoxi a prave ſentientibus diſtinguerentur, viſum eſt ipſi decernere, ut ad coronidem omnium orationum, que in templo fundebantur diceretur מן העולם עד עולם *A ſeculo in ſeculum. Talmud. Bab. Berachot*, fol. 54.

Aſſueverat populus in captivitate Babylonica Chaldææ linguæ, ita ut Hebraicam non niſi cum difficultate intelligeret: huic incommodo ut conſuleretur, inſtituit Eſra התורגמן *Synagogæ interpretem*, qui adſtans legenti in lege, verſiculatim ea vernacule redderet, quæ lecta fuerant e fonte Hebræo, ut ex Talmude *Hieroſ. Megillah* fol. 7. 4. elicere eſt.

Præcepit Eſras, ut Jubilæum poſt captivitatem iterum inciperent ab anno ſeptimo reſtaurationis templi. *Maimon. Hal. Jobel.* cap. 10. Cæterum dignus erat Eſra, ut data fuiſſet lex per manus ejus Iſraeli, ſi non præceſſiſſet ipſum Moſes. Talmud. *Babyion. Sanhed.* c. 2. f. 21 Denique

* Confer quæ de benedictionibus ſive precibus ad Esdra & Sydrio ejus ordinatis, Clariſſ. Edzardi ad cap. 1. Berachot p. 277.

Denique notatur in libro Juchaſin, quicquid præterea apud Judæos conſtitutum publice obtinuerit, cujus auctor non conſtet, id intelligi omne conſtitutum ab Esdra vel ab ejus ſociis qui Synagoga magna vocantur.

CCXXX. Avtographa Esdræ jactata Bononiæ, & apud Cabilonenſes in Burgundia.

Bernhardus de Montfaucon in Diario Italico p. 399. 400.

INerat jamdiu cupido evolvendi Codicis, quem a multis annis (*Bononiæ*) in ſacrario S. Dominici aſſervari acceperam: eſſeque librum Esdræ αὐτόγραφον. * Roganti ut evolvere liceret, per-hu-

* Meminerunt hujus Codicis Finus Adrianus Ferrarienſis in flagello Judæorum IX. 2. p. 557. & Angelus Roccha libro de Bibliotheca Vaticana p. 394. quorum loca jam laudata ſunt a multis ut B. D. Mayero diſſert. ſelect. XIX. de Autographis Biblicis p. 564. Jacobo le Long in Bibliotheca ſacra p. 62, Jo. Morino Exerc. Bibl. p. 15. B. D. Pfeifero in Critica ſacra p. 42. Rev. Georgio Serpilio in der Lebens-Beſchreibung der Bibliſchen Scribenten parte IV. quæ tota eſt de Esdra, p. 222. & Hottingero in theſauro Philolog. p. 115. qui p. 507. profert etiam teſtimonium Franciſci Tiſſardi Ambacei ex Grammatica ejus Hebræa A. 1508. Pariſiis impreſſa, ſcribentis, ex eo Volumine ſanctiſſime ſemper aſſervato convinci poſſe Judæos, ſi quid corrumpere in Hebræis Codicibus auſi fuerint, cum é contrario Finus affirmet id ipſum Volumen in multis locis ab Hebræis vitiatum fuiſſe, *quoniam per communitatem Bononiæ, loco pignoris datum ſit Hebræis mutuantibus pecuniam ipſi communitati.* Sane quibus in locis vitia illa ſint in Volumen iſtud ab Hebræis illata, neutiquam indicat.

humaniter optatum me assequi curarunt Patres Dominicani. Quia vero duplici clave obseratum hujusmodi cimelium tenent, & clavis altera penes Magistratum, altera vero penes Monachos est, utraque iis curantibus adfertur, & educitur ingens volumen, seu convolutus liber. Estque pellis vituli subacta & tractabilis, in qua non Esdræ liber, ut multorum sermone fertur, sed Pentateuchus habetur, more Bibliorum quæ etiamnum apud Ebræos in synagogis asservantur, pauculas recentiore manu marginales notas observavi. Litteræ vix quidquam nigredinis amiserunt, quod pelli tribuitur atramenti retinentissimæ. Codex a Judæis huic Monasterio dono oblatus fuit, quo tempore Aymericus Præfectus & magister ordinis erat, initio scilicet decimiquarti sæculi ab annis quadringentis; inscriptio in medio volumine assuta rem denunciat his verbis:

Hic rotulus legis est quem scripsit Esdras scribæ manu sua, quando sub Cyro rege redierunt filii captivitatis in Jerusalem, & ædificaverunt secundum templum, quod fuit consummatum in quadringinta duobus annis, & duravit CCCCXX. annis, scilicet usque ad 42. annos post passionem Christi. Quod autem sit ille idem numero, habitum est per crebram famam Judæorum antiquorum qui fuerunt confessi diversis synagogis, ubi etiam conservabatur. Ab antiquo pro tali habebatur inter Judæos de generatione in generationem; & pro tali recepit eum reverendus magister ordinis frater Aymericus, cujus est. Talem etiam probaverunt ipsum Judei literati habitis certis experimentis litteralibus in præsentia mei fratris P. Marsilii & Lectoris Perpyniani & fratris Petri Lobii.

Quæ

Quæ quidem ſigna in aliis rotulis aut non talia, aut non tam perfecta habentur, ut ego probavi in multis rotulis valde antiquis & modernis. Certus itaque debet haberi & cum reverentia tractari rotulus iſte, quia a tanto autore ſcriptus, & poſt combuſtam legem inſpirante ſancto Spiritu ordinatus, & aliis rotulis pro originali datus, ac tantis temporibus conſervatus. Et quod non minus eſt ut nos & Judæi credamus, in templo monſtrabatur in præcipuis feſtivitatibus, præſtante auctore legis ipſo Deo & Domino noſtro JEſu CHriſto.

Hæc ut ex charactere liquet, tempore Aymerici Magiſtri ordinis conſcripta ſunt, qui eo officio fungebatur anno Domini 1308. Hinc palam eſt a vero aberrare eos, qui æſtimant Hebraica Biblia nulla occurrere ab annis plus quadringentis exarata. Nam anni quadringenti ſunt, quum hic codex dono oblatus Aymerico fuit; qui tum perantiquus habebatur. Ac licet fabulam ſapiat quod ajunt Esdræ ipſius manu exaratum; negari ſane poſſe non videtur aliqualis ſaltem vetuſtatis tum fuiſſe cum traditus Aymerico fuit.

Præter inſcriptionem Latinam ſuperius expreſſam adeſt Ebraica a perita manu exarata, quæ pene eraſa eſt; eam hic pariter proferimus.

זה ספר תורת משה
אשר כתב עזרא הספר
ויקרא לפני הקהל
מאיש ועד אישה
ויעמד על מגדל עץ

Id eſt: *Hic eſt liber legis Moyſi, quem ſcripſit Esdras ſcriba, & legit eum in conſpectu multitudinis a viro usque ad mulierem, & ſtabat in turri lignea*, id eſt, in ſuggeſto ligneo.

Hæc inſcriptio eodem edita tempore putatur, quo latina ſuperius allata: nimirum Ebræi, cum munus iſtud Aymerico offerrent, tale commentitiæ antiquitatis teſtimonium una protulerunt.

Nota ſub nomine Moyſis Maimonidis adſcriptæ antiquo Pentateucho, apud R. Aſariam in Meor Enajim, parte 3. cap. 9.*

Ego Moſes, filius Maimon, æmulando æmulatus ſum pro Domino Iſraelis, cum viderem libros Legis in Ægypto, quod Paraſchæ eorum Petuchæ (apertæ) *& Setumæ* (clauſæ) *& Sidræ* (ordines) *eorum, non ſecundum Legem ſcriptæ eſſent. Proinde ſollicite quæſivi tempus operandi Deo, abſtinui etiam a ſtudiis meis, ut ſcriberem librum Legis, Domini noſtri, Pentateuchum nempe unum, in certis foliis colligatum, ut inde corrigi & tranſcribi poſſent libri cæteri. Liber autem ille, ex quo meum tranſcripſi, celebris cumprimis eſt in Ægypto, continens omnes viginti quatuor libros, fuitque Hieroſolymis a diebus Tanæorum & Amuræorum, cumque Hieroſolyma capta eſſet per*

* Confictam eſſe hanc ſub Maimonidis nomine notationem atque adeo Codicis illius antiquitatem, non dubitant præter jam laudatos Buxtorfius præf. ad Maimonidis More Nevochim. ** b. Hottingerus in theſauro Philolog. p. 116. Rich. Simon in diſquiſit. Critic. de variis Bibliorum editionibus c. 3. & Waltonus prolegom. IV. ad Biblia polyglotta §. 4. Neque adeo Azarias ipſe certo audet eam Maimonidi tribuere.

per Carolum (fabula eſt decantata in libellis quibusdam antiquo idiomate Gallicano ſcriptis, nec non Italicis poëmatibus celebrata, quæ tale quid de Carolo Magno nugatur,) *inde deſumtus eſt liber iſte, captivusque delatus in Ægyptum: atque hic ipſe eſt, cui nos innitimur. Poſtcaquam vero librum meum, manu Dei benigne mihi favente, ipſe me meus impulit animus ad proficiſcendum ex Ægypto in Regnum Burgundiæ, quod in Gallia eſt, ad urbem Chalons* (Cabilonum) *ſitam ad fluvium Saone* (Ararim) *Quæſivi enim, diligenter inveſtigavi, omnique ſtudio petii, ubi inveniretur Liber Legis Dei noſtri, exaratus manu ſancta Eſræ, Sacerdotis magni, Scribæque expediti. Attuli autem mecum correctionem Scribarum, Petuchas, Sethumas, Sidras, quas tranſcripſi ex Bibliis Sacris, Hieroſolymis deportatis, invenique in membrana omnes Petuchas, Sethumas reſpondere libro, quem attuli mecum, valdeque gaviſus ſum: conſtitui etiam quotannis diem illum ducere hilarem convivioque ſolennem: fuitque dies viceſimus octavus menſis Ziv.*

CCXXXI. Ex ESDRÆ libro truncata a Judæis.

S. Juſtinus Martyr dialogo cum Triphone Judæo p. 297.

Ἀπὸ μὲν ἐξηγήσεων ὧν ἐξεγήσατο Ἔσδρας εἰς τὸν νόμον τὸν

EX verbis quibus Esdras Legem de Paſchate a) expoſi

a) Videtur reſpici caput ſextum libri Esdræ v. 19. ſeq. ubi de Paſchate poſt reditum e captivitate celebrato agitur. Confer Tentzelium de ritu lectionum ſacrarum §. XX. & Stephanum le Moyne notis ad Varia ſacra p. 950.

ωεὶ ϛ Πάσχα, τὴν ἐξήγησιν ταύτην ἀφείλοντο.

Καὶ εἶπεν Ἔσδρας τῷ λαῷ. Ϛτο τὸ Πάσχα ὁ Σωτὴρ ἡμῶν καὶ ἡ καταφυγὴ ἡμῶν. Καὶ ἐὰν διανοηθῆτε καὶ ἀναβῇ ὑμῶν ἐπὶ

fuit, hunc locum b) abſtulerunt:

Et dixit Esdras c) *ad populum: Hoc Paſcha Salvator* noſter eſt, & refugium noſtrum. Cogitate & aſcendat in cor veſtrum,*

τὴν

b) Merito incredibile apparet viris doctis Judæos reos fuiſſe criminis quod hoc loco illis Juſtinus impingit, & libros ſacros ut Chriſtianis teſtimonia eriperent truncaſſe. Neque huc facit quod Juſtinus fuerit Samaritanus, atque adeo in ſcriptis Judæorum verſatior, quo nomine fidem ejus teſtimonio conciliare ſtudet Radulphus Cudworthus de vera notione Cœnæ Dominicæ c. 2. p. 16. De Græcis enim Codicibus non de Hebraicis ſermo eſt Juſtino, atque adeo de iis qui in Chriſtianorum quam Judæorum manibus frequentiores erant. Quis igitur credat Judæis potuiſſe in mentem venire ut Codices quibus Chriſtianos quotidie ſciebant uti, mutilarent, & mutilarent paucisſimis locis, alia autem æque illuſtria vel illuſtriora quoque relinquerent quam plurima, illi inquam Judæi quos Philo apud Euſebium VIII. 6. præparat. audacter ſcribit à bismillenorum amplius annorum ſpatio *μὴ ῥῆμα γε μόνον ne verbum quidem unum mutaſſe.* Quid itaque de loco hoc Esdræ tributo dicendum? illos nimirum Græcis quibusdam Codicibus illum neſcio ex quo libro Apocryphо depromtum aſſuiſſe, qui Deuteron. XXVIII. 66. poſt vocabulum *κρεμαμένη* addiderunt *ἐπὶ ξύλου*, vel Pſal. XCVI. 10. ſcripſerunt *ὁ κύριος ἐβασίλευσε ἀπὸ ξύλου.*

c) Hæc latina verſio depromta ex Lactantii lib. IV. c. 18.

* Ad hunc locum alludere putavit Colomeſius Paulum Apoſtolum, cum I. Cor. V. 7. ſcripſit *τὸ πάσχα ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν ἐτύθη χριστός.* p. 16. Obſervationum ſacrarum. Sed non conſtat locum illum unquam ab Apoſtolo lectum fuiſſe.

τὴν καρδίαν, ὅτι μέλλομεν αὐτὸν ταπεινῶν ἐν σημείῳ, καὶ μετὰ ταῦτα ἐλπίσωμεν ἐπ' αὐτὸν, ἵ μὴ ἐρημωθῇ ὁ τόπος οὗτος εἰς τὸν ἅπαντα * χρόνον, λέγει ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων. Ἐὰν δὲ μὴ πιστεύσητε αὐτῷ, μηδὲ εἰσακούσητε τοῦ κηρύγματος αὐτοῦ, ἔσεσθε ἐπίχαρμα τοῖς ἔθνεσι.

*quoniam habemus humiliare cum in ſigno, & poſt hæc ſperabimus in eum, ne deſeratur hic locus in æternum * tempus, dicit Dominus DEus virtutum. Si non credideritis ei, neque exaudieritis annunciationem ejus, eritis deriſio in Gentibus.*

CCXXXIII. Liber Esdræ III. & IV.

DE libro *tertio* qui ſub Esdræ nomine ambulat, dixi lib. III. Bibliothecæ Græcæ cap. 29. §. 8. & de *quarto*, in Codice Apocrypho Novi Teſtamenti. Igitur in præſenti tantum adjungam, quod cum locum ex 4. Esdræ V. 4. producat cap. 12. auctor Epiſtolæ quam ſub Barnabæ Apoſtoli nomine laudant ſcriptores antiquiſſimi, parum ſimilis vero videtur doctiſſimi viri Petri Allixii ſuſpicio, qui in Epiſtola ad Ezech. Spanhemium inſerta hujus operi de uſu & præſtantia numiſmatum T. 1. edit. Lond. p. 70. hunc librum a Montaniſta ex Judæo ſcriptum eſſe conjicit. Scriptam enim Epiſtolam Barnabæ non dubito antequam Montanus Eccleſiam hæreſi ſua turbavit. Librum tertium Esdræ legiſſe ſe teſtatur Flavius Joſephus

* Videtur in Græco ſcriptum eſſe εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον, ita enim ſæpe LXX. Interpretes ut Exod. XIV. 13. Eſ XIV. 20. &c.

libro XI. præcipue cap. 3 ubi encomium veritatis Zorobabeleum celebrat.

CCXXXIII. libri Esdræ LXX. ex CCIV.

Liber IV. Esdræ cap XIV. 21. seq. 38. seq.

QUoniam Lex tua incensa est, propter quod nemo scit quæ a te facta sunt vel incipient opera: Si enim inveni in te gratiam immitte in me Spiritum sanctum, & scribam omne quod factum est in sæculo ab initio, quæ erant in Lege tua scripta, ut possint homines invenire semitam, & qui voluerint vivere in novissimis, vivant. - -

Et ecce vox vocavit me, dicens: Esdra aperi os tuum, & bibe quo te potavero. Et aperui os meum, & ecce calix plenus porrigebatur mihi, Hoc erat plenum sicut aqua, color autem ejus ut ignis similis. Et accepi & bibi: & in eo cum bibissem, cor meum cruciabatur intellectu, & in pectus meum increscebat sapientia. Nam spiritus meus conservabatur memoria. Et apertum est os meum, & non est clausum amplius. Altissimus dedit intellectum quinque viris * & scripserunt quæ dicebantur ** excessiones noctis, quas non sciebant. Nocte autem manducabant panem. Ego autem per diem loquebar, & per noctem non tacc-

* Hi nominantur v. 24. Sareas, Dabias, Salemias, Elchanus & Asiel.

** Franciscus Junius & Belgica versio: *scripserunt ea quæ dicebantur* (a me) *excessu mentis, & quæ non intelligebant* Castellio: *tympanitionis nocturnas, quas nescirebant.*

tacebam. Scripti ſunt autem per quadraginta dies *libri ducenti quatuor.* Et factum eſt cum compleviſſent quadraginta dies, locutus eſt Altiſſimus, dicens: Priora quæ ſcripſiſti in palam pone, & legant digni & indigni. Noviſſimos autem *ſeptuaginta* † conſervabis, ut tradas eos ſapientibus de populo tuo. In his enim eſt vena intellectus & ſapientiæ fons, & ſcientiæ flumen. Et feci ſic.

† Hos LXX. libros evoluiſſe ſe jactavit Picus Mirandulanus Cabbalæ myſteria continentes, in Apologia p. 82 Opp *Hi ſunt*, inquit, *libri ſcientiæ Cabbalæ, in quibus merito Esdras benam intellectus, id eſt, ineffabilem de ſuperſubſtantiali Deitate Theologiam, ſapientiæ fontem, id eſt, de intelligibilibus Angelicisque formis exactam Metaphyſicam, & ſcientiæ flumen id eſt de rebus naturalibus firmiſſimam Philoſophiam eſſe, clara imprimis voce pronunciabit. Hi libri, Sixtus quartus Pontifex Max. qui hunc, ſub quo bibimus feliciter, Innocentium octabum proxime antecesſit, maxima cura ſtudioque curabit ut in publicam fidei noſtræ utilitatem latinis literis mandarentur, jamque cum ille deceſſit, tres ex illis pervenerunt ad Latinos. Hi libri apud Hebræos hac tempeſtate tanta religione colluntur, ut neminem liceat niſi annos quadraginta natum illos attingere. Hos ego libros non mediocri impenſa mihi cum comparaſſem, ſumma diligentia, indefeſſis laboribus cum perlegiſſem, vidi in illis (teſtis eſt Deus) religionem non tam Moſaicam quam Chriſtianam, ibi Trinitatis myſterium, ibi Verbi incarnatio, ibi Meſſiæ divinitas, ibi de peccato originali, de illius per Chriſtum expiatione, de cæleſti Hieruſalem, de caſu dæmonum* &c. Vide & Petrum Crinitum lib XXV. de honeſta diſciplina cap. 3. Sixtum Senenſem lib. 2. Bibl. ſanctæ &c.

CCXXXIV. ESDRAS Pentateuchi & reliquorum Propheticorum librorum restitutor.

S. Irenæus lib. III. cap. 25.*

Ἐν τῇ Ναβυχοδονόσορ αἰχμαλωσίᾳ γ' λαῦ, διαφθαρεισῶν τῶν γραφῶν, καὶ μετὰ ἑβδομήκοντα ἔτη τῶν Ἰουδαίων ἀνελθόντων εἰς τὴν χώραν αὐτῶν, ἔπειτα ἐν τοῖς χρόνοις Ἀρταξέρξου τ' Περσῶν βασιλέως, ἐνέπνευσεν Ἔσδρᾳ τῷ ἱερεῖ ἐκ τῆς φυλῆς Λευὶ, τὰς τῶν προγεγονότων Προφητῶν πάντας ἀναλάξασθαι** λόγους, καὶ ἀποκαταστῆσαι τῷ λαῷ τὴν διὰ Μωϋσέως νομοθεσίαν.

IN ea captivitate populi quæ facta est a Nabuchodonosor, corruptis Scripturis, & post septuaginta annos Judæis descendentibus in regionem suam, post deinde, temporibus Artaxerxis Persarum Regis, inspiravit Hesdræ Sacerdoti tribus Levi, prætéritorum Prophetarum omnes rememorare sermones, & restituere Populo eam Legem quæ data est per Moysen.

Clemens

* Græca servavit Eusebius V. 8. Hist. Eccles. Similia habet & Theodoritus præf. in Psalmos.

** Valesius *denuo componere*. Massvetus *digerere*. Nihil aliud autem ex hoc Irenæi testimonio evincas, quam Esdram libros sacros qui per belli & captivitatis calamitates vulgo evanuerant ab ipso autem sancte conservati vel diligenti studio inquisiti fuerant, iterum produxisse & publicasse, atque adeo populi usibus ἀναλάξασθαι sive restituisse.

Clemens Alex. l. Stromatum p. 342. ex illo ipso, ut apparet, Irenæi loco.

Ἐν τῇ Ναβυχοδονόσορ αἰχμαλωσίᾳ διαφθαρεισῶν τῶν γραφῶν, καὶ ἐπὶ τὰς Ἀρταξέρξου τοῦ Περσῶν βασιλέως χρόνους, ἐπίπνους Ἔσδρας ὁ Λευίτης ὁ ἱερεὺς γενόμενος, πάσας τὰς παλαιὰς αὐθις ἀνανεώσατο προεφήτευσε γραφάς.

In captivitate Regis Nabuchodonosor, cum corruptæ essent * Scripturæ tempore Artaxexis Persarum Regis inspiratus Esdras Levites, qui factus erat Sacerdos, prophetavit, omnes veteres rursus Scripturas renovans.

Idem Clemens p. 329.

Δι' Ἔσδραν γίνεται ὁ τῶν θεοπνεύστων ἀναγνωρισμὸς καὶ ἀνακαινισμὸς λόγων.

Per Esdram facta Divinitus inspiratorum oraculorum recensio & renovatio.

* Hervetus minus bene, *cum interiissent*. Neutiquam sane interiisse constat ex Nehemiæ VIII. 2. ubi Esdras a populo jubetur proferre legem Moysis. *Attulit ergo, & legit* &c. Confer quæ præter B. Kortholtum c. 1. de variis S. Scripturæ editionibus, eique laudatos scriptores plurimos, D. Mich. Waltherus Officinæ Bibl. §. DXV. seqq. Frassenius disquisit. Bibl. lib. 2. c. 1. Rich. Simon Hist. Crit. Veteris Test. lib. 1. p. 28. seq. Jo. Claudius Operibus postumis Gallice editis T. 5. p. 341. seq. Gvil Saldenus Otiis Theolog. p. 22. Elias du Pin prolegom. Bibl. T. 1. p. 144. præcipue vero Huetius demonstrat. Evangel. propos. IV. p. 536. seq. Natalis Alex. Hist. Eccles. V. T. ætatis sextæ diss. 4. p. 338. sq. & Rev. Georgius Serpilius in vitis scriptorum Biblicorum, Germanice editis parte IV. p. 136. seq.

μετὰ δὲ τᾶυτα προφήτας ἔπεμψε μυρία παθόντας δεινά. Ἐπῆλθε πόλεμος, ἀνεῖλον πάντας, κατέχωψαν, ἐνεπρήσθησαν αἱ βίβλοι. Ἑτέρῳ πάλιν ἀνδρὶ θαυμαστῷ ἐνέπνευσεν, ὥστε αὐτὰς ἐκθέσθαι, τῷ Ἔσδρᾳ λέγω, καὶ ἀπὸ λειψάνων συντεθῆναι ἐποίησε. Μετὰ δὲ ταῦτο ὠκονόμησεν ἑρμηνευθῆναι αὐτὰς ὑπὸ τῶν ἑβδομήκοντα.

Moyſen inſpiravit - - Poſtea miſit Prophetas mala perpeſſos innumerabilia. Ingruit bellum, omnes ſuſtulerunt, conſciderunt, exuſtæ fuerunt tabulæ: alium rurſum virum inſpiravit admirabilem ut eas ederet Esdram inquam, & ex reliquiis ab eo componi fecit. Poſtea curavit ut Septuaginta eas interpretarentur.

Athanaſius junior in Synopſi S. Scripturæ T. 2. Opp. p. 86.

Ἱστορεῖται δὲ καὶ ταῦτο περὶ τοῦ Ἔσδρα, ὅτι ἀπολομένων τῶν βιβλίων, ἐξ ἀμελείας τῶν λαῶν, καὶ διὰ τὴν πολυχρόνιον αἰχμαλωσίαν, αὐτὸς Ἔσδρας, φιλόκαλος ὢν καὶ εὐφυὴς, καὶ ἀναγνώστης, ἐφύλαξε πάντα καθ' ἑαυτὸν, καὶ λοιπὸν προήνεγκε, καὶ πᾶσιν ἐκδέδωκε, καὶ οὕτως διεσώθη τὰ βιβλία.

Narratur autem & hoc de Esdra, quod cum libri per injuriam populi ac diuturnam captivitatem periiſſent, ipſe illos, cum vir eſſet honeſti ſtudioſus, induſtrius & lector, apud ſe omnes cuſtodiverit, & tandem protulerit, omnibusque tradiderit atque ita ſervaverit.

Leontius Byzantinus de ſectis p. 428.

